

819.1

Edd

EDDÆ SÆMUNDINÆ  
SIVE ANTIQVIORIS  
CARMINA MYTHICO-HISTORICA  
DE VOLUNGIS, BUDLUNGIS ET NIFLUNGIS  
VEL GIUKUNGIS,

ET REBUS GESTIS DANORUM, SVECORUM, NORVEGORUM, FINNORUM,  
SVEVORUM, FRANCORUM, EURGUNDORUM, GOTHORUM,  
HUNNORUM ET PL.

---

EX CODICE BIBLIOTHECÆ REGIÆ HAVNIENSIS PERGAMENO, NEC NON  
DIVERSIS LEGATI ARNA-MAGNEANI ET ALIORUM MEMBRANEIS  
CHARTACEISQUE MELIORIS NOTÆ MANUSCRIPTIS.

CUM INTERPRETATIONE LATINA, LECTIONIBUS VARIIS, NOTIS, GLOSSARIO VOCUM,  
INDICE NOMINUM PRÆPRIORUM ET RERUM, CONSPECTU ARGUMENTI  
CARMINUM, ET IV. APPENDICIBUS.


*Lund 1818*

---

H A V N I A E.

SUMTIBUS LEGATI ARNA-MAGNEANI ET LIBRARIE GYLDENDALIANÆ  
TYPIS HARTVIGI FRIDERICI POPE.

I S I 8.



# E D D A

## SÆMUNDAR HINNS FRÓDA.



---

SUMTIBUS  
LEGATI MAGNÆANI ET LIBRARIE GYLDENDALIANÆ.

卷之三

卷之三

# EDDA SÆMUNDAR HINNS FRÓDA.

---

# EDDA RHYTHMICA SEU ANTIQVIOR, VULGO SÆMUNDINA DICTA.

---

## P A R S I I L

ODAS MYTHICO-HISTORICAS CONTINENS.

EX CODICE BIBLIOTHECÆ REGIÆ HAVNIENSIS PERGAMENO, NEC  
NON DIVERSIS LEGATI ARNA-MAGNÆANI ET ALIORUM  
MEMBRANEIS CHARTACEISQUE MELIORIS  
NOTÆ MANUSCRIPTIS.

CUM INTERPRETATIONE LATINA, LECTIONIBUS VARIIS, NOTIS, GLOSSARIO  
VOCUM, INDICE NOMINUM PROPRIORUM ET RERUM, CONSPPECTU  
ARGUMENTI CARMINUM, ET IV. APPENDICIBUS.

---

## H A V N I A E.

SUMTIBUS LEGATI ARNA-MAGNÆANI ET LIBRARIE GYLDENDALIANÆ.

TYPIS HARTVIGI FRIDERICI POFF.

I 8 I 8.



---

## LECTORI!

Dum secundum hoc Eddæ poëticæ Volumen in lucem publicam emitimus, ei sic præfabimur, ut primum de carminum argumento, pretio, fontibus, nexu, tempore, ordine atque crisi, dein de codicibus heic adhibitis, de commentario et indicibus; deque omni hujus editionis ratione, quæ Lectorum interesse videantur, disseramus.

Uti oðræ, quas primum volumen complectebatur, mythicæ erant, sic carmina hocce contenta *mythico-historici* sunt *argumenti*. Quod in præfatione tomo priori præmissa suspicati fuerant editores, theologiam veterum septentrionalium asiaticæ esse originis, et pleraque numina elementorum ac naturæ deos putanda, recentioribus<sup>\*)</sup> disquisitionibus, et præcipue luce, quæ Indicis religionibus ultimis annis affusa est, ad majorem

---

<sup>\*)</sup> Imprimis *Sculonis Thorlacii Antiquitatum Borealium Observationibus Miscellaneis*, Spec. I — VII, et *Traſtatu vernaculo de Thoro*. *Graeteri* (harum literarum in Germania statoris) variis operibus, uti *Nordische Blumen*, *Bragur*, cæt. *Finni Magnus-sen* *Introductionibus* duabus ad *prælectiones Eddicas*, et *traſtatiuncula Digerdrikken* inscripta, que *Ephemeridibus Athene et Minerva* a. 1816 & 1817 inserta sunt. Volumini huic Eddico, cuius plusquam dimidiam partem elaboravit, is plurima mythologiam explicantia passim inseruit. Multa quoque de hac re ingeniose more suo disseruit *N. F. S. Grundtvig* in libro, *Nordens Mythologie*, ell. *Udsigt over Eddalæren*, Khn. 1808. Tacemus, que alii egregii apud nos (præcipue *Pram*, *Baggesen*, *Öhlerschläger*) et in Germania poëta cecinere, quibus mythicis borealium ideis multum lucis adpersum est.

rem jam certitudinem adductum videtur; et luculentius absque dubio illustrabitur, quando thema a Regia Scientiarum Societate Havniensi, auctore et impensas præstante Viro generosissimo, ab Edda quoque bene merito, *Johanne Bülow de Sanderumgaard*, Equite Ordinis Elephantini, in hunc annum propositum, "de nexus inter mythologiam borealem et asiaticam, idoneum, quod speramus, repererit commentatorem.

Carmina, quæ jam publicamus, hæc sunt: *a) Völundarquida*, de Völundo, Finnico heroë, Septentrionalium Dædalo, atque Nidudo Rege Sveco. *b) Quida Helga Hiðrvarsonar*, de Rege Norvego Haddingi occisore, (Haddingiaskada, s. ut alii volunt Haddingorum heroë Haddingiaskata); *c) duo carmina de Danico Rege Helgio*, Hundingum trucidante, Sigmundi filio, Volsungi nepote, stirpis Volsungicæ auctore. *d) Sinföt-lalók*, fragmentum prosaicum de morte Sinfjótlji, Helgii fratris. *e) Sedecim poëmata de variis Volsungorum heroibus et heroinis*: nempe de Sigurdo Fafnicida, tertio Sigmundi filio, de Brynhilda Budlii filia, ejus amata, hujusque sorore Oddruna et fratre Atlio, de Sigurdi uxore Gudruna Giukii filia, hujusque fratribus, Gunnaro, Hógnio et Gattormo, qui nunc Giukungi, nunc Nißlungi appellantur, deque liberis Gudrunæ, Svanhilda et hujus fratribus. In his carminibus multa de Finnis, Gothis, Francis, Burgundis, Suevis, Hunnis, aliisque populis ævo medio celebris reperfuntur. Denique *f) contilena Groæ fascinatoria* (*Gróugalldur*), in qua hæc saga e mortuis tantisper excitata, filium suum varias docet artes magicas, variasque incantationes.

*Mythico-historica* esse hæc carmina, eorum lectio quemque facile docebit. Groæ incantatio tota mythica est, ut adeo in primo Volumine locum mereri potuisset. Verum ex caeteris quoque poëmatibus pleraque *mythicum* habent tenorem. Vestigia heroicæ artatis continent, quâ dii hominibus mixti, homines deorum consuetudine crebro fruentes repræsen-

tantur. Sic ex Volsungis non nemo Othini filius Sigurdus, Freyeri amicus, salutatur. In Helgaquida Hundingsbana prima Str. XLVIII indicatur, quod Helgius, Sigmundi filius heros defunctus, ex adibus Othini jam tum advenisset, si ea vespera exspectandus foret. Brynhildarquidam legens ad orbem mythicum delatus tibi videberis. Id jam ominatur appellatio Sigurdrifa (o: victoriam arcens v. nix aut procella victrix) qua Brýnhilda in hoc carmine nuncupatur. Quando Sigurdus, dum ad Franconiam tendit, in hanc Amazonem incidens ejus nomen explorare vult, sed illa [Str. III-IV.] salutare poculum ei porrigena luci terraque libat, atque Asas, Asýnias et frugiferam tellurem invocat; quando eam Othinus ob Valkyrie officium injuste administratum spina soporifera percutiens, negatá militari victoriá, ad conjugium damnat; quando eadem heroi potionem incantatam offerens multifarium runarum usum docet, atque inter eas Str. XIII *cordiales s. ingeniosas runas* memorat, quas Othinus in rerum principio constituerit, formaverit, atque medicatus sit e liquore, qui e capite Heidropneris (ex alto stillantis) et Hoddropneris (e circulo s. orbe stillantis) o: Ymeri gigantis protoplasti defluxerat; quando denique inter consilia, quæ virgo Sigurdo suppeditat, occurunt multa iis, quæ in odis mythicis præcipue in Havamál leguntur, similia; ista omnia mythicum quid sapere nemo diffitebitur. In Sigurdarquidis plura ex hoc genere reperies. S. II. a. incipit a narratione satis longa Regini nani, in qua Sigurdo puero, suo alumno, exponit fabulam de Othini, Hæneri & Lokii venatione, eorumque ad cataracten Andvarii piscatura. S. II. β. strophis XII-XV Sigurdus Fafneri interfector hunc ante mortem sciscitur de diversis Nornarum generibus, atque ab eo et de his et de loco proelii ultimi inter Asas et Sursum ac de pontis coelestis diffractione, edocetur. Talium mythorum partem longe maximam meditamina cosmogonica innuere, nulli dubitamus.

Plurima ex hisce carminibus *historicum* fundamentum involucro mythico subjiciunt. Cyclum continent traditionum varias terras pervagatarum, de celeberrima Ylfsingorum, Volsungorum, Niflungorum stirpe. Circa seculum 5 6 post Chr. n. talem in Dania viguisse, patet ex Anglosaxonico de Scyldingis poëmate\*), quod simul Völundum Dædalum septentriionalem, carmine Eddico nobilitatum, commemorat. A Dania incipiunt, Daniam identidem invisunt et ad Daniam revertuntur insigniores in hoc cyclo personæ, Helgii, Borghilda, Hjordysa, Gudruna; adeo ut patria nostra quodammodo horum eventuum et initium et finis juxta Eddam dici queat\*\*). Nec nullas in his traditionibus partes Norvegia et Svecia habent; nam in Völundarquida, Nidudi Regis Sueciæ, in Helga Quida Hundingsbana Frecasteini, et Sefafiolle (montis Sevonis) in Vestrogothia, fit mentio. De Norvegia monent, præter laudatum de Helgio Hiörvardino poëma, duo carminum Eddicorum tituli: Atlaquida, et Atlamál in Grænlenzko, nomine ex Grænlendia Tellemarkiae regione desunto; ne quid dicamus de pluribus Heimskringlæ locis, Sigurdum, Budlium aliasque ex hoc cyclo viros tangentibus; vel de poëta Thiodolfo Hvjinensi, qui Håraldi Pulchricomi avos per multifarias genealogias a Volsungis repetit. Nullibi vero altiores longiusque sparsas, quam in Germania, radices egerunt prisca de Volsungis relationes, adeo ut vix ulla Germaniæ pars sit, quin traditiones de hac stirpe circumferat. Id jam observaverat Suhmius, passim in Historia sua Danica nomina locorum memoriam talium traditionum servantium investigans; sed ultimis annis eruditæ Virorum Celeberrimorum

\* ) *De Danorum rebus gestis sec. IV et V. Poëma Danicum dialecto Anglo-Saxonica, ex biblioth. Cottoniana, ed. G. J. Thorkelin Havniæ 1815, 4to, (carmine XIII.)*

\*\*) Si antiquissimæ traditiones recentiori historiæ fundamento inservire possint, Domus nunc Daniæ regnatrix a stirpe Volsungorium descendit.

morum *Græteri*, von der Hagen\*), et *Grimmiorum*\*\*), diligentia plurima  
huc pertinentia conquisivit, et in novâ luce posuit. Nec defuere inter  
nostrates, qui cum istorum observatis sua jungentes totam illam relatio-  
num traducem per Eddás utrasque, per Volsungasagam & Vilkinasagam,  
per carmen Nibelingicum et melos de Sigfrido cornuto, perque cantilenas  
heroicas (Kæmpeviser), in Dania, Svecia & Germania vulgares perseundo  
earum originem, amplificationem & propagationem explicare tentave-  
rint\*\*\*). Sic evictum est, istas traditiones a Finmarkia ad Longobardorum  
terrā, a Rheni ripis usque ad Vendorum regionem fuisse sparsas; atque,  
uti in septenttrione, ita in Germania, imprimis in Franconia, Burgundia,  
Svevia dominatas, sed in Ungaria quoque et Russia easdem innotuisse.

Summa disquisitionis de *historica* harum traditionum origine hic fere  
redit: Scaldos boreales seculorum VI-VII<sup>mi</sup> post Chr. n. representationes suas  
poëticas a Rheni regionibus et Lombardia mutuatos fuisse haud facile credi-  
deris. Nec magis probabile est, Longobardicos et Germanię meridionalis-  
vates seculis VIII - IX<sup>o</sup> carminum suorum popularium argumenta à Lethra  
vel a Norvegia montibus arcessivisse. Verosimilium est omnes hos popu-  
los

\* In doctissimis præfationibus ad hos libros: *Lieder der älteren oder Sämündischen Edda*. Berlin 1812. *Die Edda Lieder von den Nibelungen zum erstenmahl verdeutscht und erklärte*. Breslau 1814. *Nordische Heldenromane Wilkina-Saga et Volsunga Saga*. Breslau 1815. IV Voll. (juxta Svecam Peringskioldii editionem in Fol. versæ).

\*\*) *Lieder der alten Edda aus der Handschrift herausgegeben und erklärt durch die Brüder Grimm*. I. Bd. Berlin. 1815.

\*\*\*) Quædam dederant Abrahamson, Nyerup & Rahbek in recentissima cantilenorum, quos  
Danæ Kæmpeviser dicunt, editione, Kbh. 1812-1813. 5 Bind. Sed plenam de haę  
re disquisitionem dabit P. E. Müller in Vol. 2<sup>di</sup> libri hoc titulo editi: *Sagabibliothek  
med Anmærkninger og indledende Afhandlinger*, I. B. Kbh. 1817. Ex Vol. 2<sup>do</sup>, non-  
dum edito, quædam ad rem nostram facientia heic desunsimus, imprimis de ori-  
gine traditionum asiatica.

los ab antiquissimis suis sedibus communem quandam traditionum congeriem attulisse, quam cognate h.e nationes in Scandinavia, uti in Germania, proprio ingenio dein efformaverint. Fundamentum talis traditionum cycli agnoscendum est id, in quo monumenta septentrionis antiquissima cum meridionalibus consentiunt. Si ergo relationes de Helgiis et Regnare Lodbrok, quippe Scandinavianis proprias; si rursus narrationes de Theodorico Veronensi, ut proprias Germanis, demimus, restant traditiones de IV principiis in hoc cyclo personis Sigurdo, Brynhilda, Gudruna et Atlio, quas Asorum in septentrione migratione antiquiores credere licet. Constat primum nomen, quo Volga, et in regionibus per quas currat, et apud arabicos geographos appelletur, esse *Atel*; hinc nuncupatio Attilæ o: Volgæ regis per nationes Gothicas ab Asia exiisse potuit. *Rhin* in lingva illa primaria, quæ Scandinavianarum ac Germanicarum mater habetur, et universe quivis erat fluvius, et specialiter certum aliquod flumen, unde Volga *Rha* dicebatur; et in lingva Persica, uti in dialectis anglosaxonica, moesogothica, alemannica, celtica et romantica, eadem nuncupatio pellucet. Sic rubrum Rheni metallum, Rhenique lapides auri fluviatilis denominations, in multis regionibus ad aurum antiquissimum exprimentum translata sunt. Quando homines multo cum labore nec sine periculo aurum ex fluminibus colligebant, quid mirum, si in mentem iis veniret, querere, quis illud ibi abdidisset; abditum vero ex invidia esse, facile sibi persuadebant. Querentes porro quis conditam collegisset gazam, consentaneum erat Persicis Indicisque mythis, a Boreæ montibus, auri, portentorumque patria, collectorem repetere. Debebat is esse juvenis heros ex deorum (Othini) prosapia, victoriosus bellator (*Sigurdus*, ex sig, victoria, et urdr s. wordr, defensor, rex), nihil non fortitudini suæ arrogans (*Volsungus*, ex vols, confidens animositas et ungr, filius), qui per mendis monstris, gazæ incubantibus (*Fafnir* v. *Fofnir* forte ex fe-ofner,

auri

auri textor & collector, opifex v. thesauri possessor) gazam in lucem pro-  
 traheret. Verum istud aurum possessori, juxta mythum, forte orienta-  
 leni, certe in Völuspá obvium, non nisi mala importabat. Quod femina  
 infortunii auctor erat, quod mulier super amatoris rogo se cremabat, quod  
 regina ætate proiectior philtrum miscebat, quodque alia indulgebat cruentæ  
 ultiōni, ista omnia ideis moibusque Asiaticis bene convenientiunt. Talis  
 mythorum cyclus ad Volgæ ripas a vatibus decantatus, cum populis inde  
 emigrantibus ad varias regiones ambulans, traditionibus, in his terris tales  
 migrationes prægressis, sic se inserebat, ut inter maxime varias narrandi  
 vias origenis memorem se semper servaret. Sic nationes ad Rhenum,  
 fluvium Theotiscum, domicilia ponentes priscum a Volga s. Rha trans-  
 latum mythorum orbem tanto Iubentius retinebant, quo magis nova patria  
 aurum quoque in suo fluvio conditum offerebat. Ubique cum traditioni-  
 bus indigenis veteres Asiaticæ miscebantur; et utræque sibi invicem accom-  
 modabantur, ut stirps Scandinavica in Dania eas Helgiorum historiæ, in  
 Norvegia antiquissimorum Regum stemmati immiseret; stirps Germanica  
 in Rheni, Sigurdi, Volsungi nominibus largam haberet occasionem tradi-  
 tiones veteres cum iis, quæ novis sedibus propriæ essent, jungendi. Gun-  
 tharis s. Gunnari appellatio faciebat, ut Sigurdus stemmati Burgundico innec-  
 teretur. Bella Hunnorum invitabant ad Atel Asiaticum in nomine atque  
 gestis Attilæ agnoscendum; & quo plures vates carminibus suis varia ista  
 eventa sensim complectebantur et exornabant, eo magis operæ pretium se  
 facturos credebant, si scenas romanticas, uti Theodorici Veronensis fata,  
 vel invitâ historiâ, huic traditionum cyclo insererent.

Verum licet Asiaticum Atel vatibus occasionem forte dederit *Atti-  
 lam*, celeberrimum Hunnorum ducem memoriaði, haud tamen diffiden-  
 dum, esse in iis eventis, quæ carmina Eddica ad Atlium referunt, plura  
 quæ Hunnorum Attilæ tribuere, historicæ probabilitati, atque adeo veri-  
 tati,

tati, non repugnet. Exemplo sunto tria ista: Attila cum Burgundis coniunctio, ejusque conjugium & mors, de quibus singulis pauca licet disserere. In Poëmate latino: *de prima expeditione Attilæ, Regie Hunnorum in Gallias* \*), quod nono, ut videtur, seculo exaratum est, Gunthar (Gunnar) sistitur Rex Francorum; cum hujus patre Gibich (Giuke) bellum gerens Attila, eum cogit Haganonem (Hogne) sibi obsidem dare. Mortuo Gibichio Haganus ad Guntharem aufugit, qui foedus cum Attila initum ruperat. Burgundorum tum Rex Herrik ibidem appellatur. Quamvis negari nequit, istum poëtam varias \*\*) priscas traditiones, forte quoque prisca carmina germanica, secutum esse, veræ tamen historiæ fontibus, quos quidem novimus, convenientior est Eddæ nostræ repræsentatio. Huic Giukungi sunt Burgundi, uti terra Niflungorum, (quod alterum stirpis nomen) in carmine Nibelungenlied Burigundenland nuncupatur. Constat annalium fide, Hunnos sec. V<sup>to</sup> post Chr. n. cum Burgundis, anteā pace et foedere secum junctis, bellum gessisse, eorumque Regem Guntharem occidisse. In priscis legibus Burgundicis hic et Gibichius inter veteres populi Reges memorantur. Juxta Eddam cum Volsungasaga, (c. 32) comparatam regnum Giukungorum, uti Attilæ tempore Burgundorum, a meridie Rheni situm erat. Atlio sic volente, Brýnhilda ejus soror Gunnaro Giukii filio, nupserat, et dein inter utrumque populum amicitia aliquamdiu intercessit. Verum proditione Atlii, cædeque Gunnari et Hogni finis huic factus. Fiörneri divinatio, quæ in Atlaquidæ Str. XI legitur,

vul-

\*) Edidit Fischer Lipsiæ 1780. 4<sup>to</sup>, qui illud ad seculum VI<sup>th</sup>um refert.

\*\*) Id ostendunt v.v. 684-85.

— — — — — Kimo,

Quem referunt alii Scaramundum nomine dictum. — Dum Franci Nehulones nominantur, videtur stirps Niflungorum (*Nibelungen*) pellucere.

vulgatas innuere videtur opinione de universa regni Giukungici per Atlium post rupta ista foedera destructione. Burgundorum per Hunnos subjagationem referendam esse ad annum 450 recentiores<sup>\*)</sup> docuere. Si Attilæ mors in annum 452 vel 453 incidit, constat sibi Eddæ computatio; nam quamvis vates Eddici cum Giukungorum nece Atlii mortem continua eventuum serie jungere videntur, aliquid tamen tempus fluxisse censeri potest, dum nempe Gudruna, ultiōnem semper meditans, occasionem hanc exsequendi idoneam acciperet.

Quæ de Atlii conjugio et morte Edda canit, eum antiquorum auctorum annalibus satis conveniunt. Memorabilia sunt Marcellini Comitis Illyriciani verba<sup>\*\*)</sup>: "Attila rex noctu mulieris manu cultroque confoditur. Quidam vero sanguinis refectione necatum perhibent; ex quibus patet, auctorem, qui circ. a. 534 floruisse videtur, utramque novisse relationem, sed priorem prætulisse. Jornandes contra, et senior et ab eventuum scena remotior, posteriore suam facere malebat, ne tantus heros a muliere turpiter occisus crederetur. Suffragantur Marcellino, et Agnellus<sup>\*\*\*)</sup>: "post haec omnia; inquiens, Attila rex a vilissima muliere cultro defossus mortuus est; et Chronicon Alexandrinum<sup>\*\*\*\*)</sup>, sic habens: "Noctu cum pellice Hunnica, quæ puella de ejus nece suspecta habita, dormiens extinctus est." In pellice non moramur, nam tales scriptor Christianus bene dicere poterat eam feminam, cum tantus esset et uxorum Attilæ et concubinarum numerus, quarum nunc hanc nunc illam pro lubidine vel

sume-

<sup>\*)</sup> Mascou Geschichte der Deutschen. T. I. p. 432.

<sup>\*\*) Marcellini Chronicon ed. Sirmondi. Parisiis 1619. p. 32.</sup>

<sup>\*\*\*) Liber pontificalis Part. I. Cap. 2. apud Muratorium, in Scriptoribus rer. Italic. T. II.</sup>

<sup>\*\*\*\*) Pag. 28.</sup>

sumeret vel repudiaret. Vilissimam appellasse eam credimus Agnellum ob indignam mortem, quā heroēm affecerit. Ceterum pellicem intelligimus pulcherrimam Jornandis Ildiconem, quacum Attila, repudiatis prioribus uxoribus, ultimas celebraverat nuptias. Ildico vero eadem est, ac Gudruna, nam Hildr et Hilde in dialectis Germanicis idem est, quod in Scandinavianis Gudr vel Gunnr o: bellum. Probabile est Gudrunam — velut antea Herkiam\*) — ab Attila repudiata fuisse post fratrum mortem, ejusque vindictæ cupidinem noyis Attilæ amoribus incensam, ultiōnis præsentissimæ occasionem arripiisse, quam festiva nuptiarum habendarum gaudia suppeditarent. Si Gudruna sic sumitur uxor Attilæ repudiata, duo, quos trucidabat, pueri, forte privigni potius quam proprii ejus liberi credendi erunt. Testatur historia, Attila extincto, immanibus bellis, inter multos ejus filios erumpentibus, vastatum fuisse regnum Hunnicum; aula quippe non poterat non innumeris calumniis fraudibusque fervere, in qua Regis defuncti uxores et pellices et centeni liberi, se invicem circumvenire atque tyranni thesauros terrasque certatim sibi arripere laborabant. Quid mirum igitur, si repudiata Regis uxor, talis facinoris patratrix, ad Gothos, nativos Hunnorū hostes, eorumque jugum excutere paratos, refugerit. Sic horum eventuum memoria inter Gothos et ultra sparsa, Germanicis pariter ac Scandinavianis traditionibus immixta, historiæque Sigurdi, Heli-gii, Ragnari Lodbroki atque Regum Norvegicorum, sensim sensimque inserta fuit. Docet tamen cum ipsa odarum eddicarum ratio, tum alia carmina, viros septentrionales res Atlī et Giukungorum extra Scandinaviam gestas judicasse; nam in Stropha aliqua carminis de Haraldo Severo apud Snorronem\*\*) hæc leguntur.

Sub-

\*) In Edda sic dictum; in Germanicis vero monumentis *Herche*.\*\*) *Heimskringla*. Ed., Havn. T. III. p. 60.

Subjecisti tu Michaëli maximo  
 Haralde! clypeo (ꝝ: armis) australes terras,  
 Ubi, ut audivimus, Budlīi filius  
 Uxorū frātēs domūm invitaverat.

Quod Atlius et hic et in Edda Budlīi filius appellatur, inde minime sequitur, eum ab Attila diversum putandum. Etenim, uti Jornandes aliique auctores patri Attilæ non eadem tribuant nomina, sic credere licet aliquem ex ejus majoribus nomen Budlio simile habuisse. Nec longe exempla petemus; nam in carmine Niebelungenlied Blödel occurrit, et ipsum ejus fratrem Bdelam vel Bledam nuncupatum accepimus.

Ex hac tenuis disputatis appetet, esse in hoc carminum volumine & mythica & historica, ut ejus *argumentum mythico-historicum* recte queat appellari.

*Pretio* harum odarum explicando non est cur diū immoremur. Cum eventuum, qui decantantur, scena nunc sit Dania, Norvegia, Suecia, nunc Franconia, Svevia, Burgundia, nunc Lombardia, Ungaria, Russia; cumque eorum incunabula in Volgæ ripis ponere jure possis, patet his monumentis contineri venerandum aliquod nationum vinculum. Edda boream meridiei, occidentem orienti, Europam Asiae ita jungit, ut vel dissitissimi utriusque orbis populi, Ea interprete, suas origines latæ recognoscant. Edda veri nominis avia népotes sua oracula jubet auscultare, dum vel obscura rerum primordia evectis philosophematibus magno ore canit, vel ad heroicum ævum descendens, unius imprimis stirpis, sed multarum gentium fatis innexæ, eventa non sine ominosis nutibus exponit. Quanta vis poëtica huic insit volumini, divinare jam poteris ex paucis, quæ supra de partibus ejus mythicis attulimus. Eandem per singula eundo carmina ostendere et longum foret, et parūm necessarium, cum ipsarum odarum, in magna licet auctorum diversitate, poëticus tenor om-

nia animet, totamque compagem ita permeet, ut nullum lectorem fugere queat. Quantum nervorum Völundarquida habeat, probant ingeniosissimæ inter nos quoque ejus imitationes. In omnibus personis hoc, si dicere licet, drama Volsungicum participantibus, præcipue vero in Sigurdo, Gunnaro, Gudruna, Hamdero, Sörlio materies immensa habetur, plurimis tragœdiis suffectura <sup>\*)</sup>. Fato trahuntur, fato cedunt herœs et heroinæ, nilque contra illud curæ vel maxime sollicitæ proficiunt. Serpens, qui aurum celat, thesaurusque ipse a manu ad manum, inter novas semper auctioresque atrocitates transmissus, quam oberem cogitandi materiem cordati cuiusque animo admovent! Nimirum auri fames quantum potuit svadere malorum! Multa loca sunt in his carminibus non pulchre solum, sed et cum patho expressa, quæ legendō: "Sunt lachrymæ rerum, et mentem mortalia tangunt." Sic in Gudrunarquida prima Str. I-IV videmus heroinam mori paratam ad Sigurdi funus sedere moestam, tacitam, sed tamen quietam, solertia spernentem, nec Giaflaugæ alloquiis flexam, quæ V maritis, II filiabus, III sororibus et VIII fratribus se supervivere jactaret. In Gudrunahvaut aliquanto alter sistitur mulieris ingenium; sed hic quoque habetur descriptio Str. IX-XII ad animum movendum admodum idonea; cum nempe Parcis irata et severam earum persecutionem sistere (suicidio) volens, ad litus ibat, sed fluctus eam non submergebant, verum sublimem ad aliam terram vehebant, ut ex fati decreto viveret. Tales patheticæ descriptiones in Atlamál & Hamdismál haud paucæ occurrunt. Cum Helgius Hundingicida et Sigurdus Fafnericida principales sint in hoc cyclo herœs, notare juvat et poëtarum et collectoris artem, qua tantorum viro-  
rum

---

<sup>\*)</sup> La Motte Fouqué in carmine: *Sigurd der Schlangenrüster*, aliisque, et N. F. G. Grundtvig in dramatisbus: *Optrin af Nordens Kampeliv*, I D. Kbhv. 1711. quam poëtice ista tractari possint, ostenderunt.

rum laudibus attentionem postulaverint. Duplici velut introductione utrique eventui tantum momentum habituro præluditur. Helgii Hundin-gicidæ natalium solennitas primum in Oda Helgaquida Haddingiaskada eo declaratur, quod Helgius Hjörvardi in ea regeneratus dicitur; deinde in oda heroi cognomini, viri nativitas, aquilis clangentibus, sancta aqua de montibus coelestibus defluente, Nornarum, fata infantis nendo consti-tuentium, et ejus gloriam prædicentium, adventu, atque corvorum de milite strenuo nuper nato colloquiis annuntiatur. Sigurdus, Fafneri occi-sor, quantus vir evasurus esset, præsagia et Regini et Griperi, utraque solennia, augurabantur. In Sigurdarquida II. a. Reginus nanus puero Si-gurdo discipulo suo fábulam narrat de Othini, Hæneri et Lokii venatione, et ad Cataracten Andvarii piscatura. Hac narratione vatem augurium aliquod de auro olim a Sigurdo occupando exprimere voluisse, non est dubium. In Gripis-spá sive Sigurdarquida I. legitur, quomodo Sigur-durdus Griperum virum sapientissimum, avunculum suum, adierit, de futuro suo fato ab illo edocendus. Solennitatem hujus prædictionis de rebus a Sigurdo gerendis haud parum auget ea poëtae solertia, qua Griperi-um identidem silentem (ubi sc. ad mala veniret omnia) nec nisi enixa con-sobrini flagitatione ad rumpenda silentia inductum, pulchre sistit. Alia denique nec minus ingeniosa ratione Brynhildarquida prima Sigurdi lau-des ominatur, dum Amazonem Sigurdrifam (quod mythicum est Brýn-hilda nomen) repræsentat, potionem magicam heroi offérentem, et mul-tiplici sapientia Runica eum instituentem. Quam poëtica ista omnia sint, haud opus est monere.

Quæstiones de horum carminum fontibus, de eorum nexu et mutuo et cum aliis monumentis easdem relationes continentibus, atque de eorun-dem ætate, adeo arcte cohaerent, ut nec ad unam sine altera responderi, nec una sine altera explicari queat. *Fontes* sunt vel *traditiones* ore tenus

pro-

propagatae, vel poëmata, sive pure borealia, sive ad exterorum similitudinem vertendo aut imitando expressa, iis, quæ hic legimus, antiquiora. Ex primo genere plures fuisse, docet cum analogia aliarum gentium, in eodem culturae gradu, quo Septentrionales Sec. VI-VIII cogitandi sunt, versantium, tum ipsa odarum ratio, saepe narrantium farragini, quam continua nedum scriptæ expositioni, similior. Secundi generis exemplum memorabile præbet Helgaquida Hundingsbana secunda, quæ in prosaica pericopa strophæ XII<sup>ma</sup> subjecta vetustius carmen Volsungianum (*Volsunga quida hin forna*) citat, testaturque ibi relatum fuisse de Sigruna, quæ apud Lögaföld in Helgium incideret collumque amplexa ejus conjugium procaretur, et in fine carmen Kareum (*Karolioþ*) allegat, regenerationem memorans, qua ex Helgio Haddingiaskado Helgius Hundingicida, et ex Karâ Valkyriâ Sigruna, extiterint. Ex tertio genere sunt relationes et carmina sive germanici, sive gothici generis. Prius diserte laudat pericopa prosaica Brýnhildarquida secundæ subjunctæ; quæ sic habet: "Germani homines ita tradunt, quod Sigurdum occiderint sub dio in sylva, atque ita relatum est in oda Gudrunæ prisca (*Gudrunar quida inn forna*), Sigurdum et Giukii filios ad conventum forensem equitasse, cum ille cæderetur. Uno autem consensu omnes narrant, quod illi eum fide datâ deceperint, atque jacenti et imparato arma intulerint.. Posterioris odam Atlemál innuere in sequentibus probabitur.

*Nexus odarum mutuus* ex uberiore earum contextus explanatione, a viro peritissimo elaborata, quæ in hoc volumine paginis 907-970 legitur, luculenter appareat. Patet earum plerasque, licet a se invicem non dependentes, traditiones sive easdem canere, sive aliquanto aliter in minoribus ~~sepietiori~~, re tamen principali eadem manente, temperare. Tria sunt de Helgio, quatuor de Sigurdo, tria de Brýnhilda, quatuor de Gudruna, et duo de Atlio carmina; quorum solertia comparatio, quam hic insti-

tuere

tuere nimis longum erit, docebit, auctores esse, ut *ingenio*, ita *tempore*, diversos; horum paucissimos se invicem respexisse, plurimos vero mutuam fidem vel illustrare vel confirmare. Quæ autem *conjunction* nostræ Eddæ intercedat *cum junioribus* ipsius sororibus, Edda Snorroniana, Volsungasaga, carmine Niebelungenlied, Vilkinasaga, et cantilenis heroicis (*Kampeviserne*), exponere, res est majoris operis; quod cum egregii inter exteriores viri sua diligentia adjuverint, et ex nostro septemviratu unus\*), libro singulari ad liquidum perducere studuerit; satis h̄c erit sequentia monere: Edda Snorroniana et Volsungasaga, quæ eodem fere tempore, nempe initio sec. 13<sup>ti</sup> compositæ videntur, traditionum cyclum in Edda Sæmundina expositum ita tractavere, ut et plures & pauciores de eo odas, quam nunc existent, se habuisse ostendant. Volsungasaga multas traditionum partes hic pertinentium persecutur, de quibus nunc nulla carmina habentur, et tali tamen ratione persecutur, ut unum alterumque Eddicum melos, nunc deperditum, eam consuluisse nullum sit dubium. Eum habent tenorem multa et in hac Saga et in Edda, cuius collectior creditur Snorro, ut contendere liceat, utrumque auctorem multa carmina ex nostra Edda poëtica, sed etiam quædam jam deperdita, iis, quæ in hoc Volumine nunc numeramus, atque vel paria vel adeo antiquiora cognovisse et ad usum convertisse. Plura sunt Volsungasagæ loca, in quibus Edda nostra vel prave intellecta (ex gr. Cap. XLI), vel ad recentiorem habitum immutata (uti Cap. XLVII), vel versus denique prisci in prosam resoluti fuerint. Sunt plurima. v. c. Capp. XXV. XLI, quæ tum demum lucem accipiunt, quum ad poëticum fontem, qui Edda Sæmundi est, redieris. Multo recentiores, et, si vim poëticam spectes, multo inferiores Eddieorum carminum lectores vel traditionum explicatores se præbuere auctores carminis.

---

\* ) P. E. Müller in Vol. 2<sup>de</sup> libri *Sagabibliothek* diat, quod propediem editur.

nis Niflungici, Vilkinasagæ, et cantilenarum heroicarum, quorum isti  
vergente sec. XIII<sup>to</sup>, ille et hi seculo XIV vixisse credendi sunt.

*Hæc* Eddæ mythico - historicæ constitutimus secula a VI<sup>to</sup> ad  
VIII<sup>vum</sup> p. C. n. Nativæ odarum simplicitas, tenor, mythicum quid spirans,  
leporque a senioribus ampullis et ambagibus alienus, id cordato cuique  
et varia poëseos borealis tempora dignoscere sollerti facile persvadebit.  
Conferat aliquis harum peritus poëmata Sturlii Thordson de Hacone Grand-  
ævo sec. XIII<sup>to</sup>, conferat idem Höstlangam et Thorsdrapam, seculis IX<sup>o</sup>  
& X<sup>mo</sup> scriptas, et fateri cogetur hæc Eddica carmina duobus tribus aut  
quatuor seculis antiquiora esse debere; quippe in illis omnia ad artem,  
non eam quidem optimam, sed tortam & affectatam, in his omnia ad  
naturam, phantasia videlicet et genio vere poëtico animatam, composita  
reperiet. Quæ ex copioso, quod Eddæ Snorronianæ insertum est, frag-  
mentorum plusquam 50 poëtarum borealium numero, sumuntur argu-  
menta existentis jam pridem in Scandinavia cycli cuiusdam poëtici, (qui  
ut formaretur et suam velut rotunditatem acciperet, integrorum seculo-  
rum decursu opus haberet), postulant omnino, ut pars mythologica et  
mythico-historica seculis VI<sup>to</sup> VII<sup>mo</sup> VIII<sup>to</sup>, haud recentior credatur; id-  
que Sagarum et carminum ex sec. XIII & XIV<sup>to</sup> cum his cohærentium col-  
latio prorsus confirmat\*). Odæ, quas suspicatus non nemo est aliquanto  
*seniores* caeteris censendas, sunt Gudrunarquida tertia, et Atlamál. De  
illa notatum fuit, quod in Volsungasaga non adhibita cernitur, quod orda-  
lia Christiana innuit, quodque Theodorici Veronensis mentionem cum  
eventis Atlii conjungit. Secundum de Atlio poëma majore, quam cae-  
tera,

\* ) Videantur Nyterupii et P. E. Müller's disquisitiones de Edda insertæ scriptis Societatis  
Scandinavie A. 1807. et 1812. Müller's tractatus germanice quoque prodit sub ti-  
tulo: "Edda oder die Achtheit der Asatlehre." Havn. 1812.

tera, artificio ætatem aliquanto recentiorem prodere existimatum est. Omnia ista discutere nobis nunc minus necesse est, cum in commentario, præsertim in contextus delineatione atque indicibus, plura de his dubiis disserantur, cumque ea alio fine attingendi mox se offerat occasio.

*Ordinem carminum eum fere exhibuimus*, (vid. pagina 556), quem eventuum series suasit, maxime tamen secuti Codicem Regium membranum, nisi graviores essent ab eo discedendi rationes. Ut vero historica rerum sequela tanta accuratius sisteretur, continua contextus delineatio singulatim elaborata est. Patebit, quantopere in his Codices varient, si ordinem apponamus, quo IV graviores Libri MS<sup>ti</sup> carmina afferant.

ORDO COD. MEMBRAN. REGII.  
(cum ex Vol. I<sup>mo</sup> hujus editionis  
odarum eo contentatum series in-  
telligatur, eas hic prætermitti-  
mus, satis habentes carminum,  
quæ nunc edimus, ordinem da-  
re. Notandum vero, quod Gróu-  
galdr in hoc Codice prorsus de-  
est).

[Prýmsquida].

1. Frá Völundí ok Nidudi. VQ.  
[Alsvinsmál s. Alyismál].
2. Helgaquida Hundingsbana. III.
3. Frá Hiörvardi. HI.
4. Frá Vaulsungum. HIII.
5. Daupi Sinfiotla. SL.

ORDO CODICIS SUECICI,  
(omnes Odas Eddicas complectentis,  
teste Cod. Joh. Erici).

1. Solarliod.
2. Hrafnagalldr.
3. Voluspá.
4. Runapátrr Odins.
5. Vafprudnismál.
6. Grimmismál.
7. Alvismál.
8. Ægisdrecka.
9. Hamarsheimt.
10. Harbardsliod.
11. Skirnisfaur.
12. Hýmisquida.
13. Vegtamsquida.

XVIII.

6. Gripispá (sine titulo). SI.
7. Frá Sigurdi ok Regin. SII. a.
8. Frá dauþa Fafnis. S. II. β.
9. Sigurþr reid uppá Hindarfial. BI.  
(sine titulo)  
post Stroph. XXIX. I. 2. octo  
sunt nuda folia usque ad
10. I. 2. til Saka u Nit. BII.
11. Gudrunarquida. GI.
12. Quipa Sigurdar. SIII.
13. Brýnhildar reip helveg (s. t.)  
HB.
14. Drap Niflunga. DN.
15. Quipa Guprunar. GII.
16. — — — GIII.
17. Frá Borgnyó ok Oddruno. OG.
18. Daupi Ada. AQ.
19. Atlamál. AM.
20. Frá Goþruno, et, ubi poëma  
incipit: Goþrunar hvaut. GH.
21. Hamþismál. HM.

ORDO COD. LANGEBEKIANI.

1. Völuspá.
2. Hayamál et Runapáttir.

15. a) Helga quida Hundingsbana:  
b) — Haddingiaskata.
16. Helga quida aunnr frá Volsungum.
17. Volsunga quida hin forna.
18. Sinfötlæ-Lók.
19. Sigurdarquida fyrsta.
20. — aunnr.
21. — pridia, Fafnismál.
22. Brynhildar-Quida.
23. Godrunar-Quida.
24. Brýnh. Quida aunnr.
25. Gýgiar-Quida. (HB).
26. Niflunga-Lók.
27. Gðdrunarharmr.
28. Oddrunargrátr.
29. Gudrun . . . . .
30. Atlamál.
31. Godrunarhvata.
32. Hamþismál.
33. Fiölsvinsmál.
34. Hyndlolið.
35. Gróugalldr.
36. Grottusaungr.

ORDO COD. LUXDORPHIANI.

1. Völuspá.
2. Hayamál.

3. Al-

3. Alvismál.  
 4. Skirnisför.  
 5. Harbarzlióp.  
 6. Hýmisquipa.  
 7. Lokasenna.  
 8. Helgaqu. Hundingsb. 1.  
 9. Helgaqu. Hundingsb. 2.  
 10. Helgaqu. Haddingiaskata.  
 11. Sinfötlæ-lók.  
 12. Quipa Sig. Fafnisb. s. Gripispá.  
 13. Grimnismál.  
 14. Thrymsquipa. s. Hamarsheimt.  
 15. Vafpruþnismál.  
 16. Vaulundarquipa.  
 17. Quipa Sigúrdar Fafnisb. 2.  
 18. Fafnismál.  
 19. Brýnhildarqu. Bupla dottur.  
 20. Quipa Godrunar fra dauda Sigurpar.  
 21. Quipa Sigurpar.  
 22. Brýnhilldr reiþ helveg.  
 23. Drap Niflunga. s. Quipa Goprunar.  
 24. Goprunar - Quipa.  
 25. Oddrunar - grátr.  
 26. Atla - quipa en grænlenzca.  
 27. Atlamál en grænlenzco.  
 28. Goprunar hyaut.
3. Runaþátr Ópíns.  
 4. Vaspruþnismál.  
 5. Grimnismál.  
 6. Fór Scernis.  
 7. Harbarzlióp.  
 8. Hymisquipa.  
 9. Ægisrecka. s. Lockasenna.  
 10. Þrýmsquipa s. Hamarsheimt.  
 11. Völundarquipa.  
 12. Alvismál.  
 13. Helgaqu. Hundingsb.  
 14. Helgaqu. Haddingiaskata.  
 15. Frá Vaulsungum. s. Helgaqu.  
     Hundingsb. 2.  
 16. Sinfötlæ-lók.  
 17. Gripispá. s. Sig. Qu. Fafnisb. 1.  
 18. Sigurþarqu. Fafnisb. 2.  
 19. Fafnismál s. Sigurþarqu. Fafnisb. 3.  
 20. Brynhildarquipa.  
 21. Frá daupa Sigurþarqu. Gudrunarqu.  
 22. Quipa Sigurþar v. Brynhildarqu.  
 23. Brynhild reiþ helveg.  
 24. Drap Niflunga, s. Quipa Guþrunar.  
 25. Quipa Guþrunar.  
 26. Oddrunar - Grátr.

- |                                |                                 |
|--------------------------------|---------------------------------|
| 29. Hampismál en forno.        | 27. Atlaquipa in grænlenzca.    |
| 30. Vegtamsquipa.              | 28. Atlamál in grænlenzco.      |
| 31. Fiölsvinsmál.              | 29. Guprunar hvaut.             |
| 32. Hyndluliód.                | 30. Hampismál.                  |
| 33. Gróugalldr.                | 31. Hrafna galdr Opins.         |
| 34. Solarliód.                 | 32. Vegtamsquipa.               |
| 35. Grotta - saungr.           | 33. Fiölsvinsmál.               |
| 36. Getspeki Heidreks Konungs. | 34. Hýndlulióp.                 |
|                                | 35. Gróugalldr.                 |
|                                | 36. Grotta - saungr.            |
|                                | 37. Getspeki Heidreks Konungs.  |
|                                | 38. Solarliod.                  |
|                                | 39. Torrek } Egils Scalla-      |
|                                | 40. Höfut - lausn } grimssonar. |

Nunc ad *crisin carminum* erit transeundum; quam sic instituemus, ut non quidem integrum eam sistere conemur, sed modò nonnulla de uno aliōe carmine observata proferamus, qua rei pragustum dare queant.

*Diversos odarum esse auctores,* attentus quisque lector animadvertet. Cum expositio nunc prosaica sit, nunc poëtica, prosa intermixta non quidem obest earum antiquitati; nam in quibusdam adeo árcte innexa est ipsi carmini, ut cum hoc simul pateat eam extisset; sed interdum tamen recentius aliquod prodit additamentum, dum vel seriores traditiones inse-rit, vel odæ, cui ceu prologus inservit, non bene respondet. Res ipsa quoque fert, ut, cum in collectione nostra interdum reperiantur 3 vel 4 carmina, quæ eandem personam, eundemque eventum decantent; cumque in pluribus odis occurrant repetitiones sive ejusdem plane rei, sive eam aliquanto aliter temperantes, diversos auctores sumere jubeamur. Id in odiis de Sigurdo tanto luculentius est, quo magis præmissā caeteris Gri-  
pispa,

pispá, seu generalis introductio, conspectum omnium herōis fatorum jam dederat; sed in odis quoque de Gudruna, Brýnhilda et Atlio simile quid cernitur.

Quamvis traditionum cyclus, quem hoc volumen sistit, multis iis que non brevibus carminibus exponitur, haec tamen pars mythico-historica ab *integritate* longe abest. Lacuna membranæ regiae argumentum VIII foliorum inter BQ. I. et II. nobis rapuit; quæ, quomodo Gudruna Brýnhildam inviserit, Sigurdi cum Gudruna conjugium, Gunnari proactionem, forte quoque reginarum iurgia descripserant. In Eddæ prosaicæ s. Snorronianæ parte, quæ Skalda appellatur, legimus, quod plurimi veteris statis poëtae heroū Volsungicorum facinora et fata decantaverint. Verum cuncta carmina de Sigmundi majoribus et rebus gestis, quæ fons fuere Volsungasagæ a C. 1. ad 14. omnino perierunt. Concludi etiam potest ex ejusdem Volsungasagæ Capp. 30-37, quantam poëmatum Eddicorum jacturam fecerimus. Si comparamus epitomen ista sectione contentam, cum conspectu fatorum Sigurdi Fafnericidæ, quem dedit Gripispá Strophis XIII, XVI, XVII, XXVII-XLV, desiderare videmur carmina de Sigurdi statura, vultu et artibus, de ejus ad Heimerum itinere, de gazâ Fafnerianâ, de Brýnhildæ acupictilibus, res a Sigurdo gestas representantibus, cæt. Sed ex altera parte notandum est, multas ex Odis, quas nunc legimus, a Volsungasagæ auctore ad usum non adhibitas, itaque, ut opinamur, non lectas fuisse. Tales sunt: Völundarquida, Helgaquida prima et tertia, Helreid Brýnhildæ, Oddruna-Grátr et Gudrunarquida tertia; ut adeo amissarum damnum (quatenus earum rationes novimus) superstitionis multitudo et præstantia utcunque compensent. In *singulis* odis etiam *haud pauca excidisse* diligentior expositionis scrutatio docet. Sic inter Str. IV et V<sup>ta</sup> Brýnhildarquidæ ampla videtur lacuna, cum Sigurdi cædis nulla fiat mentio, sed vidua eum ex itinere redditum exspectare dicatur. Gud-

runarquidam in fine mancam esse conspectus carminum auctor docte divinavit. In Atlaquida desideratur inter Str. XXI et XXII responsum Gunnari, a quo nuper quæsitum fuerat, num vitam auro Rhenano redimere vellet; quæ lacuna, ut pleræque alio, omnibus codicibus antiquior putanda est.

In locis haud paucis magna *textus turbatio* erit agnoscenda. Ad tales detegendas uti criseos superioris, ita linguae veteris poëticæ metrique borealis subtilior peritia requiritur. In Helgaquida Hundingsbana secunda, quæ cæterum et antiquitate et poëtica elegantia plerasque odas superat, multa esse rhapsodica, vidit eruditus commentatoris solertia. Cum jurgia Gudmundi et Sinfjöldii loco incongruo inserta (Str. XXII - XXV), et diversa sint et breviora iis, quæ habet Helgaquida Hundingsbana prior; cum rursus ea concludat Helgii (ut videtur) protestatio huic prorsus conveniens, probatur inde rhapsodica utriusque carminis compositio, a traditione orali forte repetenda. Simili collectoris errori, qui duorum vel plurium poëtarum carmina et materia et metro subinde diversa miscebat, tribuendum est, quod in Helgaquida Haddingiaskada initium quidem fini, et finis initio, sed medium neutri respondeat; nam Strophæ XII - XXX cum reliquis oda partibus non optime congruunt. Erat forte ejusmodi turbatio, quæ Theodoricum, qui interpres Gudrunarquidæ secundæ et tertiaræ tantopere torsit, Eddæ nostra obstrudebat, cum Atlio inepte jungendum. Brevis prologus prosaicus, GQ. II. præmissus, absque dubio spurius censendus est. Tempore enim, quo Oda Eddicæ literis mandabantur, Theodoricus s. Thidrekus Veronensis in carminibus theotisco-romanticis Attilæ fatis, historiâ invitâ, intextus fuerat, talisque in Scandinavia quoque inclarerat. Quid itaque mirum collectorem, cum in oda aliqua Eddica Þiðmar vel Þiðrekr (nam id nomen in principibus Gothicis non infrequens erat) nuncupatum invenisset, celebrem Theodoricum ex ævi opinionibus innui

credi-

credidisse. Ita Piódmar in Gudrunarquidæ tertia Str. III. forte est Theodemir Ostrogothicus, (juxta nonnullos notissimi Theodorici pater) qui Attilam in infelici ad Galliam expeditione sequebatur. Sic in duobus odarum locis, nam plures nomen non occurrit, pro Piódmar piódrekt irrep sit, in utroque autem Piódmar metro apprime convenit. In Sigurdarquidæ secundæ primo & secundo odario, uti in Brýnhildarquida prima metri notatio crisin haud parum adjuvat. Magna carum pars metrum habet Adonicum. Sed in S. II. a. Str. XIII.-XVIII et XXVI; in S. II. β. Str. XXXII.-XXXIII, XXXV.-XXXVI, & metrum ostonarium (fornyrdalag) in plerisque odis Eddicis frequentissimum \*) recurrit, ita tamen, ut quædam strophæ regulas metri strictiores non observent. Talia loca sine dubio fragmenta continent deperditorum veterum carminum, ab imperito collectore et ratione metro parum consentaneâ inserta.

Criseos solertiae ope licebit forte detegere, si quid in his carminibus ex Theotisco veteri vel ex Gothicō idiomatico imitando vel vertendo sit expressum. Prius Germanicis eruditis relinquimus; de altero hæc sufficient: In carminibus Atlaquida et Atlamál observatum est, metrum Adonicum dominari. Haud improbabile est causam hujus metri prælati querendam esse in studio, quo Gothi id prosequebantur. Quod Boëthius in libello de consolatione philosophica versus Adonicos cem suis variationibus sæpe adhibuit; sine dubio ideo factum, quod Gothis, inter quos vivebat, id placere noverat. Cum ergo carmen, quod imitabantur Atlaquida et Atlamál

\*) Hoc versuum genus Septentrioni adeo proprium erat, ut in Constantini Porphyregegeneta libro de ceremoniis aula Byzant., tale carmen Gothicum sit servatum, in aula festo Jolensi a Varangis decantatum. Hoc carmen et alliterationem et metrum ostonarium servare, ostendit Finn Magnussen in sing. diss. quæ ut in lucem publicam edatur, vehementer optamus.

Iam illi auctores, metro adonico conscriptum<sup>1</sup> esset, probabile est, in Scandinaviciis ejus ectypis eosdem pedes fuisse servatos. Accedunt in his odis plura Gothicī ingenii vestigia, quæ propter Gothorum cum Hunnis, notissima gente, conjunctionem vel dissidia, veros Hunnos verumque Hunnorū Attilam hīc cogitandos esse, quā de re supra dictū, non absurdū reddunt. Ad tales ~~receptaculū~~, v. c. cutis colorem, nasi formationem, barbam (rarius quidem) demissam, ritus funebres, jurandi formulas cæt. passim in notis ad hujus Voluminis Supplementa conversa est Lectorum attentio. Siquidem ergo per Græcorum Latinorūmque scripta, Hunnorū notitia, isto tempore, quo odæ Eddicæ componi coepere, ad Scandinaviām non venerat, istæ traditiones et carmina per Germaniam, Livoniām, et vicinas regiones Borealibus innotuerunt, ibique vel traductores vel imitatores invenerunt.

Antequam hæc de Crisi Eddica linquamus, paucis dicendum de carmine *Gunnarslagr* dicto, deque rationibus, quæ nos induixerint, ut potius appendicis instar illud in fine hujus Voluminis poneremus, quam ipsarū odarū seriei accenseremus. Gunnari aliquod melos memoraverat Olafssaga Trýggvasonar in Norna-Gests þatti C. II. p. 135. Col. I. ed. Skalholtensis, his verbis: "Sumit Gestus citharam suam, et eam ferit bene "atque dia ea vespera, adeo ut omnes sibi oblectamento haberent auscul- "tare, et tum quidem *Gunnars-Slag* s. pulsum citharistriū Gunnari op- "time ludit; ad finem autem *Gudrunarbrögð hin fornu* o: modulos de Gud- "runa v. fallacias Gudrunæ, cithara canit; quod carmen antea præsentibus "inauditum erat." Invitaverant ad tale carmen concinnandum fata Gun- nari, qui juxta Eddam in carcerem vermibus plenum conjectus, pedibus citharam pulsaverat. Verum, cum melos ejusmodi nec in membrana regia, nec in aliis, qui in Dania aut Suecia habentur, codicibus reperiatur, auctor præfationis, 1<sup>mo</sup> Eddæ Sæmundinæ Volumini præmissa, p. XXXVIII periis-

periisse censuit. Acciderat autem, ut Stipendiarius Arnæ - Magnænus Gudmundus Magnæus, Islandiam a. 1780 invisens, in quodam Eddarum codice chartaceo, inter alias odas Sæmundinas hoc carmen reperiret. Is licet fateretur, quædam loca suspicionem novitatis ipsi movere, multo plura tamen ejus authentiam adstruere judicabat; Odisque Vegthamsquidæ et Corvicinio Othini id æquiperabat. Cum non solum G. Magnæus, sed omnes alii harum rerum periti huic Gunnarslæg multum tribuerent, secundo Eddæ Volumini illud destinaveramus, n. XIII ei adsignantes. Constituimus tamen, mixtis literis cum doctis in Islandia viris criticas hujus odæ rationes diligenter anquirere. Interprete Finn Magnussen, cuius opera huic volumini utilissima fuit, epistola nobiscum communicata est ab Arna Thorsteinsen, Præposito Toparchiæ Mulensis Septentrionalis, possessore Codicis, ex quo G. Magnæus exemplar cantici Gunnari exscriperat, data ad Gut-tormum Poulsen, Præpositum in Holmis Toparchiæ Mulensis Meridionalis, die 24 Julii 1815. Eam, cum præsenti quæstioni lucem affundat, totam hic inserimus: "Anno 1787 (rectius 1780), quo, quantum memini, G. Magnæus Islandiam invisens apud Toparcham in Vopnafiorde Gudmundum Petersen morabatur, Ego sacerdos Hofi in hoc districtu eram; tumque hieme Magnæo commodavi librum continentem Eddam sic dictam "Snorronianam, ex editione Hafniensi 1665, per librarium Jacobum Sigurd-sen exscriptam. In eodem libro erant XIII poëmata Eddæ Sæmundinæ, "inter quæ Gunnari melos (Gunnarslagr), quod iste Jacobus inter Alvismál "et Vafrudnismál inseruerat, absque ulla supicionis de ejus novitate indica-tione. In libri initio Jacobus luculentis literis notavit, eum anno 1764 ab "ipso descriptum esse. Meus in hoc munere antecessor, beatus Skapte "Skaptesen, a quo libri possessio ad me transiit, mihi ipse narravit, quod "ista XIII Eddæ Sæmundinæ carmina descripta essent ex antiquo codice, quem "Sigurdus Eriksen, Skeggiastadi in Langanesstrand antistes (qui anno 1768

"moriebatur) antea habuisset. Si Gunnarslagr in isto codice fuit, Gunnarus Pauli ejus auctor esse non potest. Audivi illum Jacobum Sigurðum pictorem (málarí) dictum, sed tamen a paucis, fuisse. Is in Vopnafjord a. 1781 decessit. G. Magnæus ubi istud Gunnari melos vidit, priscis genuinis accensebat. Ejusdem sententia erat toparcha Guðmundus Petersen, atque ipse ego, licet in talibus forte non idoneus judex. Verum nunc *rumor*, spargi incipit a boreali pariter ac occidentali insula parte, quod poëmatis hujus auctor sit vir longe doctissimus Gunnarus Pauli. Aliquid fulcri ei inde accedit, quod filius meus Sigfus refert, se, dum scholam Holensem frequentaret, hocce melos cum aliis Paulidæ poëmatibus apud sororem ejus Steinun Pauli filiam, ipsius Præpositi manu scriptum vidisse; seque deinceps Miklagardi in Eyafjordo id reperisse in MS<sup>a</sup> poëmatum collectione, ubi diserte additum esset: istud melos Præpositum Gunnarum Pauli auctorem habere. Plura ad hanc rem illustrandam nescio; sed hoc modo addo: quod, si Gunnarus Pauli carminis Gunnarslag vere auctor est, poëtam, cui vix par invenietur, eum judico, dum poëses antiquæ genium indolemque adeo native imitari polluerit. Ex his aliisque, ab Islandia petitis relationibus effectum videtur, quod G. Poulsen melos Gunnaricum saltem scripserit. Cum celebris ille vir perpetuo, dum vivebat, cum Ephoris Arna - Magnæanis literas misceret, idemque tamen poëma, si antiquissimum esset, maxime memorabile, illis non transmiserit, inde concludimus, quod sive 1. ejus auctor fuerit, sive 2. illud pro non genuino habuerit, sive 3. argumenta ejus authentia locupletia conquerere voluerit. Ultimum non probabile est; cum in quadratura insulae orientali jam a. 1764. exemplaria ejus fuerint, et ipse demum a. 1785 moreretur. Si his addimus, quod Arnas Magnæus, talium peritus, si quis, & sedulus indagator, hoc cämen ne diligentissima quidem ejusmodi monumentorum investigatione nancisci potuit, remanere debent tam

gravia

gravia de ejus authentia dubia, ut odis genuinis Eddicis annumerari haud possit, licet non diffiteamur, idem ceu felicissimam dictionis tenorisque veteris poëtici imitationem, maximi jure aestimari. Inveniuntur in eo duas voces, quas antiquissimus poëta vix posuisse, *umsýslan* et *sár-neyddar* (Str. XIX). Notum præterea est, eundem Gunnarum Pauli carmen confecisse (non tamen stylo antiquo) ad laudem celebris ex Niála-saga heroës ipsi cognominis Gunnari de Hlidarende, *Gunnarsquædi* dictum; quare verosimile est, eum aliud melos *Gunnarslag*, ut hoc prisci tenoris poëtici specimen juxta illud poneret, conscripsisse. Annus 1764, quo Jacobus Sigurdsen in regione Islandæ orientali poëmà descriptis, huic conjecturæ bene convenit; nam Gunnaris Pauli jam a. 1753 in Hiardarholto quadratura occidentalis paroecus evaserat; et antea in Schola Holensi Correctoris munere functus fuerat, in quo forte istud carmen concinnavit. Jacobum Sigurdsen XIII odas eddicas ex Codice antiquo exscripsisse, sine idoneo arguento sumitur, cum chartæ, male tractatae, aquamque vel fumum contrahendo, oculis non eruditis antiquitatem facile mentiri queant. Verum, siquidem plures adhuc sunt, qui carminis authentiam defendant, atque hic poëta summam proficit cum genuinis odis Eddicis familiaritatem miramque in eventuum, qualem ille eos sibi sistebat, nexus indagando sagacitatem, memorabile hoc carmen omnino excludere noluimus, sed in fine Voluminis (resectis animadversionibus nimis loquacibus G. Magnæi) exprimi curavimus, fecimusque simul, ut vocabula in illo occurrentia, quorum longe plurima cum carminibus Eddicis genuinis sunt communia, glossario insererentur, præmissa tamen nota † GS, ut eorum fontem hoc poëma esse pateret.

*Codices* quod attinet, lectorem ablegamus ad Præfationem Vol. I<sup>mi</sup>, quæ pagg. XLI-XLVII plerosque hic adhibitos describit. Sunt vero sequentes:

## A. Pergamenti.

1. R. *Codex Regius membraneus*, a Brynjolfo Svenonida 1643 in Islandia inventus, ex sec. XIV<sup>to</sup>, in quo id imprimis hic notandum, quod lacunam habet a Brynhildarquidæ inde initio, VIII folia permeantem, quodque in fine *carmen Grþugalldr* omittit.

2. U. Fragmentum membraneum VI foliis constans, forma quarta inter Cod. Magnænos bibliothecæ Universitatis n. 748. Quo præstantior omni nomine est hic liber, eo magis dolendum, odis, hoc Volumine contentis, nihil fere illum profuisse; nam huc pertinentes modo habet tres primas lineas prologi Völundarquidæ.

## B. Chartacei.

3. S. *Codex Suhmianus* formæ quartæ scriptus a. 1750. Ei manu Episcopi Hersleb hæc inscripta sunt: "Om dette Exemplars store Raritet er dette at sige: at neppe i hele Island skal findes 2 à 3 gode Exemplarer af denne Edda; men denne er confereret med et Exemplar, den lærde Sir Ejulfer Johnsen ejede, og et andet Lavmand Vidalin har haft, og altsaa er meget accurat." Patebit ex lectionum variantium comparatione, Gudmundum Magnæum credidisse librum, unde hic exscriptus sit, aliam, quam quæ in membrana Regia exprimitur, textus recensionem continere.

4. L. *Codex Luxdorffianus*; qui deinceps ad Suhmum transiit, et ex quo Codex Ericianus, quem nunc possidet Birgerus Thorlacius, exscriptus est. Mixti illum pretij fuisse, lectiones variantes ostendunt.

5. P. *Codex Gunnari Pauli Hiardholtensis*, in Islandia antistitis, et Dalensis ibidem Toparchiæ præpositi. Is in interpretatione odarum Eddicarum, cum Ephoris Magnænis communicata, hujus Codicis mentionem facit, et de ejus lectionibus, doctis et ingeniosis, sed a G. Magnæ saepè nimis severe dijudicatis, in commentario crebro fit mentio.

6. T. *Thorlacianus*. f. quartæ, sec. XVIII descriptus, ex possessore Birgero Thorlacio nuncupatus. Hunc ad manum habuit una cum *Regio et Suhmiano Professor Finn Magnussen* in utraque Helgaquida Hundingsbana elaboranda et commentario instruenda, bonaque eum notæ esse comperit.

*Textus collatio versionisque et notarum elaboratio concredita* fuit viris in hoc cognitionis genere eximiis, *Gudmundo Magnæo*, Stipendiario Arna-Magnæano, qui in primo Vol. operam suam cum magno successu collocaverat, et *Johanni Johnsonio*, Stipendiario item Arna-Magnæano, et deinceps Toparchiæ Isfjordensis in Islandia præfecto. Usu enim et experientia confirmata erat persvasio, difficultimum opus carmina Eddica rite interpretandi, non demandandum nisi Islandis, qui singularem curam in vetere poësi boreali posuissent; quippe quos lingua vernacula, antiquæ borealis genuina filia, magis idoneos reddat (ubi studium scilicet solertia accesserit) maximæque auctoritatis, priscorum carminum interpres. Labor iste tardiuscule processit, ita tamen, ut mense Martio anni 1793, omnes, quas hoc volumen complectitur, odae, quad textum constitutæ, lectionumque variantium indicatione, versione latina et notis instructæ essent. Cum legati Ephori illum diligentius examinarent, reprehenderunt, testari eum quidem laudatorum virorum peritiam solertiænamque, sed in partibus a G. Magnæo elaboratis animadverti identidem nimiam loquacitatem, in crisi subinde partium studium, in commentario hic illic aliquam festinationem. Obtulit ergo collega noster, jam beatus, *Johannes Olavius Hopnonesiensis*, in poësi septentrionali facile princeps\*), suam operam in commentario perlegendo et ad formam commodiorem revocando. Dura hæc solita  
dili-

\*<sup>o</sup>) Auctior librorum classicorum: *Om Norden gamle Digeekonst*, Kbh. 1786. 4<sup>to</sup>. *De baptismi veterum Septentrionalium*, Havn. 1770. 4<sup>to</sup>. *De cognatione spirituali*, Havn. 1771. 8<sup>vo</sup>, cat.

diligentia et accuratione agebat, incidit anno 1795 incendium Havniense, quod bibliothecam ejus tantisper turbabat, faciebatque, accidente præcipue aliis magni operis avocamento, et deinceps senis infirmitate, ut, absoluta dimidia et quod excurrit, operis parte, ab eo desisteret. Reliqua Commissionis Magnæzaniæ membra, quæ hanc antiquitatum borealium partem suam fecerant, alii labores, his tamen affines, impediebant, quo minus relictam ab Olavio telam texendam resumerent. Occupabant Thor-kelinum leges Norvegicæ (quarum Volumen nunc cum Edda prodit), Sculonem Thorslacium Grottinii, Höstlangæ atque Thorsdrapæ editio. Videbatur in fatis fuisse, ut secundum Eddæ Volumen tam diu differretur, donec expiatum esset crimen calumnia contractum, quam Viri, aliis quidem nominibus egregie eruditæ, sed lingvæ poëticæ borealium prorsus ignari, venerando huic monumento adspergere sustinuissent. Elapso vicennio ex quo Odæ mythologicæ publicatae fuerant, æquiora de Edda judicia ferri vulgarique cooperunt, et priorem iniquitatem justior admiratio sequebatur. Licet ergo infesta patriam tempora vexarent, licet editionem premieret stipendiæ Magnæzani tenuitas, incepimus ab anno inde 1811 hujus operis partis mythico-historicæ edendæ curam redordiri, sperantes eam vel inter publicas calamitates lento fortassis, sed certo, nec male ominato gradu, proditaram. Cum prelo mox tradere volebamus partes ab Olavio, G. Magnæo et Johnsonio elaboratas, quorum hic in patriam jam dudum redierat toparchæ munere functurus, duo priores diem supremum obierant, comperimus Olavium XII carmina emendata typisque matura reliquise; cætera, a laudatis duumviris elucubrata, maluimus, licet hic illic forte minus accurata, mox impressioni destinare, quam ea novæ incidi committendo novam rursus operi moram nectere; imprimis cum pauca, quæ haud recte constituta essent, in glossario commode emendari posse viderentur. Sed ecce odas a beato Col-

lega

Iega illustratas perquiendo duas cum omni suo apparatu abesse animadversimus, nempe utramque Helgaquidam Hundingsbanam, quod damnum commodando factum suspicabamur. Supererat ergo reperanda hæc jactura; sed supererat quoque pars operis, ut gravis admodum, ita perdifficilis, confectio nempe indicum, et verba et res in hoc tomo obvias expli-cantium. Feliciter accidit, ut autumno 1812 Hayniam ex Islandia venisset *Finn Magnussen*, qui doctis operibus \*) jam antea se in hoc literarum genere habitare probaverat. Is ergo repertus, qui glossarium et indices concin-naret. Rogaverat interea unus nostrum per literas Virum doctissimum, Schole Besestadensis in Islandia Adjunctum [nunc Doctorem Philosophiae] *Hallgrimum Johannæum Scheving*, qui stipendiarius Arna-Magnæanus fuerat\*\*), ut duas odas, quarum commentarius perierat, rite digestas, latine versas et brevi commentario illustratas nobis transmittenet. Sed cum bellicis illis annis commercia cum Islandia sæpe ultra XII menses interrupta essent, credebamus necesse Glossarii autorem tantisper rogare, ut duas odas amissas illustraret. Fiebat ut augurabamur, et incepta vere 1813 impressio ultra carmina Helgiana haud parum jam processerat, cum Sche-vingii commentarius, perite et sollerter exaratus, ad nos deferebatur. Nimis serum erat ipsi operi has observationes inserere; sed curavimus, ut in Glossario et Indicibus ad usum converterentur, ne editio hocce orna-mento prorsus careret.

Doctus ad hoc Volumen apparatus prater textum et lectionis varieta-tem, versionem et notas, constat: *Glossario vocum, indice nominum pro-priorum et rerum memorabilium, conspectu argumenti omnium carminum*

ordi-

\*) Præcipue libro dein impresso: "Forsøg til Forklaring over nogle Steder af Ossians Digte mest vedkommende Skandinaviens Hedenoldia" ved *Finn Magnussen*. Kbhv. 1814. 8vo.

\*\*) Tractatum mythologicum de pericopa quadam carminis *Völuspá* scriptum, Museo Scäu-dinavico insertum.

dine historico, cum quadruplici appendice, quorum unus synopsis lingvarum in Glossario comparatarum, et recensum subsidiorum sistit, alter continet enumerationem locorum in Glossario et Indicibus emendatorum, vel ulterius, quam in commentario factum, illustratorum, tertius *Gunnari melos* exhibet, quartus denique Additamenta et Correctiones ad totum volumen continent.

De *Glossario* hac monenda habemus. Index vocum, priori Volumini subjectus, licet egregium sit ad Lingvam borealium poëticam subsidium, et auctoris in isto genere peritiam singularem testetur, haud pauca desideranda relinquit, quippe non satis certas rationes secutus; nam vocabula habet maxime vulgaria rarissimis et intellectu difficillimis intermixta, dum rursus alia ex utroque generè plane præterit. Cum vero universe statui queat, quod carmina Eddica antiquissima lingvæ Scandinavicae vocabula contineant, quorum multa initio in usu quotidiano fuerint, quamquam nunc unice ut poëtica agnoscantur; consentaneum visum est glossario inserere omnes in hoc volumine obvias voces; sed easdem, quoad res et subsidia sinerent, cum lingvis cognatis comparatas. Studuit auctor id restius pleniusque quam *Glossarium* <sup>1<sup>mi</sup></sup> Vol. efficere. Methodus, quam secutus est, ex Appendix primo intelligitur; notandum tamen, quod quæ occurunt nomina peregrina, cum eddicis collata, desumpta sint ex multifariis historiographis atque Annalium auctoriibus, qui eventa ex populorum ævo medio migrationibus consignarunt. Primus etiam tentavit auctor plenam utcunque inter vocabula persica et scandinavica comparisonem instituere, in qua gratus fateretur, se a Doctissimo nostro Rasmussen, Lingvarum Orientalium Professore, promtissima et liberalissima benevolentia fuisse adjutum. Prima quoque vice hic uberior facta est lingvæ Indicæ cum Islandica collatio. Recentiorum scilicet de oriente observata et indagations omni absurditatis suspicione liberarunt talem de cognatione horum idiomatum opinionem. Antiquissinorum historicorum borealium relationes, juxta orientalium traditiones positæ, causas hujus convenientiæ satis illustrant, ut in nominum priorum Indice voc. *Æsir*; at alibi, auctor

doctissimus probatum ivit. Agnoscit cæterum, aliquid imperfectionis habituras has scrutationes, donec ad difficilem illam indicam lingvam prior aperiatur aditus; verum nulli quidem pepert operæ in vocibus apud optimos de ea scriptores conquirendis; ut etiam egregiam ei operam præstítit tractatus S. V. Fuglesangii, Antistitis Slaglosiani, hucusque ineditus: "de lingvæ tamulicæ et danicæ similitudine;" quod opus tanto majorem meretur fidem, quo magis ipse, verbi divini olim in Tranquebar minister, ab indigenis istud idioma fuit edocitus. Ostendunt plures, Glossario, Indicibus et Conspectu carminum insertæ annotationes, talem similitudinem non lingva circumscribi, sed multas quoque ideas religiosas, philosophicasque, multos ritus et mores, prisco Septentrionis cum India communes fuisse; id quod ad indagandas populorum origines et vincula, et humanitatis omnino causa, annotasse juvabit. Si quid in his parum certum, dies, opinionum commenta delens, illustrabit; sed videntur tamen allatae similitudines tot tantaque esse, ut radicalis (quam vocant) cognatio inter lingvas: veterem indicam, persicam, caucasias, gothicam et scandivicam, negari non bene possit\*).

Atque

\* ) Dum hæc scribimus, deferuntur ad nos V carmina Faroënsia, antea incognita, quæ nobiscum communicavit doctissimus Lyngbye, Candidatus Theologiz, rei botanicae cultor perltissimus. Is cum scientiam suam locupletatus Færoës a. 1817 adiisset, hæc carmina ibi ex sensis dictamine descripsit, qui ea a metre sua nonagenaria didicerat. Titulus est *Sinra Kvæi s. Sigurdhrquida*. Prior pars (taut 2. pâtr) 71 strophis, secunda, strophis 72-162 metricis constat; tertia et quartæ unice prosam, quinto initium prosaicum et 43 strophas metricas, singulas quatuor lineis distributas, habet. Ista carmina, quæ in collezione cantilenorum Faroënsium *Svalbecna* in bibliotheca Regia (4 Voll. 4to) non legebantur, haud pârvi momenti eo nomine sunt; quod novo arguento probant, quam longe cyclus ille de Sigurdo et Giukungis serpserit, ut adeo Færoës attigerit. Ad crism Eddicam aliquid faciunt, quatenus Volstungasaga maxime convenient; et ita cum representatione Eddica conspirent, ut media veluti sint inter Eddicam simplicitatem, et recentiorem exornationem, quæ in Vilkinasaga atque carmine Niflungico reperitur. Ista P. E. Müllerus in 2do bibliothecæ Sagorum Volumine diligentius examinabit.

Atque sic prodit, felicibus utinam auspiciis, secundum hoc Eddæ Volumen, multis doctissimorum virorum laboribus adornatum. Licet quinquennio sub prelo sudaverit, speramus hanc tarditatem operis soliditate compensari; si tardum dicendum est, quod, excepto infausto illo patriæ nostro anno 1814, XXVIII quotannis plagulae typis excusæ fuere; et, quæ temporum fuit angustia, ne sic quidem edi potuisse, nisi privata benefactoris anonymi liberalitas 1000 imperiales in hunc finem impendisset. Eruditi exterorum labores in Glossariis et Indicibus consulti fuere; in ipso Commentario adhiberi non poterant, quia propter bellum nimis sero ad nos devenerunt. Superest jam tertium Volumen, & Odas a Resenio editas, et Supplementa in Tomum primum, complexurum. Locuples Ola-vii Grunnavicensis atque Magni Kétilson in Völuspam, et brevior Johnsonii in Hávamál Commentarius, qui MS<sup>t</sup>i habentur, in nova horum carminum editione sic in usum convertentur, ut rectius et elegantius explicata, cum aliis Eddicis prodeant. Glossarium, illi subjungendum, vocabula in primo Vol. prætermissa explicabit, nimis parce explicata illustrabit; addetur integrum lexicon veteris Eddæ mythologicum, literarum progressibus, qui recentissimis annis facti sunt, conveniens. Ut hoc opus citius nunc procedere queat, fecit Regis Augustissimi FREDERICI SEXTI clementia, qui benignissime jussit, ut doctissimus Commentator, quo totus in his studiis esse posset, stipendio publico suffulciretur. Cum præterea hæc operis pars, generose adjuvante Viro Excellentissimo Johanne Bülow de Sanderumgaard, Ord. Elephantini Equite, jam per aliquod tempus præparata fuerit, speramus eam tribus vel quatuor annis a prelo exituram; quæ finitæ Corpori huic Eddæ Poëticæ eam datum iri confidimus perfectionem et integritatem, quæ peritis studiis Eddici amatoribus possit comprobari.

Havniæ Idibus Decembr. MDCCCVII.

*Cold. Schlegel. A. Kall. B. Thorlacius. Werlauff. P. E. Müller.*

---

*G. J. Thorkelin.*

# VÖLUNDAR · QVIDA.

A

EDWARD MURKIN

FRA  
VÖLUNDI OK NIDUDI  
EDR  
VÖLUNDAR - QVIDA.

VÖLUNDAR - QVIDA. ODA DE DÆDALO  
(SEPTENTRIONAL).

FORMÁLI.

1) **N**idudr het konúnge i Sví-  
þjod. han átti tva fono ok eina  
dóttor. hon het BAÐVILDR. Bræ-

INTRODUCTIO.

1) **N**idudus d̄itus est rex in SV-  
CIA. Is duos habuit filios et unam  
filiam, quæ BÖDVILDA vocabatur.  
Tres fratres [erant] filii FINNORUM  
dor

1) Hic *Nidudur*, in Theodorici de Bern sive Vironensis vita, dicitur *Nidangr*, Juthis rex,  
cui in serie regum danicorum consentit Tor-  
fius, et post eum noster Suhmins, qui Ni-  
dudum circa initium seculi VI in Thy, Ju-  
thia borealis præfectura, regnasse prohibet.  
Hist. Dan. Tom. I. pp. 316-17. Heic cum  
Svionia fuisse regem legitimus, quod forsan  
ditionem quandam ibidem habuerit. Notari  
etiam meretur, quod Epe danica (*Kjæmpe-*

*Wise*) p. 34. *Bödvildam*, Nidudi filiam, et  
ipsum *Völundum* carminis hujas heroem, mu-  
tatis nonnihil nominibus *Bathildam* et *Verlan-  
dum* (alii *Veyland* et *Velant*) salutant. Sec.  
Suhnius *Vade*, Völundi pater, incunabulo  
seculo VIto in Ostregothia regnavit, Finno-  
rum quondam seje, qui re heic Finnorum rex  
fuisse dicitur. *Völando* filius fuit danice  
*Vedrik Verlandsön* d̄itus, ejus fortia faci-  
noya Epe nostra danica plus semel decantant.

dor III. sýnir FINNA Konúngs. het einn SLAGFIDR. annarr EGILL. þridi VÖLUNDR. þeir skrido ok veiddo dýr. Þeir qvomo i ULFDALI ok gerdo ser þar hús. Þar er vatn er heitir ULFSIÁR. Snemma a) of margin fyndo þeir á vazströndo Konor III. ok spunno lín. Þar voro hiá þeim álpstar - hamir þeirra. Þat voro 2) Valkyrior. Þar voro tvær dætor LAVDVESS Konóngs. HLADGUPUR SVANHVT ok HERVÖR ALVITR, en pridia var 3) AVLRÚN KÍARIS - dóttir af VALLANDI. Þeir höfdo þar heim til skála med ser, feck EGILL AVLRÚNAR, en SLAGFIDR

(Lapponum) regis, quorum unus SLAGFIDUS, alter EGILLUS, tertius VÖLUNDUS, appellabantur. Ii asseribus cursoriis labentes (euntes), feras venabantur. Venerunt in ULFDALOS (lupinas Valles) atque ibi domum sibi ædificarunt. Illic lacus est, qui ULFSIÁR (Lacus lupinus) nuncupatur. Primore quodam diei mane deprendebant tres mulieres in ripa lacus, que linum nebaat. Ibidem apud eas erant cygneæ ipsorum induviae. Erant autem 2) Valkyriæ (bellonæ l. amazones), et quidem earum duæ filia LÖDVERIS (Ludovici) regis, HLADGUDA SVANHVITA (cygnæ instar candida) et HERVÖRA ALVITRA (omniscia). Tertia erat 3) ÖLRUNA KÍARIS (Cari) filia de GALLIA. Has illi secum domum in ædem suam abduxerunt. EGILLUS cum SVAN-

Formáli. a) S. (i. e. Exemplar Suhmii) snemma om.

a) Valkyriæ facinæ fatidicæ; in monumentis nostris ita dicuntur a) Dæ, numero novem, quarum nominæ carmen Volupsa et Edda recensent: haec cum ceteris deabus in ipsa Othini aula habitarunt. b) Mulieres fatidicæ, generis humani et mortales, que non secus ac dæ, Othini ministriæ dicuntur et ejus auctoritate sive viatorum sive stragorum pugnantibus decrevisse feruntur. Earum tres hic locus nominat.

3) Aulruna sive Ælrunga; Kiaris Gallum reguli filia, quam ab Egillo separatam, Adilsus, Svecie rex, sive uxorem sive concubinam sumvit, et ex ea Eystenum, postea Svecie regem, genuit. Adilsus anno 540 mortuus est. Ölrune propterea erat Audi sive Audius, Badilii Saxonum reguli frater.

SVANHVÍTRAR, en VÖLUNDR ALVITRAR. pau bivggo VII. vetur 4), pá 5) flugo þar at vitia vísga ok qvomo eigi apr. Þá skreid EGILL at leita AVLRÚNAR, en SLAGFIDR lei-tadi SVANHVÍTRAR, en VÖLUNDR sat í ULFDAVLOM, han var hagastr mapr sva at menn viti í fornorn savgom b). NIDVJP konóngr let hann havndom taka sva sem her er ym qvedit.

ÖLRUNA connubium init, at SLAGFI-DUS cum SVANHVITA, VÖLUNDUS autem cum ALVITRA. 4) VII. a) hy-emes cohabitarunt. Tunc mulieres 5) avolarunt prælia frequentatum, et non redierunt. Ergo EGILLUS asseri-bus cursoriis labens abiit, ÖLRUNAM quæsitum, at SLAGFIDUS SVANHVITAM quærebat. VÖLUNDUS autem in ULF-DALIS resedit. Is summus erat arti-fex, quantum scire est e priscis relationibus. NIDUDUS rex fecit eum comprehendendi, quemadmodum in hoc carmine narratur.

## HER HEFR QVIDONA.

I.

Meyiar flvgo c) fvnnan  
6) Myrkvid fgögnom

b) S. í fornþögum, eodem sensu.

## HIC INCIPIT ODA.

I.

Virgines volarunt a meridie,  
Per 6) sylvam opacam,

7) ALVÍ-

Str. I. c) S. fáro ibant.

4) Pro VII vetur sine dubio legendum VIII.  
vetur, ut Odæ nostræ Str. III. v. 3. 4. per-hibet.

Str. I. 5) Quod ad hunc volatum attiner, con-  
feratur induvium Freyæ pennatum, nec non illud Othini et Thiasii, quorum uterque aquila induit speciem volasse feruntur;  
unde videre est, quod Mythi Scandici non secus ac greci diis, deabus, heroibus volandi artem adsignarent. His ex beato Magnæo subneftet liceat, quæ Ejoflus Jona, sacer-

dos Vallensis, vir fide dignus, in tractatu suo de nominibus propriis scribit de Islando quo-dam, summo artifice, cui nomen Yni, et qui declinante seculo decimo septimo aßtuc superstes; quod nempe fluvium magnæ latitudinis, Thíðrjá dictum, alarum ope trans-volarit; quin sunt, qui cum simili modo sinunt Hafnafjord træcissæ referunt.

6) Ex beati Magnæi sententia Myrkvidr heic oce-anum forsitan significat, cum mare et sylva poeteice suas appellations invicem communica-  
cent

7) ALVITOR únga  
Örlög drygia.  
Pær á sævar-strönd  
Settuð at hvíflaz.  
Drósir sudrænar  
Dýrt lín spvnno.

7) ALVITRA juvenis,  
*Ut fata constituerent.*  
*Illæ in ripa lacus*  
*Sidebant, ut requietem caperent;*  
*Puellæ australes*  
*Pretiosum linum nebant.*

## II.

8) Ein nam Peirra  
EGIL at veria  
Favgot mær d) fira  
Faþmi liðosom.  
Önnor var SVANHVT  
Svanfiaþrat dró.  
En en pridia  
Peirra fystir  
Vardi hvítan  
Háls VÖLUNDAR e).

8) Una, eorum  
EGILLUM amplexa est  
*Nitida puerilla juvenum,*  
*Sinu lucido;*  
*Altera erat SVANHVTIA,*  
*Cygneas pennas gestans,*  
*Tertia autem*  
*Earum socia*  
*Amplexa est candidum*  
*Collum VÖLUNDI.*

## III.

Str. II. d) S. fyra, vid. Gloss.

e) Mbr. & S. Onundar pro Völuudar, perperam

cent, quod et heic fieri concludi posse arbitratur ex carmine Lokasenna, quod Str. 42. Múspelii filios, bellum diis illaturos, ex Austro per Myrkvid adventuros vaticinatur, cum Völnipá Str. 52 illos iter mari facturos expressis verbis docet: ergo Myrkvidr mare; sed fallitur Magnæus; ex his enim locis invicem collatis patet, quod Muspellianis secundum Lokasennam, equis adiecti via terrestri, at secundum Völnipá navibus per mare adventuri sint; quem leviculum dissensum in his nensis non est cur mireris: vocis ergo

Myrkvidr sylva tenebrosa, heic et ubique sua manet usitata significatio.

7) Poëta heic ut Str. III. solam Alvitram nominans, primam inter parcs eam fuisse forsitan significat.

II. 8) Ein-fira: Magnæus verba hoc ordine accipit: Ein fôg mær nam liðum armi veria Egil þeirra fira, una formosa virgo ex iis juvenibus Egillum sinu lucido amplexa est. Posset etiam et quidem simplicissime verti fôg mær fira virgo juvenibus amabilis vel: juvénium judicio formosa.

VÖLUNDAR-QVIDA.

7

III.

Sáto sípan  
VII. vetr at pat.  
9) En inn átta  
Allan prápo.  
En enn níonda  
10) Navpr f) vm skildi,  
Meyiar fýstoz  
A myrqvan víp  
ALVITOR únga  
11a) Örlög drygia.

IV.

Kom þar af veidi  
Vegreigr g) skyti  
SLAGFIDR ok EGILL,  
Sali fyndo ayda,  
Gengo út ok inn  
Ok vm sáz h).  
Avstr skreid EGILL  
At AVERUNO.  
En svdr SLAGFIDR  
At SVANHVSTO.

III.

*Sedebant deinde*  
*VII. hyemes posteas*  
*9) At očavā*  
*Integrā desiderio tenebantur,*  
*At nonā*  
*10) Necessitas rem mutavit.*  
*Tunc pueræ ire cupiebant*  
*In sylvam opacam,*  
*11a) ALVI+RA juvenis,*  
*Ut fata sequerentur.*

IV.

*Venit interim a venatu*  
*Eundo alacer jaculator,*  
*SLAGFIDUS et EGILLUS,*  
*Aedes offenderunt vacuas:*  
*Foras et intro euntes*  
*Circumspiciebant.*  
*In orientem tetendit EGILLUS*  
*ÖLRUNAM quæsitum,*  
*At in austrum SLAGFIDUS*  
*SVANHITAM quæsitum.*

V.

Str. III. f) S. naudir plur. sed naudr sing. pro naud, antiquius.

Str. IV. g) Mbr. Vegreygr, S. veigreigr.

h) S. seáz, præsens pro imperfecto.

III. 9) *Enu-þráðo*; verbi etiam potest: adhuc per totum annum octavum cohabitarunt. Mag-næsus: desiderio laborarunt abeundi ad pristinum vitæ genus, cfr. Gloss. in voce þreya.  
10) *Nandr um skildi*: necessitas pueras a suis sponsis disjunxit.

11a) *Örlög drygia*: non male verteris fata facere, id est: vita et necis decreto transire. Mag-næsus hic habet: fata persecutum, sensu non satis aperto. Vide Gloss. in voce drygia.

## V.

En einn VÖLUNDR  
Sat i ULFDAVLOM.  
Han 11<sup>β</sup>) fló gyll ravtt i)  
Vid gim faftann.  
12) Lvkti han alla  
Lind bavga vel.  
Sva beid han  
Sinnar liósar  
Qyanar k), ef hon  
Koma gerdi.

## VI.

Pat spyrr 13) NIDVPR  
NIARA drottinn;  
At einn VÖLVNDR  
Sat i ULFDAVLOM.  
Nóttom l) fóro m) seggir.

## V.

Solus autem VÖLUNDUS  
Sedit in ULFDALIS;  
Is aurum rutilum  
11<sup>β</sup>) Cudit ad fixam gemmam,  
12) Conclusit omnes,  
Philyra annulos, probe;  
Ita exspectabat  
Suam lucidam  
Conjugem, si ei  
Venire liberet.

## VI.

Inaudit 13) NIDUDUS  
NÄRICORUM dominus,  
Quod VÖLUNDUS solus  
Resideret in ULFDALIS.  
Noctibus ibant viri,

14) Negl-

i) S. raut pro rauth.

k) S. quenar, genitivus inusitatus.

Str. VI. l) Membrana hic habet nescio quod scriptura compendium, fere veritate extitum: legendum videtur nm, quod in texu retinuimus.

m) Fóro restitui pro voro, quod habent Mbr. &amp; S. nullo sensu.

V. 11<sup>β</sup>) Sló - faftan: cudit aurum rutilum ad  
gemma-fixam sive figendam; hoc est: ut  
gemma auro figuretur et cingeretur. Gim  
gemma it: ignis, quare Magnæus verba: vid  
gim fastan ad ignem fixum, ad ustrinam, in-  
terpretatur.

12) Lukti-vel: omnes annulos probe colligavit  
tilia, id est: fune tilacea. Secus Magnæus:  
probe conclusit omnes in extremis philyra  
inductos annulos.

Str. VI 13) Nidudus, ut supra dictum est, Ju-  
thiz regulus, cum Völundum, Ostrogothæ  
principem, ex improviso captivum abduce-  
ret, in Svionia sedisse videtur, ubi regnum  
quoddam eum tenuisse Prosa I. ab initio per-  
hibet. Hujus ditionis Svecicæ (forsitan Neri-  
cæ, l. Nerike) incole Niari sive Nericæ di-  
cuntur.

14) Negldar voro brynior n),  
Skildir bliko peirra  
Vip enn skarpa mána,

14) Clavatae erant loricæ,  
Scuta fulgebant illorum  
Adversus accisam lunam.

## VII.

Stigo or fadlom  
15) At falar gaffi.  
Gengo inn padan  
Endlängan sal.  
Sá peir á bast  
Bavga dregna  
VII. hvndryp allra  
Er fá seggr átti.

Descenderunt ex ephippiis  
Ad 15) extreum ædis parietem,  
Introierunt inde  
Per ædem perpetuam:  
Cernebant in philyra  
Annulos inductos  
Septingentos omnino,  
Qvos ille vir possedit.

## VIII.

Ok 16) peir af töko  
Ok peir á leto  
Fvr einn vtan  
Er peir af leto.  
Kom par af veidi  
Vepreygr skyti  
Völvndr lidandi  
Vm lángan veg.

Atque 16) illi [filo] demebant,  
Atque indebant [annulos],  
Præter unum  
Quem eximebant.  
Venit eð a venatu  
Periculis strenuus jaculator  
Völundys vadens  
Per longam viam.

n) S. brynir, forma obsoleta & anomala.

14) Negldar brynir: loris clavis sive bullis  
suratis ornatas intelligo.  
Str. VII. 15) Ad-gaffi: ad extremam domum:  
sciendum quod domus longitudine mensurata  
finem sive extreum Islandi cum Danis gaff  
appellent. Magnus non exacte satis terminum  
ædis posticum interpretatur.

VIII. 16) Peir-átero id est: Ex annulis fune col-  
lectis quosdam absulerunt et mox in fune  
reposuerunt, videlicet ut eos estimarent et  
præstantissimum eligerent. Ved-reigr v. 6.  
vide Gloss.

## IX.

- 17) Geck at bruni  
Bero hold steikia.  
Ár o) brann 18) hríſi  
Allpur fvra.  
Vidr enn vín-purri  
FVR VÖLUNDI.

## X.

- Sat á ber-fialli.  
Bayga taldi:  
19) ALFA liópi:  
Eins sakanadi.  
Hvgdi han at hefdü  
HLAVDVIS döttir p)  
ALVITÓR únga  
Veri hon aptr komin.

## IX.

- 17) Accessit ad astum  
Ursæ carnem assatum,  
Maturé ardebat 18) ignis,  
Satis arida abies  
Lignum vento arefaſtum,  
Coram VÖLUNDO.

## X.

- Sedebat super ursina pelle,  
Annulos numerat  
39) FINNORUM (Lapponum) popularis,  
[At] unum desiderabat:  
Credebat, quod [eum] haberet  
Hlödveris filia  
ALVITRA juvenis,  
Atque [adeō] rediisset.

## XI.

Str. IX. o) Mbr. & S. hár contra leges metri.

Str. X. p) S. dötruv, vitiōse.

- Ex. 17) Heic textus habet: geck branni; manif-  
festo errore et syllabarum non pleno numero:  
Magnus tamen hoc retinens vertit: ac-  
cessit fuscus ursæ carnem assatum. Pro brani-  
ni restituit ac brani o; ad astum sive ignem; i-  
nam brani, neutr. et brani, masc. mutus sive:  
ignis ardens dicitur: sic omnia dilucidantur.  
18) Hrit heic hrini nominativus: sarmentum,  
sarmenta; secus Mágneus: hrini vertit ignis,  
qua auctoritate nescio.  
X. 19) Alfahidi sec. literam Alforum popularis,  
quomodo paulo post vici Alfa, Alforum rex,  
salvator; haud dubie quod in Alfheimá reg-  
naret, id est: terrarum traxi inter Gotiflam

er Römeliam, cuius incole Alfar et Elfar-  
Grimar dicti: que quidem sententia non  
longe discordat ab illa nostrâ immortalis  
Suhmii, qui Völundo ejusque patri in adja-  
cente Gotlandia et Scania regnum adsignavit,  
nisi, quia Prosa I: ab initio Völundū Finnorum  
regis filium fuisse péhibet, per Alfo-  
Finni hoc loco intelligentur, quippe qui,  
teste Suhmio, Alfhheimiam quondam insiden-  
tes a loco hoc nomen traxerunt: case vero  
his effici credas, quod Einnis unquam impe-  
rat Volundus, per poēticam puta licentiam  
Finnorum princeps datus, qui in terra a  
Einnis jamdudum relicta regnavit.

# VÖLUNDAR-QVIDA:

II

XI.

Sat han sva lengi.  
At han sofnadi.  
Ok han vaknapi  
20) Vilia - lavfs.  
Visi fer á havndom  
Havfgar navdir  
En á fotom  
Fiotor um spenntan.

XII.

Hverir ro jöfrar  
peir er á lögdo  
Besti 21) byr síma  
Ok mik byndo.  
Kallaþi nú NIDVPR  
NIARA dröttinn.  
Hvar gaztv VÖLVNDR  
Visi ALFA  
Vára avra 22)  
I ULFDAVLOM.

XI.

*Sedebat eō usque*  
*Ut sopiretur;*  
*Et evigilavit*  
*20) Voluptatis expers:*  
*Sensit sibi in manibus*  
*Graves coartationes,*  
*At in pedibus*  
*Compedem adstrictam.*

XIII.

*Qui sunt viri illustres,*  
*Qui indiderant*  
*Spartum 21) gestori annulorum,*  
*Et me vinxerunt.*  
*Hic clamavit NIDUDUS*  
*NÆRICORUM dominus*  
*Ubi naðlus es, VÖLUNDE,*  
*FINNORUM princeps,*  
*22) Aurum nostrum*  
*In ULEDALIS?*

XIV.

XI. 20) *Vilia laðs* involuntarius id est: libertatis expers. Höfgar navdir: Magnæus verit: vinculorum nodos.

XII. 21) *Byr fima* locus difficilis. Magnæus (bör pro *byr recipiens*) non male verit: auri gestatori id est: mihi, nam auri gestator pos-

tica viri appellatio. Si vero legamus *bra* *fima*, pons auri id est: manus, heic emerget sensus: quis quoque manui sive manibus meis imposuit vincula.

22) *Vora avra*, nostram pecuniam: ergo Nidudus furti Völundum arguit.

## XIII.

- 23) Gvll var par eigi  
A Grana leido.  
24) Fiarri hvgda ec vårt land  
Fiöllom Rínar.  
Man ek at ver meiri  
Mati áttom.  
Er ver heil hiú  
Heima vórom.

## XIV.

- 25) HLAÐGVÞOR ok HERVÖR.  
Borin var HLAÐDVE.  
Kvn. var AYRÚN.  
KIARS döttir.  
Hon inn. vñ geck.

## XIII.

- 23) *Aurum ibi non erat*  
*In Granii via positum;*  
24) *Remotum arbitrabar nostrum solum*  
*Ä montibus Rhenanis.*  
*Memini, quod nos plurim:*  
*Bona habuimus,*  
*Cum nos salvi familiares:*  
*Domi eramus:*

## XIV.

- 25) *Hlädguda et Hervöra.*  
*Prognata Hlöðvere [utraqe];*  
*Nota erat Ölruna.*  
*Kiaris filia:*  
*Ea introbat.*

End.

- XIII. 23) Verba Völundi sunt: usque ad prosam, quorum sensus heic est: annuli, quos mihi in *Ulfdalii* diripiuitis; non erant aurum in via *Granii*; id est: in Fabneri serpentis luster cumulatum; ceterum menini: me divitias his annulis maiores antea possedisse, quando mea cum familia salvus et incolunis domi degerem. Hoc Völundi' responso sub-indicari videtur, Nidudum sese heredem vocasse auri, quod *Sigurdus Fabnericida* cesso Fabnero comparavit — *Grani* sive *Granius*, equus præstantissimus, quo *Sigurdus* vestus est, cum Fabnerum vita et opibus spoliaret.
- 24) *Fiarri-rinar*: montes rhenani, alibi *Guita-heidi*, ubi serpens Fabnerus auro incubuit. Noster Subnius per *Guita-heidi* castrum quoddam intelligit, a Rheno fluvio non longe

situm, quod<sup>i</sup> Fabneri sive *Fobner*, regnus, suri eri argenti:ditissimus, tenuit. Ceterum dictis evincitur, quod res hoc carmine narrare Sigurdi Fabnericida statem non longo temporis intervallo sequuntur; nec hoc chronologice repugnat, de qua: consule cl. Suhmii Hist. crit. Tom. I. p. 439 sequ. Frustra ergo est *Magnæus*, qui hunc locum ad historiam non exactum et ex poëta inscrita profectum esse arbitratur. Elias in hanc rem congregata argumenta, quæ levicula sunt, heic affere nihil attinet.

- XIV. 25) Verba sunt Völundi' de matronis ad ipsius familias quondam pertinentibus. *Kunn var röddu*: Uxor Ölrune regimen domesticum notat cum illa famulatio, servis et servabus imperiosa loqueretur et mandata daret.

Endlängan sal.

Stód á gólfí

Stillti röddo.

26) Era sú nú hýrr

Er or holti ferr.

NÍDVÝR Konóngr gaf dóttor sín  
ni BAÐVILDI gyrlsing pann er han  
tók af bastino at VÖLUNDAR. en han  
fialfr bar fverpit er VÖLUNDR áttu. en  
drottning qvap:

XV.

27) Tenn honom teygiaz.

Er honom er tæp fverp

Ok han BAÐVILDAR

Bavg ym peckir.

Amon ero avgo

28) Ormi þeim. enom frána.

Snípit er hann.

Sina. magni:

*Per ædem perpetuum,*

*Stetit in pavimento,*

*Vocem temperauit.*

26) *Nunc [vultu] comis non est*

*Qui e sylva proficiscitur.*

NIDUDUS rex dedit gnatae suæ  
BÖDVILDE aureum illum annulum,  
quem sparteæ lineæ exemerat in æde  
VÖLUNDI. Ipse autem gestabat en-  
sem, quem habuerat VÖLUNDUS. Re-  
gina verò cecinit:

XV.

27) *Dentes ei exseruntur*

*Vbi ensis illi ostenditur,*

*Atque ille BÖDVILDE*

*Annulum noscit:*

*Minaces sunt oculi*

28) *Angui illi corusco.*

*Scindite illi*

*Nervorum robur*

OK.

— 26) *Era-fer:* qui ex Ulfdal in captivitatem ab-  
ducitur; de semet ipso.

XV. 27). *Tenn honum teygiaz:* accepta similitudine:  
a feris, que diducto riðtu dentes nudant et ad-  
morsum exserunt. — *Magnus vertit:* den-  
tes ei distinguntur præ ira..

28) *Amon - frána:* oculi hominis irati compa-  
rantur. cum: anguis. exasperatus: oculis. Ita

*Sighvatnus de Olóvo S. cum Stiklastadis pre-  
lium exordiretur. Hkr. VII. 238.*

*Throndenies. viri ausi-*

*non sunt*

*Satraparum. dominium.,*

*tantum*

*Terrorem illius-incussit.,*

*in oculos*

*Serpentum instar fulgi-  
dos rueri.*

Ok setip *g)* hann sípan  
I SÆVAR-STAVD.

29) Sva var gjört at skornar voro  
finar i Knes-fótum ok setti i hólm  
einn er þar var fyr landi er het SÆV-  
AR-STAVD. 30) Þar símspadi han  
konungi allz kyns görlimar. Engi  
maþr pordiat fara til hans nema kon-  
óngre einn. VÖLUNDR qvap.

*Et collocate eum postea  
In (insula) SÆVAR-STÖD.*

29) Ita factum est: sedi sunt ner-  
vi in poplitibus, et deinde collocatus  
est in parva quadam insula, quæ ante  
litus sita erat, et appellabatur SÆ-  
VAR-STÖD. 30) Ibi fabricavit regi  
omne genus cimelia. Nemo hominum  
ausus est accédere eum, nisi solus rex.  
VÖLUNDUS cecinit:

## XVI.

Scínn Niþapi  
Sverþ á linda,  
Þat er ec hvesta  
Sem ec hagaz kvrina.  
Oc ec herpac  
Sem mér högst *s)* pötti;  
31) Sá er mer fránn *t)* mekir  
Æ fiarri borinn.

## XVI.

*Splendet NIDADO  
Ensis in baltheo,  
Quem ego acuebam  
Quantum dexterimē poteram,  
Atque indurabam  
Ut convenire visum est.  
31) Is est mihi coruscus gladius  
In perpetuum ablatus*

Secca

Str. XV. *q)* Mbr. & S. festit male. Prosa. *r)* Mbr. Sevar stadr, eodem sensu.  
Str. XVI. *t)* S. hægast. *t)* S. fram pro fránn, inepte.

Pr. III. 29) *Nidadus*, sec: nostri Suhmii senten-  
tiam, captivum fecit *Völundum*, postquam hic  
*Bölvilðum*, regis filiam, stupraverat: tantam  
enim vim et injuriam homini libero et innocenti  
illatum fuisse quis crediderit.

30) Etiam nostra Epe danica (*Kjæmpesvifer*) *Vö-  
lundum* sive *Verlandum* artis et opificii fabri-  
lis peritissimum decantant: quin *Völund* apud-

*Islandos nomen etiam nunc pro magno arti-  
fice sumitur: quando dicimus: *hans* er *Vö-  
lundr* á járn-á gull oc sífr &c. ferri, auri et  
argenti elaborandi insignis est artifex.*

XVI. 31) *Sá er borinn* q. d. *Hic gladius a me  
longe seruotus est, nec video illum cum cete-  
ris rebus meis in officinam fabrilem allatum  
et mihi redditum.*

Secca ec þann VÖLUNDI

Til smipio borinn.

XVII.

Nú berr BAVDVILDE

Brúdar minnar

Bíþca ec þefs bót

Bauga rauþa.

XVIII.

Sat hann né hann syaf ávalt

Oc hann fló hamri

Vél gorpi hann heldr

Hvatt Niþapr.

Drifo úngir tveir

A. dyr atsiá

Synir Niþapar

I SÆVAR-STAVD.

XIX.

Komo þeir til Kisto-

Kravfþo lycla

32) Opinn var illúþ

Er þeir í sá.

33) Fiöld var þar menia

Er þeim maygom sýndiz

*Non video illum VÖLUNDO*

*In officinam adlatum.*

XVII.

*Nunc gestat BÖDVILDA*

*Uxor is meæ*

*(Hoc damnum nunquam reparabo)*

*Annulos rutilos.*

XVIII.

*Sedebat semper, neque dormiebat,*

*Atque cudebat malleo.*

*Machinam struebat impendiō*

*Celeriter NIDADO:*

*Advolabant adolescentes duo*

*Ostium visere*

*Filiis NIDADI*

*In SÆVAR-STÖD.*

XIX.

*Venerunt ad arcum,*

*Poscebant claves;*

32) *Evidens erat animi malitia,*

*Cum eis inspicerent.*

33) *Plurime ibi erant res pretiosæ,*

*Quæ adolescentibus videbantur*

At

XIX. 32) *Opin var illud q. d.* Pueri cimelia scri-  
nio condita vientes non obscura malevolen-  
tia et linividie signa præ se tulerunt vultu-  
vid. Gloss. in v. illud.

33) Ut quidem pueris visum est ex poëta enim  
verbis concludere est, quod' ingens cimelio-  
rum copia non essuerit verē, sed præstrictis  
guerorum oculis adesse apparuerit.

At veriu) gyll rautt  
Oc gersimar.

*Esse aurum rutilum  
Et cimelia.*

xx.

Komit einir tveit  
Komit annars dags  
Yccr lat patt gyll  
Vm gefit verpa.  
Segit a meyiom  
Ne sal-piòpom  
Manne aungoin  
At ip mic fyndit.

xx.

*Venite duo soli,  
Venite altera (crastina) die;  
Vobis faxo id aurum  
Donatum ibi:  
Ne dicatis feminis  
Neque palatinæ familiæ,  
[Denique] nemini homini,  
Qvod vos me convenistis.*

xxi.

Snemma kallaþi  
Seggr annan,  
Brópir á bróþr.  
Gongom x) baug 34) fiá.  
Komo til kisto  
Kravfþo lucla  
Opinn var illúþ  
Er peir y) í líto.

xxi.

*Maturel compellavit  
Homo alterum,  
Frater fratrem:  
Eamus visum 34) annulum.  
Venerunt ad arcam,  
Poscebant claves;  
Aperta erat animi malitia,  
Cum eo inspicerent.*

xxii.

Sneip af havfut  
Húna peirra

xxii.

*Abscidit capita  
Puerorum istorum,*

Oc

Str. XIX. u) S. *gull raud*, *stæra cimelia*, plur.  
y) S. *ilto* imperfectum pro præsenti.

Str. XXI. x) S. *baug umfiá*, non male.

XXI. 34) *Baug* sing: pro plur. *bauga*, per litotem.

Oc 35) und fen fiötvrs  
 Fætr um lagpi.  
 Enn þar scálar  
 Er vnd scavrom vóro  
 Sveip hann vtann filfri  
 Seldi NIDAPI.

## XXIII.

Enn or augom  
 Jarcna steina 36)  
 Sendi hann kunnigrí  
 Kono Niþapar.  
 Enn or tavnnom  
 Tveggja þeirra  
 Sló hann brióftkringlor 37)  
 Sendi BAVDVILD.

## XXIV.

Pá nam BAVDVILDR  
 Eavgi at hrófa.

*Et 35) sub palude carceris*  
*Pedes collocavit:*  
*Sed crateres eos,*  
*Qui sub crinibus erant,*  
*Obduxit extrinsecus argenteo.*  
*(Et) tradidit NIDADO.*

## XXIII.

*At ex oculis*  
*Margaritas 36) (l. virides gemmas)*  
*Misit callidæ*  
*Uxori Nidadi:*  
*At ex dentibus*  
*Amborum illorum*  
*Cudit orbiculos pectorales*  
*(Et) misit BÖDVILDÆ.*

## XXIV.

Tunc BÖDVILDA  
*Annulum laudavit;*

z) Bar

XXII. 35) *Oc und -logdi:* *Magnæni:* Et sub ustri-  
 na collocavit; ubi vir b. ex seqnentibus subin-  
 telligit calvarias, argento cingendas ac ornana-  
 das; huic a vero alienæ versioni ut fidem fa-  
 ciat, suam in nota glossam subjicit; *Fen pa-*  
*lus, synecdochice mare;* *fen fiötur, maris*  
*vinculum i. e. terra;* *fen-fiöturs fætr, terra*  
*crura sive ossa i. e. lapides et saxa;* *ex saxis*  
*vero fit ustrina;* *ut mittam ambages li-*  
*centiosas et longæ petitas, quibus vir getera*  
*doftissimus in hunc locum commentatorur. Me*  
*judice per Fen fiöturus, simplicissime intellexe-*

*ris paludem carceris i. e. terram paludosam,*  
*sub domo Völundi, ubi ille cæsorum princi-*  
*pum pedes, synecdochice membra corporis*  
*reliqua, seplavit.*

XXIII. 36) *Jarkna steinar, ut ASaxonice earfna*  
*panet margaritæ: Magnæus vertit: gemmas*  
*virides.*

37) *Brióft Kringlur, lunula s. orbiculus pectoris;*  
*sic þryms qu. Str. XVI inter muhundum mulie-*  
*bem numerat: à briófti breida steina: amplas*  
*in pectore gemmas.*

z) Bar hanu VÖLUNDE  
Er brotit hafpi.  
Þoriga ec at segia;  
Nema per einom.

*Istum VÖLUNDO attulit  
Cum (ipsa) fregerit.  
Nemini referre audeo  
Nisi tibi soli.*

XXVI.

VÖLUNDR QVAP.  
Ec bōti sva  
Brest á gylli  
At fepr pinnat  
Fegri piccir  
Óc Móþr pinnat  
Miclo betri  
Óc siálfri per  
At fama hófi.

XXV.

*VÖLUNDUS CECINIT:  
Ita reparabo  
Atri fissuram  
Ut patri tuo  
Pulchrior apparueris,  
Et matri tuae  
Multo præstantior,  
Ac tibimet (simul)  
Eadem proportione-*

XXVII.

Bar hann hana biórf  
Því at hann betr kvnni;  
38) Sva at hon þjí sessi  
Vm sónnapi.  
Nú hefi ec hefnt  $\alpha$ ),  
Harma minna.

XXVI.

*Potu inebriantem eam oneravit,  
(Calluit enim plura)  
38) Ut in sedili ista  
Sommum capesceret.  
Jam ultus sum  
Dolores meos,*

Allra

Str. XXIV. z) Mbr. *bar hanu Völundí* omittit.

Str. XXVI. þ) S. i stefni, in sommo vid. Gloss. in v. *svefni*.

$\alpha$ ) S. hemnt, f. & m. permutati.

XXVI 38) *Sva at-sónnadi*. Poëta stuprun filie  
regis illatum verecundia causa expressa ver-

bis non memorat.

Allra nema einnra  
Ívíp grannra 39-40).

## XXVII.

- 41) Vel'ec, qvap VÖLUNDR,  
Verpa ec á fition  
Þeim er mic Niþapar  
Námo reccar.  
42) Hlæandi VÖLVNDR  
Hófz at lopti  
aa) Grátandi BAVDVLDR  
Geccor eyio  
Tregþi bb) favr friþils 43)  
Oc favpor reipi.

## XXVIII.

- Uti stendr kvnnig  
Qván NIDADAR

Str. XXVII. aa) S. Enn grátandi höðv.

*Omnès, prætes unicos  
Neutiquam tenues 39-40).*

## XXVII.

- 41) Opto, inquit VÖLUNDUS,  
*Ut insistam pedibus*  
*Qvibus NIDADI satellites*  
*Me destituerunt.*  
42) Ridens VÖLUNDUS  
*Tollebatur in altum,*  
*Lacrymans BÖDVILDA*  
*Exit insula,*  
*Luxit abitum amasiē*  
*Atque patris iram.*

## XXVIII.

- Foris stat callida*  
*Uxor NIDADI,*

Ok

bb) Alibi me legisse memini fär i. e. odiunr.

39-40) *Allra-ívid grannra:* locus admodum vexatus; cuius difficultas proficiscitur ex dubia et fere extrita membranæ lectione; *gianra, gianra, grannra, grannra*, quod ultimum securus b. Magnæns *ívid grannra* neutiquam tenues interpretatur; *ívid* neutiquam et *grannr* tenuis; sed *ívid* prouersus fictium est. Ego legendum censeo; *i vid giorva s. gjörvra* i. e. in sylva s. *Ulfalilis* facta; *vidr sylvæ, geri, gjör* factus; quod ita poëta dixerit, et supra memorata annuli direptionem intellexerit, prope mihi persuasum est.

- XXVII. 41) *Vel ec-á fition:* ut insistam pedibus. Reclus per stiras lassos poplitum nervos intelligis, quorum integratatem Völundus sibi optavit. *Fit* proprie vinculum, de ipsis pedibus nupsiam dicitur.  
42) *Hlæandi-lopti.* Posta Völundum mira quædam et supernaturali ratiōne veti compotem factum esse prædicta.  
43) *För fridil:* doluit abitum amasi. Alibi, nī fallor, in codice quodam Subhiano pro för iter, legi fär odium; quod sane huic loco non disconvenit. Beatus Magnæns eam lectionem non novit.

Ok hon inn vñm geck  
Endlángan sal *ee*)  
44) En han á sal-garp  
Settiz at hvílaz,

## XXIX.

45) Vakir þú NIDVPR  
NIARA drottinn.  
Vaki ek ávallt  
46) Vilia ek lavſſ. ſofna *dd*)  
Ek minnizc fizt  
Mína syno davpa.

## XXX.

47) Kell mik f hafþup *ee*)  
48) Kavld ero mer ráp piñ  
49) Vilnomic *ff*) ek pefs nū  
At ek viþ VÖLVND dæma.  
50) Seg þú mer *gg*) pat VÖLVND  
Vífi ALFA

*Atque ea introivit*  
*Ad aulæ penetralia.*  
44) *Sed ille in aulæ septum*  
*Sidebar ad quiescendum.*

## XXIX.

45) *Vigilas tue, NIDADE,*  
*NÆRICORUM domine?*  
*Vigilo adsiduð,*  
46) *Gaudii expers cubitum eo,*  
*Postquam recordor.*  
*Meos filios exanimes.*

## XXX.

47) *Alget mihi caput,*  
48) *Frigent mihi tua consilia;*  
49) *Nunc spero fore,*  
*Ut cum VÖLUNDO loquar.*  
50) *Dic mihi id, VÖLUNDE*  
*Princeps FINNORUM.*

Af

Str. XXVIII. *ee*) S. *Enn lángan.*  
Str. XXX. *ee*) S. *mer f augu.*

Str. XXIX. *dd*) Ita Mbr. S. *ſofa..*  
*ff*) S. *vitnum ee nu þat, inepte..* *gg*) S. *mer, om.*

XXVIII. 44) *Enn haun-hvílað:* Völundur poëta intelligit, qui jam poplitibus valens ex insula *Sævarfjöld* a víllanl. aulam Nidudi se contulit.

XXIX. 45) *Regina Regi.*

46) *Vilia-ſofua:* Magnus, nescio quibus rationibus adductus, vertit; cogor levisomnus esse. *Vilia laufmoestus,* gaudii et voluptatis expers, alibi occurrit.

XXX. 47) *Pergit Rex,* quem malis Reginæ consi-

lii morem se gessisse poenituit. *Kell mic f hófud:* alget mihi caput i. e. curis crucior.

48) *Kold. rád vid.* Gloss. in v. *Kaldr.*  
49) *Vilnomic þefun:* Magnus: nunc spero fore; nullo fere et cum verbis vix consiliabili sensu. *Reftius:* lubido incessit me, ut cum Völundu colloquar, *vílu* vid. Gloss.

50) *Quod Völundus tunc coram affuerit,* poëta subindicat, *vífi alfa* vid. supra. Str. X. 19.

Af heilom hvat varp  
Húnom mínom hh)

XXXI.

- 51) Eipa skálty mer ápr  
Alla vinna  
At skips-bordi  
Ok at skialdar rönd  
At mars ii) bægi  
Oc at mækis egg kk)  
At þú qveliat  
52) Qván VÖLUNDAR  
Ne brúdi minni  
At bana verpir  
þótt ver qván ægim II)  
Pá er Per kvnnip.

*De salvis quid factum est  
Pueris meis?*

XXXI.

- 51) Juramenta mihi prius  
Omnia præstato,  
*Ad (per) navis oram*,  
*Et ad clypei marginem,*  
*Ad equi armum*,  
*Et ad gladii aciem:*  
*Quod non punias (occidas)*  
52) Conjugem VÖLUNDI,  
*Neque sponsæ meæ*,  
*Necis auctor fias;*  
*Quamvis nos conjugem habeamus,*  
*Quam vos nescitis,*

Epr

hh) Mbr. & S. sonum, quod non fert metri ratio, quare Magnæus hunum non male restituit. Str. XXXI. ii) S. bōgi, ut fere hodie loquuntur.

kk) S. eggin, ablativus antiquus. II) Ita S. & Mbr. hodie eignum.

XXXI. 51) Völundii verba sunt. Quamvis hoc et similibus Edda, Sæmundianæ locis antiquitatis ethnica circa insjundnum vam superstites & mystici ritus noventur, ex iis tamen discimus, quod majores nostri præcipue per res in vita communis utilies vel quaspiam ratione estimandas, jurarint. Sic Græcis per terram, fontes, fluvios, Massagetis per Tannin. & Moridem, Scythis per ventos, mare, accinacem jura menta sanctissima fuerunt. Ut similiter taceam.

52) Völundus a priori uxore Hervara desertus, Eddvildam & se gravidam honesto vocabulo uxorem & sponsam nominat; nec hoc quidem de nihil, cum hic post Nidudis regis mortem,

filiorum ejus consensu, uxorem eam duceret. Suhmii hist. dan. Tom. I. pag. 317. Völundii mentionem etiam injiciunt nostra Epa danica (Kjæmpesifer), ubi ille Verland, uxorque ejus Bodild salutantur; filius vero eorum plus semel inducitur, nomine Vidrik Verlandsføn: hic de nomine quassitus respondet l. c. p. 34.

<i>Verland hed han Fader</i> <i>En Smed var han fætter</i> <i>Bodild hed minn Moder</i> <i>En Kongedatter ven.</i>	<i>Pater meus Verlandus</i> <i>wiui</i> <i>fjion.</i> <i>Mea vero mater Bothil-</i> <i>da</i> <i>Perelegans regis filia.</i>
---	---

Epr jóþ eigm  
Innan hallar.

*Aut foetum (prolem) habeamus  
Intra aulam.*

## XXXII.

Gáck þú til smíþio  
Þeirrar er þú görþir  
Þar fíþr þú belgi  
Elópi stockna.  
Sneip ek af hayfup  
Húna þinna  
Ok vndir fen fiötvrs  
Fætr um lagdac.

*Accede tu officinam,  
Quam ipse fecisti;  
Ibi invenis folles  
Sanguine respersos:  
Abscidi capita  
Puerorum tuorum  
Et sub paludem carceris  
Collocavi (condidi).*

## XXXIII.

En þær skálar  
Er vnd skavrom vóro  
Sveip ek vtan silfri  
Seldac *mm*) NÍDAPÍ.  
En or avgom  
Jarcna - steina  
Senda ek kunnigri  
Qván NÍDAPAR.

## XXXIII.

*Sed eos cæteres,  
Qui sub crinibus erant,  
Extrinsecus obduxii argentō,  
[Et] tradidi [ipsi] NÍDADO.  
At ex oculis  
Margaritas (virides gemmas)  
Misi callidæ  
Conjugi NÍDADI.*

## XXXIV.

En or tønnom  
Tveggja þeirra  
Sló ek brióst - krínglor  
Senda ek BAVDVILDI.

*At ex dentibus  
Amborum illorum  
Cudebam orbiculos pectorales,  
[Et] misi BÖDVILDÆ.*

Nú

Str. XXXIII. *mm*) Mbr. *fendac*, *misi*.

Nú<sup>53)</sup> gengt BAÐVILDR

Barni avkin

Enga dóttir

Yckor beggia nn).

XXXV.

Mæltira þú þat mál oo)

Er mik meirr tregi.

54) Ne ek pik vilia VÖLVNDR

Verr um níta pp).

55) Era sva mapr hár

At pik af hefti takí.

Ne sva avflvgr qq)

At pik nedan skióti

Par er þú skollir

Vid ský vppi.

XXXVI.

Hlaðandi VÖLVNDR

Hóft at lopti.

En ókátr NIDVPR

Sat þá eptir.

Str. XXXIV. nn.) S. yckar quod recentius.

pp.) S. vita, perperam. qq.) S. vfligr.

XXXIV. 53) Gengr-avkin: eleganter gengr pro est. Sic etiammunc Ísländis gáuga med bur- ni, et vera med þærni: uterum ferre promi- scue dicitur.

XXXV. 54) Ne ec-níta i. e. nec quo peius te mu- tilare yslim: sensus est: adeo ægre mihi fe- cisti, ut ego tibi ægrius facero, vel gravius te punire nolim: níta pro huia, vi tangere, grávites offender, ferire. Secus Magnaës: aut cur ego te velim: Volunde! deterius re-

Nunc 53) ambulat BÖDVILDA

Foetu aučta (gravida)

Unica filia

Vestra amborum.

XXXV.

Nunquam dixisti verbum,

Quod mihi plus doleat,

54) Aut cur ego te velim, VÖLUNDE,

Deterius reprobare.

55) Non est homo adeo procerus,

Ut te, equo insidens, prehendere possit,

Neque adeò validus,

Ut te infernè feriat,

Ubi tu in sublimi jaſtaris

Apud nubes supernè.

XXXVI.

Ridens VÖLUNDUS

Sustulit se in aërem;

At tristis NIDUDUS

Tum resedit.

XXXVII.

Str. XXXV. oo) S. mál, am.

probare: hac quid sibi velint, non sati- video.

55) Era sva-ppi: verba Nidudi subindicare vi- dentur, Völundum Ioso quadam munitionissimo s. adeo excuso tunc stetisse, ut eum sagittis & tolis adsequi non liceret. Nisi istam Vö- lundi securitatem indumento cuiquam pen- nato & alis adscititiis tribuamus, quas vetus septentrio se facile formasse & quavis fere oc- casione in usus convertisse posteris tradidit.

## XXXVII.

Vppristu ÞAKRÁDR  
Þrell minn inn bezti.  
Bíp þú BAVDVILD<sup>E</sup>  
Meyna bráhvito  
Gánga 56) fagr-varip  
Vip favdvr ræpa,

## XXXVIII.

Er pat fatt BAVDVILDOR'  
Er favgdo mer  
Sátvp ip VÖLVNDR  
Saman i hólmi.

## XXXIX.

 De Imo, *Helgi Hiorvardi filio* agit carmen,  
*Helga* quida *Haddingi* skata jam minus recte  
 inscriptum; de Illo *Helgi* nempe *Haddingi*  
 præsens Ode, unacum altera, que hanc  
 mox sequetur — de IIIctis avrem, qui *Helgi*  
*Haddingi* skata (*Haddingorum heros*) aut  
*Haddingi* skadi (*Haddingorum pernicios*) ap-  
 pellatur, nihilut nobis constat, nisi quod  
 secundum opusculum historiæ *fundin Norveg*  
 sive *Origines Norvagicae* dictum, *Haddingum*,  
*Regem Norvagicum, aliquamdiu secun-*  
*tus fuerit — nam carmina de eo agentia jam*  
*dandum amissa sunt. Errat igitur nostra,*  
*ut et editoris harum cantilenarum primi, ven-*  
*der Hagen, sententia) doctissimus Schuhmair*  
*(Critik Eliotie af Daumark, 2 Bind, Kbh.*

1775, p. 227) cum *Helgium Hiorvardi filium*  
 eundem cum *Helgi Haddingi* skata fuisse  
 opinatur.

2) Verti etiam potest a) olim fuit b) annus fuit  
 seculorum, c) tempus fuit.

3) Redius forsas legi debet — kālig sublimis d: ex  
 alto desfluentes vel hielög frigidæ. Vid. Gloss.  
 Constat ceterum proavos nostros aquas sanc-  
 tas habuisse et partim etiam adorasse.

4) Num *Himinföll* d: montes coelestes, nomen  
 sit loci proprium, an etiam poëticæ æra vel  
 coelum altum denotet, in medio linguo.  
*Himmelberg* nomen est (ejusdem sententie)  
 montis, qui, ni fallor, inter celissimos Da-  
 nia numeratur. Cfr. Ind. Nom. pr.

5) *Brálvnd* nomen est oppidi vel luci in Danie  
 siti. Cfr. Observat. Imam. An pagum *Braa-  
 bye* (colim forsitan *Bratlund* By) in Seländia,  
 non procul a Steve *Heddinge*, denotat?

6) *Nornir* (nom. sing. *Norn*) dicta sunt:

i) Veterum borealium parce (gr. Μορφαί)  
 quarum officia græcarum simillima credeban-  
 tur. Partui mulierib[us] præserant, et nendo in-  
 fantum fata constituebant. Tres erant nu-  
 mero, nempe a) *Urb* vel *Uþr* (facta, crea-  
 pra-

þer er auplængi  
Alldr um scópo.  
Þann bápo fylci  
Frægstan verpa  
Oc buplúnga  
Beztan piccia.

*Quæ principi  
Æstatem creabant:  
Istum ducem jubeant  
Celeberrimum fore,  
Et imperantium optimum  
Existimandum.*

## III.

Snero þær af afli  
Aurlög-pátto  
Þá er borgir braut ?  
I BRÁLVNDI.

*Nerunt fortiter  
Filamenta fatorum  
Munimenta fracturi ?,  
In BRALUNDO.*

## þær

præterita) quæ Clothoni b) Verandi (præsens)  
quæ Lachesi & c) Skuld (futura) quæ Atropo  
respondet. Paræ inter vetustissima numina  
Grajoruum ac Latinorum recte habentur — sed  
sub nomine Deæ matres, Mair 1. Mairæ (for-  
san Scandorum Medr 1. Maidr 2. Matres, aut  
Mær v. Mair Mulieres virgines) in Germania,  
Gallia & Britannia olim cultæ sunt, unde  
probabile est ipsas cum nostris Nornis prin-  
cipalibus eadem fuisse. De stupenda simi-  
litudine inter mythos Graecos ac boreales in  
hoc puncto et circa fatalem necessitatem (fa-  
tiosissimum recentiorum Muhamedanorum, et  
ut videtur, perantiquum orientalium dogma)  
Confer porro Observationem 106 ad carmen  
*Hamdis-mal.*

2) Mulieres humanæ, ðbsterices simul et  
ad infantuui recens natorum incunabula fati-  
dicæ, quæ coelestium illarum Parcarum vices  
sepiissime subibant; hæ autem Völver vel  
Yðlur interdum spud veteres nominantur.  
Islandis antiquioribus Ljórmædr 3: Matres lu-

ciæ 1. lucis sonabant, ut et a Danis høider-  
nis Jørdemødre vel Gjordemødre appellantur.

3) Uti Paræ interdum Romanis Deæ te-  
tricæ sonabant, ita etiam vox Norn nostrati-  
bus olim (ut nunc in Islandia) fæminam ma-  
ledicam vel male indolis nonnunquam signi-  
ficavit.

Coelestes Borealiū Parcas vel Deas Matres  
natalitis Helgii nostri, ut incliti herois,  
ipas adfuisse poëta fingit.

7) Verbotenus: Cum munimenta frangeret 2:  
heros de quo agebant, i. e. Vaticinium de  
munimentorum oppugnatione edentes Parce,  
opus suum validius aggrediebantur, musicorū  
instar cum bellica facinora esunnt. Vix  
puto verba supradicta inquere ingentem tem-  
pestatem, quæ tempore Helgii natalitiis arces  
Bralundenses fregerit — quamvis sensus hic  
illis etiam attribui posset. Tertia dictorum  
significatio ab hostili munimentorum impugna-  
tione capi potest, cum respiciatur strophæ  
VII. relatio de Sigmando, qui e prælio egres-  
sus nato suo dona obtulit, Cfr. Obs. 18.

Þær um greiddo

Gvillin - simo c)

Oc vnd mána - sal 8)

Mipjan festo.

IV.

Þær avíslr oc vestr

Endla fálo,

þar átti lofþunge

Land á milli,

Brá nipt nera 9)

Á norþr-vega

Einni festi

Ey 10) bap hon hallda,

V.

Eitt var at ángri 11)

YLFÍNGA 12) nip

c) T. S. gyllin fino al. simo.

*Explicarunt istæ*

*Aureum funem,*

*Et medio lunæ*

*Atrio 8) suffixerunt.*

IV.

*Orienti & Occidenti*

*Assuebant fibras,*

*Ejus interea spatii*

*Heros regiones naðlus est;*

*Nympha boream versus*

*Flexit unam nematis 9)*

*Catenam quam semper 10)*

*Durare jussit.*

V.

*Inquietavit unum 11)*

*YLFINGORUM 12) prolem,*

d) Oc

8) Mænafalr Atrium vel domicilium Lunæ — coeli appellatio poetica.

9) Neri vox insolita verisimiliter cognata est Latinorum *nervus*, *nema* & *netus*, atque græcorum *yeugōn* vinculum, ut & voci veteri scandice *nara* adharet (V. Gl. T. I. sub hac voce). *Neri* nomen proprium comitis Norvagici satis notum est.

10) Vox hæc ey valde est ambigua. Notat enim in scriptis islandicis et vocem *temper* et alteram oppositam *non*. In membrana nostra ey simpissime sonat *perpetua* sed egi lat. non, vid. Gloss. Minime mihi arridet conjectura

quam ill. Suuhius l. c. p. 200, viro docto Islando *Finstenio* attribuit, hæc nempe, quod Ely hic nomen proprium sit mulieris vel divae aliquæ, et *Eyr* (nomen nempe medicæ artis Deæ) legi forsan debeat.

11) Garritus nempe corvorum de quo in posteriore strophe parte agitur. Cfr. Str. I. Lin. 2.

12) *Ylfsingi* heroes prosapie Volsungiane interdum appellantur. Quod *Rolfus Kraki* ex hac familia oriundus fuerit, ex *Ynglinga Saga* (Cap. XLII) cum Saxon. et Edda nostra collata, probabile evadit. Cfr. Obs. I. & Ind. nom. pr.

d) Oc þeirri meyio  
 Er mynuþ 13) fæddi.  
 Hrafn qvæþ at hrafnai 14)  
 Sat á hám meipi  
 Andvavr e) áto,  
 Ec veit nöccop.

*Et mulierem, quæ  
 Delicias 13) pepererat;  
 Crocitavit corvus corvo 14)  
 Sedens in arbore celsa  
 Præde intentus:  
 "Quoddam scio.*

## VI.

Stendr f brynio  
 Ævrr SIGMUNDAR  
 Dægrs 15) eins gamall  
 Nú er dage komin.  
 Hversir avgo.  
 Sem hildingar  
 Sá er varga 16) vint  
 Viþ skolom teitir.

## VII.

*Stat loricatus  
 SIGMUNDI filius  
 Noctem 15) unam natus,  
 Jam dies illucescit;  
 Acriter intuetur  
 Bellatorum instar  
 Is est belluarum 16) fautor;  
 Gaudemus' quæso!»*

## VIII.

Drött þótti sá  
 Davglíngr vera  
 Qváþo meþ gymon  
 17) . . . ár komin.

## VII.

*Is populo videbatur  
 Heros præclarus esse  
 Ajebant viris  
 [Fausta] 17) tempora vénisse*

Sialfr

d) Membr. er..

e) T. S. andvavr.

13) Filium puta dilectissimum.

14) Credebant prosvi nostri eves edere sermones compositos, quos sapientes et in ea arte edicti homines callere possent. Opinio hec antiquissima est metempsychoseos vel transmigrationis doctrina sine dubio sita est.

15) Degr proprie diuidiam dici naturalis (vel XXIV. horarum) partem denotat, vid. Gl.

16) Varga proprie lupum, sed præterea poëticæ animal quodvis carnivorum significat, v. gl.

17) Vox parvula hic in textu deest, quam tamen gðð o: fausta (tempora) olim sonuisse puto.

Síalfr gecc vísí  
 Or vígprymo 18)  
 Ungom fára  
 19) Itrlauc f) grami.

Rex ipsemēt egrediebatur  
 Ex armorum procella 18)  
 Principi juveni egregium  
 Donum 19) oblatūrus.

## VIII.

Gaf hann HELGA nafn  
 Oc Hringstápi,  
 Sólfiöll, Snæfiöll  
 Oc SIGARSYOLLO,  
 Hringstavp, Hátún  
 Oc HIMINVÁNGA, 20)

f) T. obs. forte Lang.

## VIII.

Dedit nomen HELGII  
 Ac Hringstados,  
 Montes solis, Montes nivis.  
 Et campos SIGARI  
 Hringstöd, Hatun  
 Ac Himinvangos 20),

Blóporm

18) *Vígpryma* (vel *Vígprymæ*) cædium tonitru 1, tempestas, pro poëtica pugna appellatione vulgo accipitur — hic autem forsan armamentarium significat, cuius conjectura ratione in Glossario explanabuntur.

19) *Itrlauc* (verbottenus; præstans allum) vox est intellectu difficulter. Hic pro cimelio vel dono egregio intelligentum sentio. Majores nostri allum magni astimarunt, partim verisimiliter ob gustum et odorem iis gratum, sed præsertim sine dubio propter opinionem quam habebant de summis eius in medicina virtutibus e. gr. ad vim potus venenati omnino extingvendam, de quo Carmen Brynhildar quida inspicendum est. Hinc loquendi formula: *ettarlauk* decus generis, *bentlauk* gladius. Si vox questionis ad Eddicas rerum appellations, quas *Hálfkennningar* vel dimidiis vocant, referenda sit, gladium præstantem indicat. Vereor autem, ne recitatorum vel librariorum culpa mendum hic irrepperis, & pro *itrlauc* legendum esse *itrlang*, quam

etiam opinionem virum miki latentem, qui Thorlaciano Codici variantes lectiones addidit, adoptassé cerno. Alphabetum Scandorum runicu litteras c. et g. ignorat, et eorum loco k. (kanu) ubique substituit. *Itrlang* idem est quam *egregium*, *bonum* vel *zæcrum* *luacnum*; et si lectio ista præseritur, squalo igitur baptismalem, ethnici borealis usitatam, in hoc loco significat. — Historia Volsungorum, à Biornero edita, Cap. 15 de Rege Sigmundo ita refert: *Hann gæk á móti syni sinum mod tank eisnum*, i. e. "Filio suo obviava illi allium quoddam ferens." Si talis aliquando ceremonia in uso fuerit, allegorica esse, vel ad superstitionem allii cultum alludens, existimanda erit.

20) Suumq[ue] *Hringstados* oppidum Ringsted in Salandia situm (quod etiam inter antiquissima Danie merito numeratur) ut et *Sigarsvallos* pagum ejusdem insulae satis notum indicare recte putavit. (*Historie af D[anmark]* 1 Del., Kh. 1782, P. 199.) *Hatunum* idem (l. c.)

Blóporm búinn  
Bróþr SINFIÖTLA 21).

IX.

Þá nam at vaxa  
Fvrr vina briósti  
Álmr 22) itrborin  
Ynpislióma.  
Hann galt oc gaf  
Gull verþíingo  
Sparþi egi hilmir  
Hodd blóprekin g) 23).

(Et) gladium ornatum  
Fratri SINFIÖTLII 21).

IX.

Crevit deinde  
Juxta pectora amica  
Juvenis 22) prænobilis  
Jucundo splendore [circumdatu]s:  
Solut ac dedit  
Meritis aurum,  
Non princeps pepercit  
Armis sangvinolentis 23).

X.

g) S. broþrekin.

- (l. c.) in Svecia situm conjectit — nonne autem *Ha-tuum* nostrum potius in Svaländia *Tune* vel *Thune Hered*, quod pagum *Tune* continet, Valdemari adi temporibus eodem nomine gaudente, querendum est? De reliquis locis in hac stropha memoratis (quorum nomina in glossario, quoad sensum etymologicum, examinanda erunt) *Suhmius* nihilum conjectit. An sub nomine *Himinvénge Himmer-Syrel* in *Jutia* vel *Himmelvē*, pagus in praefectura Svaländia Roskildensi — et sub *Solfall* pagus *Solrh* Valdemari 2. tempore in toparchia prædicta *Tunensi* situs — intelligi debant, decernere nequeo.
- 21) Dona hæc cuncta nomen puero impositum sequebantur. Munera, que proav. nostri — aut nomina vel cognomina imponentes, nominatis dare soliti fuerunt, usus festi ɔ: Confirmatio nominis veteribus andicrunt.
- 22) Álmr verbotenus: *alnus* (arboris genus), v. Glossar. Hominibus secundum Eddicas poëticos leges arborum appellations attribuere

licet, ea causa, ni fallor, quod *Aicus* et *Embla*, primi homines, e lignis vel arboribus creati fuisse crederentur.

- 23) Ultima vox *blóprekin* vel *broddrekin* aut corrupta, aut salem adeo ambigua, mihi videatur. *Hodd* (de qua voce *Glossarium operis adhibetur*) sæpiissime circulum et annulum notat. Diversæ de versu hujuscemodo sententia conjectura institui possunt, ha nempe a) *Hodd blóprekin* (in acc. plur.) verbottenus: *annulos* sangvinolentos. Tales apud veteres Boreales, quatenus scio, non in usu fuerunt, iis sacris annulis exceptis, qui in delubris alteribus imponebantur, viñtimarum cruce interdum aspersi, et ad quos genitiles iusjurandum dederint. b) Si *blóprekin* hic *annulos* rubris gemmis vel rutilo antrorū ornatior indicaret, metsphora esset poëtis nostris admodum infrequens. c) Verissimum mihi videtur hic recte legendum esse aut *léprekin* (igne fabricatos) aut *göllrekin* (anreos vel inauratos ɔ: annulos). Talibus Helgius non pepercit,

X.

Scamt lét, vísi  
 Vígs at bíska  
 Þá er fylcir var  
 XV Vетra  
 Oc hann harpan lét  
 HVNDÍNG 24) vegin  
 Sá er lengi rép  
 Lavndom oc þegnom.

XI.

Qváþo spár  
 SIGMUNDAR bvr  
 Avþs (oc) hrínga. h) 25)  
 HVNDÍNGS synir.  
 Þviat peir átto  
 Jofri af gialda  
 Fiárnám micit  
 Oc favþr daupá.

h) Membr. asþir hríngs.

X.

Brevis fuit expectatio  
 Cædis a Rege patrandæ,  
 Cum dux impleverat  
 Annos quindecim,  
 Et asperum fecit  
 HUNDINGUM 24) occidi,  
 Qui diu gubernaverat  
 Provincias et subditos.

XI.

Expetierunt posterius  
 A SIGMUNDI nato  
 Opes et annulos 25)  
 HUNDINGIÆ;  
 Debebant enim a Rege  
 Sumere vindictam  
 Ingentium divitiarum occupationis  
 Atque patriæ necis.

XII.

pepercit, i. e. largus fuit cimeliorum. <sup>d)</sup>  
 Hodd blóþrekim (in acc. sing.) i. e. *cuspides*  
*cruentatibus*— si *hodd* pro *oddr* sono *spirante*  
*vel littera h*, præfixa, aut ob licentiam  
*poëticam*, aut ob *vetusissimum loquendi mo-*  
*dum*, legi deberet. Hinc autem sensus fo-  
*ret*: *Helgius sangvinolento cuspidi non peper-*  
*ci* i. e. *sæpe* armis certavit.  
 24) Vide de *Hundingo* Obs. Imam. Suhnius  
*(Historie af Danmark I D. p. 192)* putat ip-  
*sum* *Saxonibus* a meridie *Albis* præfuisse, et,

secundum *Saxonis relationem* ab *Helgio Sta-*  
*dis* (*Germania*) occisum esse; *Hundlandiam*  
*igitur* ab *Hunalandia* diversam statuit. Meam  
*sententiam* de regno ejus, *Danis*, et in spe-  
*cie* *Jutie* parte, in observationibus ad car-  
*mum* mox sequens explanabo.

25) An chartaceorum codicium leſio anhs or  
*hríngs* pro membranæ asþir hríngs (annulo-  
*rum vacui vel experte) revera preferenda*  
*sit*, in medio linquo.

## XII.

Létaþ býplúngar  
 Bör vppi  
 Né nipia i) heldr  
 Nefgiöld 26) fá.  
 Van qvap hann mynþo  
 Vepr ens micla  
 Grárra geira  
 Oc gremi Ópins 27).

## XIII.

Fara hildingar  
 Hiðrsteftno til  
 Þeirrar er logdo  
 At LOGAFIÖLLOM 28).  
 Sleit frópa-frip 29)  
 Fianda á milli  
 Fara víþris grey 30)  
 Valgiörn um ey k).

## XII.

*Nec dynasta*  
*Soluit muldas*  
*Nec talionem capit is 26)*  
*Cognatis tribuit;*  
*Dixit imminere*  
*Glaucarum hastarum*  
*Sævam procellam*  
*Et OTHINI iram 27).*

## XIII.

*Tendunt milites*  
*Ad bellicos conventus*  
*Quos apud flaminis montes 28)*  
*Prædestinaron, ,*  
*Pace Frothoniana 29)*  
*Inter hostes rupta,*  
*Canes Othini, 30) avidi præde,*  
*Per insulam (l. terram) grassabantur.*

i) Mbr. hic add. f.

k) T. hanc lin. omitt.

## XIV.

26) Mulðram nempa ob cædem Hundingi-patratim, qualis alias a veteribus manegjould, sed in recentiore Danorum lingua Mandebod dicta est. V. Gloss.

27) Volsungiani se ex Othino ortos jactabant (ut in historiæ eorum legitur). Divinum igitur ei honorem attribuerunt, et ejus speciali patrocinio se fui crediderunt.

28) Loci vel montis Logafjöll situatio vix accurate determinari potest, ut et Suhmio ipsi

plane ignota fuit. Opinatur is pugnam Helgii cum Hundingi filiis in Norvegia peractam; id autem mihi minus probabile videtur. De his amplius infra.

29) Pax Frothoniana pleonasmo poëtico pro pace hic ponitur. Hec loquendi formula a Rege Danie Frothone pacifico, qui Frede Fredogode nobis sonat, ortum ducit.

30) Víþris grey o: canes Othini — luporum poëtica appellatio.

XIV.

Settiz vifí  
 pá er vegit hafpi  
 Álf oc Eyólf  
 Vnd Arasteini 31)  
 Hiörvarp oc Hávarp  
 Hvndíngs fono 32)  
 Farit hafpi hann allri  
 Att geirmímis 33).

XV.

pá brá lióma  
 Af Logafiöllom  
 Oc af þeim lióma 1)  
 Leiptrar qvamo.  
 34) Þá var vnd hiálmom  
 Á himinvángá. —

U T. Ijóhom.

XIV.

Dux consedit  
 Sub AQVILÆ PETRA 31),  
 Cum occiderat  
 ALFUM EJOLFUMQUE,  
 HIÖRVARDUM & HAVARDUM  
 HUNDINGI filios 32);  
 Perdiderat cunctam  
 Bellatoris prosapiam 33).

XV.

Tunc e flammæ montibus  
 Jubar coruscavit,  
 Et ex splendore isto  
 Fulgura micabant:  
 34) Iverunt tunc per cœli  
 Plagas galeis teñæ;

Brynior

31) Suhmias locos *Logafjöll* et *Arastein* in Norvegia reperire desideravit. Arefjölleu (scilicet aquila) mons vel rupes non incelebris Telle-marchie superioris jam appellatur; sed e contrario non audeo statuere quod Helgius noster cum Germanis, vel etiam Danis, in loco tam longinquo et a mari procul distanti præsum commiserit. Cfr. Obs. 21. ad carmen proxime sequens.

32) Odio sequentis prossicus comitemtarius quatuor similiter *Hundingi* filios enumerat, eorum autem ibidem quartum nomen a nostro differt, nam *Hervardus*, non *Havardus* illuc appellatur. Historia Volsungiana l. c. Cap. 76. *Alfum*, *Ejolfum*, *Havardum* & *Hagbar-dum* nominant. Narratio de *Norna*-Geflo-

inserta historie Olavi Tryggvini Edit. Scul-holt. Tom. 2 tres *Hundiugi* filios *Ejulfum*, *Herrandum* et *Hiorvardum* ab Holgiu occisos dicit, sed tres eorum fratres *Lyngvium*, *Al-fum* et *Hemingum* anfugisse, ac deinde per longum tempus (maritimus) prædationibus operari navasse, refert.

33) Non omnes *Hundingi* filios agud *Logafjöll* cecidisse alibi legamus. Verba sicut hafpi hic igitur eo sensu sumenda sunt, quod Helgius jam totam *Hundingi* prosapiam aut occidiisset, aut fugaverat.

34) Verba textus, sic aliquanto corrupta suscipi-  
cor, sensus autem nihilominus satis perspi-cu-sus appetet.

Brynier voro peirra  
 Blópi stocnar  
 Enn af geirom *m)*  
 Geislar *n)* stópo 35).

*Loricæ ipsarum cruore*  
*Erant aspersæ,*  
*Sed ab hastis*  
*Radii lucebant 35).*

## XVI.

*o) Frá árlíga*  
*Or Úlf-ípi*  
*Davglíngr at því*  
*Díslir svþrænar 36):*  
*Hívört þær vildó heim 37)*  
*Meþ hildíngom*  
*pá nótta fara,*  
*Prymr *p)* var álma.*

*Alacriter clarus*  
*Heros ex luporum*  
*Confluxu interrogabat*  
*Nymphas australes 36):*  
*Numne nocte ista,*  
*Cum militibus domum 37)*  
*Petere vellent,*  
*Strepor erat spiculorum.*

## XVII.

Enn af hesli  
 HAVGNA dóttir

*Sed equo insidens*  
*HOGNII filia,*

*m) Mbr. geiror.*                    *n) T. geistar.*  
*p) T. obs. al. víði; S. obs. al. víði.*

## Lýddi

*o) T. uno verbo: frárlíga.*

35) Secundum opinionem meam veteres Scandi  
*Valkyries vel nymphas bellicas* (ac forsan  
 plura numina) aurora boreali et aliis splen-  
 dentibus meteoris circumdatas, mortalibus  
 interdum apparere credebant. Hujus senten-  
 tia fundamenta explanavi in tentamine poë-  
 mata Ossianæ illustrandi, quod sub titulo:  
*Forsög til Forklaring over nogle Steder af Os-*  
*sianus Dige, mert vedkommende Scandinavianus He-*  
*denold inter scripta Societatis litterarie Scan-*  
*dinavice pro Anno 1813, in lucem prodit.*

Credibile sane est, *Sigrunam* cum ejus com-  
 mitatu noctu et inopinato, meteoris lucenti-  
 bus, e loco transmarino vel longinquuo, ad

Helgiūm venisse, unde vel poëta, vel ho-  
 mines superstitionis posterius finxerunt, quod  
 equis fulgidis per aëra vecta fuerit. Similes  
 relationes in Odis Helgianis 1a & 3ta inve-  
 niuntur, *Volfsungafaga* (Cap. 16) allegoriam  
 develans, refert Helgiūm e pugna disceden-  
 tem, *Sigrunam* cum mulieribus aliquot in  
 sylva quadam invenisse, et cum ea colloquu-  
 tum fuisse.

36) Epithetum hocce innare videtur, quod  
*Sigrunam* nata fuerit ab austro Danie et Sve-  
 cia (hodiernæ) tractuum borealium. Cfr.  
 tamén Obs. 22 & 64 ad Helga. qv. §.

37) Ad diversoria, quibus tunc gaudebat Helgiūs.

Lyddi randa rym

Ræsi sagpi.

Hygg ec at vér eigom

Aþrar fýflor

Enn meþ baugbrota q)

Biór at drecca.

## XVIII.

Hefir minn fapir

Meyio finni

Gummom heitit

GRANMARS syni,

Enn ec hefi HELGI!

HAVDDRODD 38) qveþin

... óneisan

Sem kattar son 39).

## XIX.

Sá r) kömr fylcir

Fárra náttá

Nema þú honom vísir

Valstefno til 40)

*Scutorum crepitum sedavit*

*Regique dixit:*

*"Puto nobis alia*

*Negotia gerenda,*

*Quam cum viris*

*Merum haurire.*

## XVIII.

*Meus pater*

*Puellam suam*

*Spopondit crudeli*

*Granmaris nato,*

*Sed o Helgi! aestimavi*

*Hodbroddum 38) [Regem]*

*Superbum quasi*

*Catulum felinum 39).*

## XIX.

*Dux iste veniet*

*Intra paucas noctes*

*Nisi eum ad*

*Pugnam provokes 40)*

Epr

q) T. baugbrota.

r) T. obs. chartæ þá.

38) *Hoddbroddum* hunc *Granmaris* filium *Vestrogóthiæ* et forsan adjacentium maritimorum regionum principem fuisse, cum Suhmio opinor.

39) *Kottur* villem rusticum aut tugurii incolam, quamvis vox hoc sensu ignota sit, hic significare suspicor. V. Gloss.

40) *Mos erat frequens militum vetustatis, ut et inter nostros interdum casus est, sponsas alienas armata manu — sponso ministrum singulari vel aliusmodi certamine devicto — sibi acquirere.*

Eþr mey nemir  
Frá mildíngi,  
41) Vggi s) egi þú  
Isúngs bana  
Fyrr mvn dólga dynr  
Nema ec daupr siac.

*Vel a Rege  
Virginem abducas,*  
"41) *Ne diffidito*  
*ISUNGICIDÆ,*  
*Clades fiet hostium*  
*Priusquam letho affectus fuero.*"

XX.

Sendi áro  
Allvaldr padan  
Of lopt oc of t) lög 42)  
Leipar at bidia.  
Ipgnógan u)  
Ógnarlióma 43)  
Bravgnom biópa  
Oc byrom peirra.

XX.

*Nuntios misit*  
*Inde Monarcha,*  
*Per aëra et per maria 42),*  
*Ad auxilia petenda,*  
*Et ad offerendum*  
*Aurum abundans 43)*  
*Viris atque*  
*Eorum filiis.*

XXI.

Bipit sciótliga  
Til scipa gánga

XXI.

"*Rogate (eos) cito*  
*Ad navigia tendere,*

OC

s) T. liggi.

t) T. obs. al. yfir.

u) S. T. obs. al. ipgnógarí.

41) Hæc sine dubio Odæ nostræ strophe, vel ipsius commentarius prossicus, laetitia una vel pluribus laborat. Ambiguum videtur, num verba hæc "Uggi egi þú Isungi bana," Si gænæ, an Helgio tribuenda sint. Si illi, sensus erit: "Non metus Isungicidam, (Hoddbroddum nempe); Si huic: "Non Isungicidam, (me scilicet, Helgium)" suspicias: timoris, vel animi ad tu auxilium invitum. Quis Isungus iste, ab alterutro herorum occisus,

fuerit, non constat; Ultimæ autem duo versus Helgio soli adscribendi sunt.

42) Ne legendum sit fäd oc lög s: terra et mari, poëta indicare videtur, quod Valkyrie, altivolis equis vestitæ, inter nuntios Helgiæ & amicæ ipsius fuerint.

43) Ógnarliómi & gladium et aurum significat. Vid. Gloss.

Oc or ERANDEYIO 44)

Búna v), verpa.

Ípadán beiþ pengill.

Vns. þíngat x) qvamo

Hálið hvndniargir

Or HEDINSEYIO 45).

XXII.

Oc par af ST (R) ÖNDOM 46)

v) T. bruna obs. al. bána.

*Et ex BRANDEJA 44) apparatu*

*Instruc̄os abire.*

*Rex ibi morabatur,*

*Donec illuc venissent*

*Centuriatim milites*

*E HEDINSEJA 45).*

XXII.

*Simul a ST(R) ANDIS 46)*

Oc

x) Mbr. þíng o: comitia, catervæ.

44) Suhmius (crit. Hist. 2 B. p. 20 f.) unius Edi-  
dici Codicis lectionem a nostra differentem  
"Brandiciria, scilicet, observat, ac nomen istud  
lingvam vel oram Selandie, frato celeberrimo  
Öresund terminatam, indicare putat. Lection  
tio illa minime sequenda erit, nisi vocula af  
pro omissa or prefixa staret, cuius autem  
incerti sumus. Clarissimi præterea historici  
conjectura nuper memorata, alteri probabiliti  
ori contradicere videtur, cuius infra in obs.  
49. mentionem faciemus. Brandej (insula ignis,  
gladii, rostri aut pertice navalis) poë  
tica forsan vel obsolete Selandie appellatio  
habenda — nisi statuimus non particulani er  
(ex) sed ejus loco at (a) nominis præfigen  
dam esse, tum autem Brandej sine dubio sig  
nificaret Brennej vel Brennef (insulam in  
cendii vel ignis) hodie Brånnö, insulam olim  
celebrem, littori præfatur Góthoburgensis  
adjacentem, ubi probabile est copias Helgii  
navales in hac expeditione terram primum  
appulisse, et in cuius vicinia multa locorum  
in carmine nostri memoratorum nomina ho  
diedum inveniuntur. Hæc etiam opinio sine  
mutatione, textus facile admitti potest; cum  
statuamus classis Helgiana navalem stationem  
apud Brennejas prælestinatingam fuisse. — Cate  
ruin suspicor stropham hanc mancam evasisse.

45) Loca, e quibus Helgius copias colligi cura  
verat, et quæ hic usque ad stropham XXIV.  
enumerantur, in Selandie orientali latere  
sita mihi apparent. Hédiñsej (quam Suhmius  
Bornholmianus nescio qua ratione statuit) sur  
oppidum Store Hedige aut pagum Effe He  
dinge — quæ nomina e Hédiñsej eodem modo  
ut Odense ex Odinej formatae violentur — in  
dicare puto. Insulam aliquam pirayam, apud  
majorem Rugiam (Germaniam) sitam, Schoe  
niugius in mappa geographica Europa Hédiñ  
sej inscribit, nescio qua auctoritate fultus.

46) Ströndum nomen loci inauditum est, sed ad  
dicta una solūmmodo littera (Ströndum) fre  
quentissimum in sermone islandico — Strönd  
enim et Strandir vel Strandur (in dat. & abl.  
plur. Ströndum) oram vel littus significat &  
multis locis in Scandinavia olim attributum  
fuit, ut et iam plura in Islandia ill'retinent.  
Strändes nostri opinor oram fuisse maritimam  
Selandie, a meridie promontorii celebris  
Stavns, (de quo in nota mox sequenti uberi  
us) ubi prædium Strandegård et pagus  
Strandhoved vetustissimi nominis, circumja  
centi regioni olim attributi, reliquias ostend  
unt.

Oc STAENSNESI 47)  
 Beit hers y) út scripo  
 Búinn gylli.  
 Spvþi HELGI  
 HIORLEIF 48) at því:  
 Hefir pú kannapa  
 Koni óneifa.

## XXIII.

Enn úngr Kóngr  
 Óprom sagpi,  
 Seint qvap af tcelia  
 Af TRAVNOEYRI 49)  
 Lánghavfþus scip  
 Vnd lípondom z)  
 þav er JORFASVND. p) 50)  
 Vtan fóro

*Et STAFNSNESO 47)*  
*Naves classicæ exierunt*  
*Auro ornatæ.*  
**HELGUS HIORLEIFUM 48)**  
*Ita interrogabat:*  
*"An lustravisti*  
*Viros elatos."*

## XXIII.

*Sed rex juvenis*  
*Alteri respondit,*  
*Dixit sero enumerandas*  
*Naves longis rostris præditas,*  
*Quæ, sub euntibus,*  
*A TRAUNOEYRI 49),*  
*Per JORFASUNDUM 50),*  
*Extrorsum currebant;*

## XII.

y) T. S. obs. al. hanu.

z) T. S. liþ.-ondom.

þ) T. f. orfasund.

47) Stafnes Suhnius, et quidem sine dubio recte, pro promotorio Stevens vel Stevens Klint interpretatur. Tempore Valdemari adi Stöfnes appellatum fuit, & Strandis prædictis terminatus. In toparchia Stevens Herred oppidum & pagus Heddinge sita sunt.

48) Historia Volvngianorum Cap. 17. Hiorleifum hunc Leifum appellat. Numane vir idem qui apul Saxonem (Libr. 2) Ler vel Lern nominatur, et ab Helgi Huudigicida, post Saxones ab ipso & Jutia ejelos, hujus provinciae parti psefetus fuisse dicitur?

49) Suhnius l. c. laudato Finsenio qui fallor Joh. Finnaeo celebri episcopo dioeceseos Schalhol-

tinæ) adscribit observationem istam acutam et probabilem, quod Trauneyri (Cingula gravis vel grunum). Helsingiayri vel Helsingar (Cingulata anatum berniclarum) denotet.

50) Jorfasund, non Orvasund, Orosund vel Orvasong ut Suhnius in diversis codicibus legit, doctissimo huic viro assentens fretum celeberrimum Eyraynd vel Øresund indicare censet. Jorfi vel iorvi (vox ejusdem fere cum eyri sensu) planitatem vel campum planum significat, & freti prædicti situ ad congrua est. Biorneri Volvnganaga fretum illud perperam Niðarfarnnd appellat, sed hoc nomen alias in monumentis islandicis freto Herculeo attribuitur.

## XII. C.

Tryggra manna  
þó er í HÁTÚNOM 51)  
Hálfv fleira  
Víglid Konúngs  
Vanir erom æ) rómo.

## XXIV.

Sva brá stýrir.  
Stafntioldom af 52)  
At mildsínga  
Mengi ð) vacpi  
Oc davglíngar  
Dagsbrún síð;  
Oc scliíngar a)  
Snero vp viþ ué  
Vefnislíngom b)  
A VARINSEYRDI 53)

*Mille ducentos*  
*Fidorum virorum;*  
*Sunt tamen in HATUNIS 51)*  
*Dimidio plures*  
*Copiarum Regis,*  
*Assveti pugnæ sumus..*

## XXIV.

*Ita nauclerus*  
*Puppium velamina sustulit 52),*  
*Ut largitorum*  
*Populus evigilaret,*  
*Et praeclari*  
*Diem illucescere cernerent,*  
*Et heroes*  
*Subducerent in malos*  
*Vela texta religataque*  
*In VARINI SINU 53),*

## Varp

æ) T. om. erom; S. van er om rómo.

a) S. Síðlíngar.

ð) S. obs. al. megni.

b) T. S. obs. al. ríftingom.

51) *Hatnum* vel *Hatuna* toparchiam *Tune Herred*, aut pagum *Tune* in ista sitam, a Stevens *Herved* non procul distante, signare sentio. (fr. Obs. 20).

52) Indicat locus hic velamina vel tentoria super puppes navium classicarum olim expansa esse, & quod nautæ iisdem pro dormitorii usi fuerint.

53) *Varinisfjord* s. sinum Varini Suhmius quidem prope Vestrogothiam statuit, sed placet ei nihilominus ob nominum similitudinem, ea conjectura, quod querendus sit in Balthico-

mari, oris Varinotum (populi) in Germania propinquus; — hæc autem mihi minime arridet, Helgum Hoddbroddi Vestrogothicum regnum vel maritimas regiones ei proximas per Codinum sinum invasisse, omnes circumstante innunt. Hunc igitur, vel potius minorum sinum quandam, ipsius partem, non men prædictum indicat.

Nomen sinus *Varinisfjord* (ut et insulae *Varinsei* ac loci vel tumuli *Svarinshangr*) a celeberrimo Ossianeo in roe *Svarano*, islandicorum historicorum *Varino* vel *Framaro*, Saxonis

Varp ára ymr  
Oc járnaglymr.  
Braſt ravnd viþ ravnd  
Répo vikíngar.

*Ortus est remorum stridor  
Et ferri clangor,  
Assonuit clypeus clypeo,  
Remigarunt bellatores.*

## XXV.

Eisandi gécc  
Vnd avþlögom.  
Lofdúngs floti  
Lavndom fiarri.  
Sva var at heira  
Er faniqvamo  
Kólgo syftir 54)  
Oc kílir lángir  
Sem biorg eþr brim 55)  
Brotna mundi c).

## XXV.

*Exæstuans ivit  
Nobiles vehens  
Regia classis  
Procul a solo remota.  
Erat, ut audires,  
Cum colliderent  
Soror tempestatis 54)  
Et carina longæ,  
Uti frangerentur  
Aut rupes aut maris æstus 55).*

c) Mbr. náðþf.

onis Svarino ortum duxisse, in commentario ante memorato, monstrare conatus sum. Notat forsan appellatio, jam diu, quatenus scio, obsoleta, sinum prope oppidum Kongeböka (a septentrio *Warbergi*) in cuius vicinia *Ware* & *Warrum* Valdemari adi gvo sita fuisse legimus, ut et pagus *Warō* ei hodie dum vicinus est.

Observandum hic censeo quod *Volsungasaga*, Cap. 16, referat Helgiū copias collectas congregavisse apud Raudhöög c: rupes rubras vel fuscas. Sub hac appellatione promotorium jam *Kullen* dicitur latere sentimus, præsertim cum discursus Helgiū cum Hiorleif vel Leifo — qui naves a *Traunoejre* (Helsingora) per *Jorvasundum* (Öresund) vela dantes sero enunciandas dixit — hic

peractus fuisse memoretur, quod etiam locali situi optime convenit; "Deinde" Auctōr addit. Helgiū nautas jussit in sinum *Varinsfjord* tenderet.

54) Ut *Ægerns*, maris Deus, *Karii* (*Cauri*) vel ventorum numinis frater fuit, ita hic etiam Unda aura soror vel consobrina vocatur.

55) Suspicio hic restius legendum esse *biörg vid brim* c: uti rupes æstus marini impetu frangerentur. Historia Volsungiana Cap. 17. tropum poetum manifeste e carmine nostri mutuata est, sed alio modo expressit: *hyldir knida* e *bordum* sem þá er *biörgum* lyfti fuman c: "Quaticebant unde tabuleta (navis) tantis idibus, ut cum saxa concussa collidebantur."

XXVI.

Draga bap HELGI  
 Há segl ofarr  
 Varþat hravnnom  
 Havfn þínglag a) 56)  
 þá er ógorlig  
 ÆGIS dóttir 57)  
 Stagstíórn mayrom  
 Steypa vildi.

XXVI.

*Sursum intendere jussit*  
*HELGIUS alta vela,*  
*Non contra fluctuum impetum*  
*Portus sodales defendit 56),*  
*Cum terrifica*  
*ÆGERIS filia 57)*  
*Velificationem procerum*  
*Subvertere conabatur.*

XXVII.

ENN peim siálfom  
 SIGRÚN 58) ofan  
 Folcdiorf 59) um barg  
 Oc fari peirra.  
 Snöriz ramliga  
 Rán or hendi

XXVII.

*At ex alto*  
*SIGRUNA 58) ipsos*  
*Ac eorum navigiam*  
*Intrepida 59) servavit.*  
*Fortiter erecta est*  
*E RANÆ (Thetidis) manibūs*

Gíalfr-

a) T. S. *Var þat hravnnom havfn* (al. *hravn*) *þíngloga.* Mbr. *varþat hravnnom hravn*  
 þ... loga.

56) Locus hic primo aspeetu valde difficultis et corruptus apparet. Secutus sum lectiones codicis Thorlaciani, unica tantum littera mutata; in isto enim scriptum est: *Var þat hravnnom — havfn þíngloga.* Quod ita emendo: *Varþat hravnnom havfn þíngloga.* Si in codice regio þóloga pro *þíngloga* (quod conjici potest) legi deberet, sensus esset: "In fluctus (marinos) mutata est Thori "(Dei) flammae (fulminantis tempestatis) "inundatio."

57) Unda marina aestuosa.

58) Poeta Sigrunam hic representat quasi Valkyriam vel numen dilecti herois tutelare ab Othino constitutum. Vide Observations de Valkyriis ad carmen *Sigrdrifumál*. Annotandum tamen censeo, quod nymphæ ejus generis in periculis maritimis clientes suos servare possent. Cfr. supra memoratam nostram *Commentationem*, ubi genios, quosdam tutelares a superstitionis inter plebeos Norvegicam hodieum *Väldiger* appellatos esse observavi.

59) Verbovenus: coram viris vel in acie aut in conventu populi audax l. intrepida.

Giálfredýr konúngs  
At Gnípalundi 60).

## XXVIII.

Sat par vñ aptan  
I VNAVAGOM 61)  
Flavst fagrbúin  
Flíta knáttó.  
ENN peir siálfir  
Frá SVARINSHAUGI 62)  
Mep hermpar hvg  
Her kaynnopo.

## XXIX.

Frá godborin 63)  
Gvdmvndr at því:  
Hverr er landreci sá  
Er lípi flýrir,

*Regia ratis*  
*Gnípalundum 60) versus.*

## XXVIII.

*Mansit ibi per vesperam*  
*In Unavagis 61);*  
*Navigia splendida*  
*Natarunt (in portu),*  
*Illi autem*  
*E Svarinshugo 62)*  
*Irato animo*  
*Exercitum explorabant.*

## XXIX.

*Diis procreatus 63)*  
*Gudmundus interrogavit:*  
*Quis est imperator ille*  
*Qui copiis præest,*

Er

60) Quem locum nomen Guipalundr signet, multo latet; forsitan iste est portus *Unavagar* quærendi sint in vicinia urbis, multo recentius conditæ, *Gothoburgi*, portu præstantissimo gaudentis, apud quam, in insula *Hifinga*, pagus est, *Lundby* dictus. *Volsunga-faga* narrat erga *Guipalundum* portum commodaten fuisse in quem *Sigrune*, — cum amplio comitatu e terra continente veniens — *Helgi* navas, nescio quo modo — fortasse reclam viam monstrando — duxerit.

61) *Unavagar* o: portus vel recessus jucundus; Cfr. Observationes proxime precedentem. *Munavagor* in insula *Samið* Suhmius (Hist. Dan. p. 145) cum illo portu, ut et loca Nor-

vegica cum Danicis, perperam confundere videtur.

62) Verbotenus: *Svarani tumulo*, — *Grammar regia* sede. Vide supra Obs. 53. *Warnhem* (olim prædium vel oppidum et deinde monasterium celebre), *Warnnum* et *Wartofsta* in Westrogothia iam reperiuntur.

63) Suhmius ambiguum arbitratur, *Diis* ne an *Gothis* intelligendum sit. Prædium vel oppidum antiquissimum *Gudhem* in Vestrogothia, olim forsitan Deorum vel Dei alicuius habitaculum existinatum fuit. *Volsunga-faga* virum, qui cum *Sinfotlio* altercabatur, non *Gudmunundum*, sed *Grauum* vel *Granmarmum* appellat.

Er e) hann feicna líp  
Fürir at landi.

*Cum terribilem exercitum  
Adducat ad terram.*

XXX.

SÍNFIÖTLI qvap  
Slaung up vilp rá  
Raupom scyldi  
Ravnd var or gylli 64).  
þar var svndvörþr sá  
Er svara kvnni  
Oc vilp auplínga  
Orpom scipta 65).

*Ajebat SÍNFIÖTLIUS,  
Attollens in antennam  
Clypeum rubicundum,  
(Cujus) ora aurēa erat 64);  
Is fæti custos (stationarius)  
Calluit responsa,  
Et altercationes  
Cum nobilibus 65).*

XXXI.

Segþv Þat f aptan  
Er svínom géft  
Oc tigr f) yprar  
Tegir at solli 66):  
At sé YLFÍNGAR  
Austan 67) comnir  
Gvnnargiarpir  
68) At GNÍPALVNDI.

XXXI.

"Referas vespere,  
*Cum porcis pabulum distribuas  
Et caniculas vestras  
Trahes ad edulium 66),  
Quod YLFINGI,  
Pugnæ cupidi,  
Ex oriente 67) venissent  
68) Ad GNIPALUNDUM.*

e) T. oc.

f) T. S. obs. al. Tigr.

XXXII.

64) Vel sic: scutum ex auro fabricatum fuit.  
65) Incipiunt mox altercationes, heroum Homericorum jurgis non decentiores.  
66) Servilem functionem Sinfjotlius Gudmundo obicit.

67) Austan : or austriregi v. eystrafalldi (via vel ponto orientali). Sic olim more balticum nostratisbus audiit.  
68) Omnes codices frā (de) perperam ponunt pro at (ad), quod igitur restituī.

## XXXII.

Þar mva HODDBRODDR  
HELGA finna  
Flavgræufan gram  
I Flota miþiom,  
Sá er opt hefir  
Orno fadda  
Mepan þú á qvernora  
Kýfir g) pýgjar 69).

## XXXIII.

Istic HODDBRODDUS  
In media classe  
Inveniet HELGIUM  
Regem fugatu difficultem,  
Qui aquilas sëpe  
Saturavit  
Dum tu in molis ancillas  
Es osculatus 69). „

## XXXIII.

Fátt mantto fylcir  
Fornra spialla 70)  
Er þú auþlögðom  
Ósavnno bregþr.  
þú hefir etnar  
Úlfra krásir  
Oc bróþr þinom  
At bana orþit  
Opt fár fugin  
Med svaulom h) 71) mvanis  
Hefir i hreyfí  
Hvar leiþr scridit 72).

## XXXIII.

”Pauca Dux! reminisceris  
Veterum sententiarum 70)  
Cum mentita probra  
Objicias nobilibus.  
Tu consumisti  
Bellaria luporum,  
Et fratriis tui  
Necem patrasti;  
Sæpe frigido rictu 71)  
Suxisti vulneraz  
Ubique exosus  
Lustrum perrepsisti 72). „

g) T. S. obs. al. hýfir.

h) Mbr. foðulo munni : birundinis ore.

69) Ilic desunt aliqua, vel poematis vel prosæ.  
Gudmundo respondentи sine dubio sequentia  
tribuenda sunt.

70) : Sententiarum ethicarum veterum — qua-  
rum pretiosas reliquias in Hávamál et plurí-  
bus ejus generis carminibus possidemus. Hæc  
Stropha sine dubio Gudmundo adscribi debet.

## XXXIV.

71) Svano munni (hirundinis ore) cod. Reg.  
Chartaceorum autem lectio melior videtur.

72) Hæc opprobria alludent ad fabulosam nar-  
rationem de Sinfjotli in lupum transmuta-  
tionem et fraterna necē — qvæ in Volfungosaga  
satis prolike continetur.

## XXXIV.

Pú vart vaulva 73)  
I VARINSEYIO 74),  
Scollvís kona  
Bartv̄ scrave i) samān.  
Qvaztv̄ engi k) mann  
Eiga vilia  
Segg bryniapan  
Nema SINFÖTTLA.

## XXXV.

Pú vart en scæpa qyan  
Scas̄s l) valkyria 75)  
Avtvl ámátlig  
At Alfavþr.  
Myndo einheriar  
Allir beriaz  
Svevís kona  
Vm facar pínar.

## XXXIV.

"Mulier eras vagabunda 73)  
In VARINSEJA, 74)  
Vulpis instar vafra  
Vaniloquia coacerasti;  
Dicebas te nolle  
Nubere ulli  
Viro loricato,  
Nisi Sinfotlio.

## XXXV.

Eras perniciosa femina!  
Lamia, stragium furia 75),  
Proterva, monstrosa,  
In Othini aula.  
Emortui bellatores cunghi  
Invicem conflietabant  
Fraudulenta mulier!  
Tua causa."

Nlo

i) Fortasse etiam legi potest *scravus*: comptum. T. S. *scrav.*

k) S. & Mbr. *egi.*      l) Mbr. *scos.*

73) *Mulier vaga vel fatidica; vox hæc eodem sepe sensu sumitur quo tertia significatio vocule *Norn* a nobis supra in Obs. 6ta exposita.*

*Hac et proxime sequens stropha secundum historiam Volsungianorum Sinfotlio adscribi debet. Puto tamen verba: nlo atto vid & seq. Gudmundo, stropham XXXVI. Sinfotlio, XXXVII Gudmundo XXXVIII & IX (hist. Vols. autoritate) Sinfotlio, sed XL Gudmundo attribuendas esse.*

74) *Nomini Varinsej Warð recentiorum bene convenit. Cfr. supra Obs. 53.*

75) *Membrana habet eos Valkyria, fortasse legendum Scis V. & interpretandum: nympha Valhalla viris calcements detrahens, (quod olim ancillarum functionis fuit). Tetricum hic aliquod Valkyriarum genus, vel servile vel giganteum aut veneficum indicari videtur. Scas̄ enim idem est quod Skessa mulier gigantea.*

Níð áttó viþ  
A NEŠI LÁGU (m) 76)  
Úlfa alna  
Ec var einn fápir þeirra.

## XXXVL.

Fápir varatty  
Fenris úlfa.  
Ollom ellri  
Sva at ek myna  
Sízt þic géldó  
Fyr n) GNÍPALVNDI  
Þvssameyiar  
Á pórnesi 77).

"Novem procreavimus  
In LAGANESO 76)  
Lupos; solus ego  
Eorum pater fui.."

## XXXVI.

"Non fuisti pater  
Fenricorum luporum,  
Caeteris vetustiorum  
Quatenus recordor,  
Postquam te evirassent  
Ante GNÍPALVNDUM  
Pueræ giganteæ  
In THORIS PROMONTORIO, 77).

## XXXVII.

Stiúpr vartv SIGGEIRS 78)  
Látt o) vnd stafþom 79) heima  
Varglióþom vanr  
Á viþom p) úti.

"Privignus SIGGEIRIS 78) eras,  
Facuisti domi sub tignis 79)  
(Ac) ululatui lupino assuetus  
Foris in sylvis:

## Como

m) Omnes Codices habent sagau vel lagau.  
o) Mbr. lat. T. latt. p) S. obs. al. velli o: campo.

n) T. fyr forsan idem quod fier procul.

- 76) Nefi lága v. Lága nefi (promontorio piano vel depresso) restitui secundum Hist. Volsing. Cap. 17. — pro codicium Eddicorum sagau, que vox sine dubio corrupta habenda est.  
77) Landy et Thorslunda pagi in insula Hífin-gia siti Guipalundum et Thorsnefun in mem-tem revocant.  
78) Siggeiris, Sveo-Gothici Regis. Relationes de vita et gestis Sinfoltii satis fabulosæ, ve-

risimiliter e talibus poëtarum fictionibus ortæ, in pluribus Eddie nostre carminibus ut et in Volsungaþuga ac Nornageðiþátr cum historiis Danicis Suhunii collatis, legi pos-sunt.

79) Si staud cum stod ut puto, idem est, hic (in plurali) columnas vel tigna domus nota. Staud vel Stöd alias est statio, domicilium.

Como pér ógogn  
Öll at hendi  
Þá er bróþr þínom  
Brióst rauðapir 80).

## XXXVIII.

81) Gorþir pic frægian  
Af finrvercom q) 82)  
Þú vart brúþir GRANA  
Á BRÁVELLI 83).  
Gvllbirður vart  
Gör til rásar  
Hafþa ec pér móþri  
Margt sceip ripit  
Svángri vnd faudli  
Símlvrl forbergis.

## XXXIX.

Sveinn þóttir pú  
Siplaus vera  
Þá er þú GVLNIS 84)  
Geitr miólcápir.

q) T. finnvercom.

*Calamitates cunctæ  
In te irruerunt,  
Postquam fratris tui  
Pectus dilacerasti 80).*

## XXXVIII.

"81) Famosum te fecisti  
Factis prodigiosis 82),  
Granii (equi) concubina eras  
In CAMPO BRAVALLENSI 83),  
Aureo capistro prædita  
Cursui aptata;  
Sæpe, te veetus ad cursuram  
Te concitavi lassam,  
Jejunam, ephippio instruetam,  
Ante montes lamia!

## XXXIX.

*Puer immoriger  
Æstimatus es,  
Cum GULLNERI 84)  
Capras mulxisti;*

Enn

80) Confer supra Observationes 72 et 78.  
81) Sequentes duas strophas *Volfsungsäga* l. c. Sinfiotlio Granum vel Grammarum (qui nostro Guðmundus sonat) alloquenti adscribit.  
82) Nescio utra lectionum, finnwerk, facta portentosa, an finnwerk actiones Finnicæ potius retinenda sit; Finnis enim, vel Lapponibus et veteres et recentiores magice artis preci-  
puam peccatum attribuerunt.

83) Bråvöür nomen suum pluribus campis vel locis in Svecia hodierna, *Wolfsungsäga* campus illum Granvöll appellat. Suhnius (l. c. p. 189) nostro anachronismum perperam imputat; hic enim de prælio Bravallensi ne hilum quidem protulerat.  
84) *Wolfsungsäga* istum Golnerum gigantem vocat.

Enn f annat sinn  
Imþar dóttir 85)  
Tavtrtryg r) hypia 86)  
Villþv taulo lengri.

*Sed altera vice*  
*Puella gigantea 85)*  
*Vacerra pannosa 86),*  
*Cupisne sermonem prolixiorum?.*

XL.

Fyrr vilda ec  
At FREKASTEINI 87)  
Hrafn̄a seþia  
Á hraðom þinom  
Enn efor s) yþrar  
Teygia at solli  
Epr géfa gavltom  
Deili grávm vid þic.

"*Malleum apud*  
*FRECASTEINUM 87),*  
*Tuo cadavere*  
*Corvos saturare,*  
*Quam canes vestros*  
*In edulia attrahere,*  
*Aut verres cibare;*  
*Infesti Diemones tecum contendant.*"

XLI.

Væri yccr SINFIÖTLI t) 88)  
Sæmra miclo  
Gvnni at heyia  
Oc glapa orno

"*Deceret vos SINFIÖTLI! 88)*  
*Multo magis*  
*Bellum gerere*  
*Et aquilas exhilarare,*

Enn

r) T.S. obs. al. *trauttryg.*      s) S. tior.  
t) S. T. add. *quaþ Helgi;* obs. al. *quaþ Sinfiölti.*

85) Verbotens (Edda prossica docente) filia mulieris giganteæ: Volsungiana historia hocce opprobrium omittit.

86) *Hypia* Islandis jam pannus rudissimæ manufacturæ, & igitur epitheto *tavtrtryg* (lacera) non male responderet, et terrum mendicabulum significare videtur; Alius verbi sensus mihi later.

87) *Frekastein* (verbotenus lupi vel etiam *Freki* viri petram) in Vestrogothia sitam Suhamius et plures opinantur. *Freketaid* nomen est praedium, *Frekna* autem parochiæ vel toparchiæ in prefectura Gothoburgensi.

88) Codicum quad (dixit) sine dubio tollendum est. Contenta præcipua hujus et sequentis strophæ Volsungasaga Helgium dixisse narrat.

Enn sva-n) önýtom  
Orþom at bregþaz  
Þott hríngbriðtar  
Heiptir deili.

*Quam tam inutilia  
Verba commutare,  
Quamvis annulos frangentes (o: viri)  
Inimicitias inter se agant.*

## XLII.

89) Picciat mér góþir  
GRANMARS synir  
þó dvgir' fislíngom v)  
Satt at mæla.  
Þeir hafa marcat  
Á móins heid x) 90)  
At hyg y) hafa  
Hiöriom at bregþa.

*89) Non mihi arrident  
GRANMARIS filii,  
At heroes juvat  
Dicere verum;  
Auro illi  
Impresserunt 90)  
Quod audeant  
Gladios vibrare..*

## XLIII.

Þeir af ríci  
Renna létó  
SVIPUDR OC SVEGIVPR z) 91)  
SÓLHEIMA 92) til.

## XLIII.

*Strenue (equos)  
Fecerunt currere  
SVIPUDUS et SVEGIUDUS 91)  
SOLHEIMOS 92) versus.*

## XLIV.

w) Sic omnes codices. T. S. obs. in marg. *sva-*  
x) T. S. heimo L. heimþir. y) Mbr. hva.

v) T. *siglingom.*  
z) S. *Svipudr* oc *Svegiþr.*

## Dala

89) *Völuspá* sequentia ita exprimit: *Ej eru  
Granmarisynir minir vinir, þó eru þeir har-  
dir menn i. e. Granmaris filii non sunt amici  
mei, sed tamen viri strenui.*

90) In scutis suis præcipue facinora propria pro-  
avi nostri pinxerunt, more, etiam apud Gra-  
cos, vetustissimo.

91) *Svipudr* alacris vel repentinus; *Svegindr* flec-  
tens vel flexibilis. Nomina hæcce *Völuspá*-

fóga (quorundam Eddæ codicum consensu)  
equis Granmaris filiorum imponit.

92) Pro *Solheimis* (solis domicilio) *Völuspá*  
*Sölfell* (montes solis) ponit. Prædia duo  
aut pagi nomine *Solberga* (Solis mons vel  
montes) in *Vettregothia* — unum in *Väners-  
borgian* alterum autem in *Göthborgian*, pro-  
pe *Järlandam* — hodiendum inveniuntur. Po-  
sterius eorum hic intelligendum censeo. Cfr.  
Obs. 32. ad Od. Helg. 3.

Dala davggóta  
Daucqvar hlídir 93)  
Scalf mistar maðr 94)  
Hvar megin fóro.

## XLIV.

Mætto þeir tyggia  
I túnliliþi 95)  
Sogþo strípliga  
Stilli qvamo.  
Úti stóp HODDBRODDR  
Hiálmí faldin  
Hvgþi 96) hann ióreip  
Ættar sinnar.  
97) Hví er hermdar-litr  
Á Hníflúngom 98).

## XLV.

99) Snúaz hér at fandi æ).  
æ) S. flandi. S. T. obs. al. landi.

*Per valles vorulentas  
Ac clivos caliginosos 93),  
Tremuit pontus Mistæ (i: aër) 94)  
Ubi viri proruebant.*

## XLIV.

*Occurrerunt Regi  
In oppidi porta 95),  
Nuntiabant imperatori  
Asperum adventum,  
Stetit foris HODDBRODDUS,  
Galea tectus,  
Observabat 96) equitatum  
Prolis suæ.  
"97) Unde principibus 98)  
Vultus iracundus? "*

## XLV.

"99) *Huc, terram versus, tendunt*  
100)

- 93) Descriptio hæc diversorum Hoddbroddi a  
Gnypalundo reñotum innuere videtur.  
94) Mistarmar vox est ambigua et obscura,  
quam tamen sic recte et simpliciter interpre-  
tandam opinor. *Mist* nomen est Valkyriæ  
sive nymphæ bellicæ, que per æra volitare,  
et quasi velificare, solebant. *Mist* vel *mistr*  
(vox foran ab illo nomine sumta) in soluto  
Islandorum sermone nebulam sive caliginem  
aëris signat. *Mistarmar* igitur nil aliud  
quam *mare nymphaean altivolarum*, aëris poë-  
tica appellatio. Sic terra ferarum *mare vati-*  
*bus Scandis* olim sonavit.

- 95) *Túnhliði* i: ostio septi, agrum, in qua aula  
vel oppidum sita, circunscientis. *Volsun-*  
*gasaga* interpretatur in *porta urbis* (*Cant artis*).  
96) *Hugdi* non sensu hodie vulgaris: *cogitavit*  
vel *putavit* sumendum est; notat enim id  
quod Islandi jam exprimunt *hugdi ad* i: ob-  
servabat.  
97) *Vultum tristem vel iracundum Hoddbroddus*  
in suis cernens, ipsos de causa interrogat.  
98) *Huiusnagar aut viri acres vel principes, aut*  
specialiter heroes e familia Níflungorum.  
99) Hæc et sequentes strophæ responsum qua-  
stionis continent.

100) Sneyfir kiolar,  
Racca hirtir 101)  
Oc rár lángi;  
Scyldir ma jir  
Scafnar árar  
Gavfugt lip gylfa.  
Glaþir YLFINGAR

XLVI.

Gánga XV  
Fólc up á land,  
Þó er í sogn 102) út  
VII. þúsundir.  
Liggia hér í Grindom 103)  
Fyri GNÍPALVNDI  
Brimdyr 104) blásvort  
Oc búin gylli.

XLVII.

Par er miclo mest  
Mengi peirra

100) *Alacres carinæ,*  
*Mali celsi 101)*  
*Ac antennæ longæ,*  
*Scuta multa,*  
*Remi rasi,*  
*Nobiles Regis cōpiae,*  
*Læti YLFINGI.*

XLVI.

*Cohortes quindecim*  
*Terram invadunt;*  
*Sunt tamen mari 102) exterius*  
*Millia septem.*  
*Facent hic in clathris 103)*  
*Ante GNIPALUNDUM*  
*Bellæ marini æstus 104) infuscatae*  
*Auroque ornatæ.*

XLVII.

*Agit ibi magno maximus*  
*Istorum catus,*

Myra

100) *Sneyfir* pro *snögger* & *kiolar* pro *kylir* sunt  
voces jam inusitatæ.

101) Hodierne loquendi usu rakka hirtir "cervi  
canini," interpretandum foret. Vide Glossa-  
rium.

102) *I sogn* ut *Suhmius* perperam interpretatur:  
in superiori vel intérieure regionis parte. Sen-  
sus plane contrarius est: *extrinsecus in mari.*  
Auctor historiæ Volsungiane e voce *Sogn*  
facit insulam *Sak*, vicinam stationi (ut vide-  
tur) navalii, *Grindur* dictæ.

103) De voce *Grindur* cfr. Glossarium ac obser-  
vations proxime precedentem & sequentem.

104) *Brimdyr* o: naves. At *liggia* i *grindum* di-  
citur de piscibus cetinis, cum brevia terræ  
proxima salientes petunt, — unde forsitan me-  
taphora nostri sumta. *Grindur* hic sine du-  
bio portus appellatio est, aut ipsi propria,  
aut poetica. *Tractus terre unus vel plures*  
in vicinia Gothoburgi hodieum *Grinnared*  
appellantur.

Myna nú HELGI  
Hiörþing dvala.  
Renr 105) raven bidluþ  
Til reginþinga,  
Enn SPORVITNIR ð).  
At SPARINSHEDI  
MELNIR OC MYLNIR  
Til myrcvitar.  
Látiþ erigi þ).mann  
Eptir sitia  
Þeirra er benlogom  
Bregpa kynni.

XLVIII.  
Biópi pétr HAVGNA 106)  
OC HRÍNGSSONOM  
ATLA OC YNGYA 107)  
ÓLF enom gamla 108)

ð) S. spár vitnir.

þ) S. Mbr. egi.

Jam non HELGIUS  
Prælium detinebit.  
Curat 105) equus capistratus  
Ad comitia principum,  
Sed SPORVITNERUS  
Ad SPARINSHEDAM,  
MELNERUS & MYLNERUS  
Ad sylvam tenebrosam.  
Non sinatis manere retro  
Unicum virum eorum  
Qui vulnerum flamas (ɔ: gladios)  
Vibrare queunt.

XLVIII.  
Invitate HOGNUM 106)  
Ac HRINGI filios,  
ATLIUM & YNGVIUM 107)  
ALFUM senem 108),

peir

- 105) Puto hic legendum esse Renri rauku &c. ɔ:  
Curat equus — et strophæ hujus conten-  
ta esse: mandata Regis, data Sporvitnero,  
Melnero & Mylnero, ejus subditis, ad pro-  
curandam collectionem copiarum in diversis lo-  
cis. Quædam hic certe desunt. Si legendum  
erit renr (currit) sensus verisimiliter foret:  
"Currit equus capistratus ad comitia prin-  
cipum, sed lupus vestigia (hominitum) callens"  
"(vel secundum Codicem: Thorlaclanum pro-  
vidus: pugnae seu præde) ad tesqua Spariue  
"(forsitan locum prælii)...".  
106) Sub hoc Hognis Sigunus pater probabiliter  
intelligitur, unde concludendum est cum (ni-  
si tum forte hospes Granmaridarum fuisset)

non in Dania, sed Gothia vel Svecia regna-  
visse. Sevanus Montibus, vel regioni, in qua  
siti sunt, fortassis ille praefuit. Cfr. Obs.  
28. ad Odam Helgianam ȝtiam.

107) Yngili vel Ingii nomine proprio plures Re-  
ges ex antiquissima Yinglingorum familijs, olim  
gaviosos nuisse, certum est.

108) Alfus vel Olfus senex inter plures ejusdem  
nominis Reges Alflæmne (sive tractus Norve-  
gia antique ad sinton Codenum) haud dubie  
numerandus est. Regnum ipsius Vestrogo-  
thia igitur vicinus fuit. Völsunga saga viros  
*Ex magno moerore 32):*  
*Eò, GUDRUNA! habes*  
*Causas lamentorum plures,*  
*Quod cor meum*  
*Corvi discerpant.*

## X.

29) *Vill*, Uterque, non *Ville*, quod vulgatum est.

30) Sic Membr. pro vulgari et clariore *vitier*. Sed *Vitir* S. ineptè hoc loco.

29) Si quis *Vilialavſſi* per nolenti simpliciter hic velit exprimere, non adeo refragabimur; sed alterum tamen sensum præstare censemus, quemadmodum in *Oda Sigurdi* ultima de hac ipsa regina, in leto exercefacta, cum maritus Sigurdus fataliter vulneratus esset: *Sofnøþ var Guðrún i fæingo Sorgalævi Híá Sigurði. En hon væknapi Vilia-firþ; ubi Sorgalær et viliafirþ sunt antitheta.*

30) *Enn* pro *Heldr* enn hoc loco, exemplò raro, quem tamen sensum contextus hic videtur

poscere. Deinde *Vitir manna* id ipsa est: inter homines verseris: vivas.

31) Ait enim hac una vice tantum tristem fuisse, nunquam alias. Et notandum in sequenti linea *Góþr hrgr de animo erecto et hilari, more Latinorum;* nam non procedit, quod soror fratri, tali quidem atque Högnius fuit ingenio natus, animi malitiam importat.

32) Nempe propter imprecationem vel vaticinum sororis, quod postea res verum esse comprobavit. conf. vers. præced. lin. 5 et 6.

X.

Hvarf ek ein papan  
Annspilli frá  
A z)-vís-p-lesfar 33)  
Varga léifar 34).  
þ) Görþiga ek hiúfra 35)  
Ne höndom flá.  
Ne qveina um  
Sem konor aprar.  
Pá ek æ) soltin 36) sat  
a) Vm SIGVRPT.

XI.

Nótt pótti mér  
b) Nip-mykr 37) vera

*Sola discessi inde*  
*A colloquio*  
*Passim colligendas 33) versus*  
*Luporum (coenæ) reliquias 34):*  
*Neque gemitus edidi 35);*  
*Neque brachia (circum) jaclavi,*  
*Neque jacluram questæ sum,*  
*Ut mulieres aliae,*  
*Quando jejuna 36) sedebam*  
*Apud SIGURDUM.*

XI.

*Nox mihi visá est,*  
*Interlunium 37), esse,*

Er

- z) Sic ambo Libri, pro liquidiori *Vid-lesfar*.  
 þ) Görþiga ek (ak Membr.), Uterque, non Görþar ek. Deinde *Henfra*, pro *Hiufra*, S. ut semel ante.  
 æ) *Soltin* sat, S. melius in poësi, quam *Sat soltin*, quod Membr. præfert.  
 a) *Af Sigurdi*, ab Sigurdo, ð: Sigurdi causâ, S. suspecte.  
 b) *Nípmýrkr*, Id. eodem sensu, et magis usitatè Recentioribus.

33) Est amplificatio poëtica, quasi dicat: Discerptum cadaver Sigurdi a feris carnivoris passim dilatum et querendum esse. At *Iesa* autem, unde illæd *Vís-p-lesfar*, primo et proprio sensu est colligere (alias Nobis *At tina et tina famen*), quemadmodum *At lesfar ber*, baccas legere, et inde Substantivum *Beria-lesfar*.

34) Quas saturi scilicet, atque idæd fastidiosi ob copiam prandii, contemserunt. Exaggeratio, commiserationis apud Theodoricum regim movendæ gratiæ.

35) Hæc etiam sunt in Iusa *Oda hujus regnum*, vers. I. lin. 5 et 6, ubi nostram opinionem de insolito verbo *At hiúfra* semel speruimus.  
 36) Quod et necesse erat lugenti mulieri. *Soltin* autem in hoc sensu adæd infrequens fuit antiquioribus, quantum ex eorum monumenatis videre licet, quam frequens est recentioribus.

37) Epexegesis figura, sensus intendendi gratiæ. Faciliè potest dicere *Nip-mykr* adjectivè, referendo ad præcedens *Nótt*, illunis aut per obscura. Conf. *Nip* in Gloss. Tomi I. Edr. de nostra.

Er ek fárla c) fatc  
 Yfir SIGVRPI.  
 Ulfar d) Póttvñz  
 Öllo betri  
 Ef peir léti mik  
 Lífi týna.  
 Epa bréndi 38) mik  
 Se:n birkinn vip 39).

## XII.

Fór ek af fialli 40)  
 Fimm 41) dægr e) talip.  
 Vnz ek höll HÁLFS 42)  
 Háva f) þektac 43).

## XIII.

Sat ek meþ ÞÓRO  
 Siö misseri

*Ubi acerbè  
 Adsidebam SIGURDO:  
 Lupi mihi videbantur  
 Longè meliores,  
 Si facerent me  
 Vitam perdere;  
 Aut cremata 38) forem  
 Ceu betulina sylva 39).*

## XII.

*Perrexi de saltu montano 40)  
 Nycthemera 41) numerō quinque,  
 Donec palatum HALFI 42)  
 Celsum cognovi 43).*

## XIII.

*Quievi cum THORA  
 Septem semestria*

g) Dætor

- c) *Sat, tantum, S. sed alterum majorem habet energiam.*  
 d) *þórtuz, ambo LL. sibi videbantur longè mel., improbè, undè nos necessariò alterum reposuimus.*  
 e) *Talip, Utterque, non Talin vulgare; est autem a Nominativo sing. Particip. antiquo Talipr. Ita supra vers. IV. lin. 7. Vanip, et Hafip infra vers. XXXVI. lin. 4.*  
 f) *þeþak, Utterque; illud þ in tali positu literarum aliquoties ante improbabimus.*

38) *Brendi hic impersonaliter accipiendum, neque enim ad lupos referri potest.*

39) *Birki-víz, æquè facile dicere poterat, sed hoc purus figuratus, uti et est.*

40) *Ubi, scil. Sigurdi reliquias quiescerat; conf. supra Vers. X. lin. 3 et 4. item superioru n. 13. ad vers. IX. Sylva porciuit sita esse in monte vel montis latere.*

41) *Hic 'per Dægr necessario intelligendus est dies naturalis, XXIV. horarum; nam Dægr, usitatè de semidie capere non procedit propter vicem longinquitatem.*

42) *Sive Alfi (secundum Vols. sagam) filii Hjálpreki, qui Sigurdo fuerat pater nutritius.*

43) *Verisimiliter cognovit ex relatione Sigurdi, qui illic in pueritia educatus erat.*

g) Dætor HÁKONAR 44)

I DANMÖRKO.

Hon mér at gamni

Gvll bókapí 45)

Sali svpræna

Ok fvani Danška.

## XIV.

Havfdø vid h) á skriptom 46)

Þat er i) skatar léko

Ok á k) hannyrdom

Hilmis pegna.

Randir ravþar.

Recka l) HÚNA.

m) Hiör-drótt hiálmí-drótt

Hilmis fylgio.

Filiā HAConis 44)

In DANIA:

Illa mihi in delicias

Acupictilia aurea 45) concinnavit,

Ædes Teutonicas

Et cygnos Danicos.

## XIV.

Posuimus in picturis 46)

Quæ luserunt (pugnarunt) heroës,

Et in manuariis artificiis

Regios satellites,

Orbes rubros,

Athletas HUNNORUM,

Gladiis instructum agmen, galeatum

agmen,

Regiam sequelam.

## XV.

g) Dætor, Uterque, non Dórtor, et quidem extruso altero t, euphoniaz gratiâ.

h) At skriptom, ad picturas adhibuiimus, adplicavimus, S.

i) Skatnar, viri, Id. quod ad sensum multò tenuius est alterò.

k) Sic Uterque, et usus elocutionis, vel hodierne, etiam adstipulatur, etsi quidam Recentiorum Handyrdir et Handvîrdir scribere ament. Attendenda literarum nd et nn inter se permutatio.

l) Húna per minusculam adspirationem, Uterque, tanquam adpellativum foret nomen, quod sonaret Hinnos, pullos, ð: adolescentes, vel etiam Filios.

m) Heördroll, S. improbè et sine sensu.

44) Consule Epilogum prossicuum Ode Ima Gvdraniane.

45) Confer ex Sigurdar-Qvida ultima versum, qui sic incipit: Ná skvle gângâ &amp;c. linea 7.

46) Ita ut adhuc mulieres nostrates in suis acupictilibus adolescent. In hoc et sequenti verse continuatur oratio de hoc genüs artificiis mulieribus, exhortationis gratiâ, et præterea adparet multiloquium femineum.

XV.

- Skip n) SIGMVNDAR 47).  
 Skripo frá landi  
 Gyltar grímor 48)  
 Grafnir stafnar.  
 Byrþo vip á borda  
 o) Þat er þeir bördvz

XV.

- Naves SIGMUNDI 47)  
 Currebant ab litore,  
 Aurata velamenta 48),  
 Sculpta extrema:  
 Insuimus panno pītili  
 [Certamen] quod certarunt

SIGARR

n) Sigmundarr, duplō r, Id. invita Grammaticā.

o) Sic ambo Libri, non þat er bördvz þeir, quod præstaret ratione literarum harmonica-  
rum. Respic ad varietat. e. sub primo Alphabeto hujus Odæ, et var. s. sub eodem.

47) *Volf. saga Cap. XVI. pag. 87* ita hæ memorat: *Gudrún — sat med þéro — ek fló borda yfir (reðliss forté yfir) henni ok skrifadi þar á mörk flórvirki ok sagra leika, er tidið vóro i þann tíma, forð ok byrnior, ok allan kóngen búnad. skip Sigmundar kóruðu, er skrifdu yfir land fram, ok baráttur þær er þeir bördvz Sigmundr ok Siggírr á Froni fadr. Síks var þeirra gaman, ok huggadis Gudrún miket karmi fns; i. e. Gudrúna versata est cum Thora, et apud eam (in ejus gratiam) artificis textoris incubuit, atque ibi scripsit (pinxit) multa præclera facinora, et spectabiles ludos, qui eo tempore erant solennes, gladios et loricas, et omnem regis ipsius adparatum; item naves Sigmundi regis (patris Sigurdii), quibus (olim) terram præterclusus fuerat, atque prælia, quæ Sigmundus et Sigeir commiserant austrum versus, in Fronia (fortasse Fiona, nam in talibus lapsus est facilis, propter literarum r et i non adeh dissimilem picturam). Id earum erat oblectamentum, atque inde Gudrúna multam consolati-  
meni accepit luctus sui. Ceterum hoc. Skip Sigmundar — stafnar, sanc quam poëticum est et elegans, neque multum cedit inscrip-*

tioni Clipei Vulcanii apud principem Poëtra-  
rum Latinorum, imò omnium ex nostra opini-  
one, in VIIIva Æneide,

48) Navium scil. et sine dubio vela ipsa. Arme-  
menta navium olim inaurata fuisse, constare  
potest ex Carmino Hallfredi *Vandrædaskáld*  
nostratis, ubi suam amusiam Kolfinnaq am-  
bulanteon cum navi instructa procedente com-  
parat; verba Ejus: *En þa ek sé þík saga Svarts  
i gvenna flóvmi Sem skravt- bínin skripi Skeld  
med gylltum reida. þíli mér, anter præcesser-  
at in carmine, i. e. videtur mihi. Per reida  
verò apud hunc Poëtam necessariò ferè vela  
intelligenda esse opinamur. Potuerunt quo-  
que trochæ funim olim inaurata fuisse,  
ornatus gratiâ, cui multum studebant prisci  
Septentrionales. Alias Grima in Eddi est  
galeæ vocabulum, quod hoc adplicari posset,  
nisi sermo esset in sequentibus de prora et  
puppi. Denique advertendum, quod Andor  
verbū hic omisit, ornatus gratia, nam fa-  
cile poterat dicere, salvo metrō, *Gyltar váró  
grímor*. Talis ellipsis sèpius occurrit in hac  
Oda. Si hæc referamus ad præcedens ver-  
bum *Skripi*, constructio fuerit oppidu*ligu-  
rata* et elegans.*

SIGARR ok p) SIGGEIRR  
Svþr á Fívi 49).

## XVI.

pá frá GRÍMHILDVR  
Gotnesk 50) kona  
Hvat ek vera hyggiþ 51)  
q) — — — —  
Hon brá borpa  
Ok r) bvri heimti  
Prá-gjarnliga  
Þess at spyria.  
Hverr vildi son 52)  
Systor bæta.  
Epa ver veginn  
Vildi giallda.

SIGAR et SIGGEIR  
*Austrum versus in FIVEO 49).*

## XVI.

Tunc fandò audiit GRIMHILDA  
Gothica 50) mulier,  
Quid ego animò destinassem! 51)  
— — — —  
Ea abjecit velum piñile,  
Et filios arcessivit,  
Obstinatò animò  
Id sciscitatum:  
Qui vellet gnatum [amissum] 52)  
Sorori compensare?  
Aut de viro cæso  
Satisfacere vellet?

## XVII.

p) *Sigeirr*, uno g, Membr., nempe punctulum duplicationis supra ponendum exciderat.

q) Hic videatur una linea deesse, sine qua metrum sibi non constat. Sed iste defectus facile suppleretur, et metro consultur hoc modo: *Hvat ek vera Vinna hyggiþ*, vel *Hyggiþ vinna*, sed prius placet magis. Sensus eodem ferè recidit.

r) *Bári*, S. vitiosus.

49) *Fisi* secundum Philipp. Cluverium in *Geographia sua vocata est provinciæ Scotie meridionalis*. Neque præterea opiniamur verba Sighvati poeta nostratis de Canuto Potente, Danorum rege et Anglorum, qui tum in Anglia residebat: *Hafn all-fremir jefrar Ut fin hafrod Knúti Fard ár Fisi (Fívi) nordan — midio.*

50) Respicte ad *Helecid Brynhildar* vers. VII. lin. 6. cum nota.

51) Licet quoque transferre per: *Qvam animi*

*solicita essem. Hyggilega tēto*, dixit excellens Poëta Eyvindus Skaldasipiller de Bellonis ab Odino missis, ut Haconem Adalsteinii Alumnū ad cædem deligerent, ubi J. Olavius optime vertit: *De vase tankefulde.*

52) Scil. Sigmundum, quem filii Grimhilda trimulum, e consilio Brynhilde, occiderant cum patre Sigurdo; conf. *Volf. sagam* Cap. XV. pag. 85, et *Sigwardar Qvidam ultimam*, ubi hæc sunt verba Brynhilde: *Lætum ion sara Febr i finni.*

## XVII.

Gérr létz GVNNAKR.  
Gvll at biópa  
Sakar at bæta  
Ok íþ sama HAVGNI.

## XVIII.

Hon frettí at því  
Hverr fara vildi.  
53) Vigg at favpla.  
Vagn at beita.  
Hestí ríða.  
Havki fleygia 54).  
Avrom at skíóra 55)  
s) Af ý-boga 56).

## XIX.

VALDARR 57) DAVNOM 58)

s) *Af*, Membri. et *áſ*, S. mendose ambo, et prior quidem sine omni sensu. *Mox y bogas*, divisim, S.

- 53) In sequentibus lineis hujus versus oculis subjicitur non ingratus Ethos garrulitatis muliebris.  
54) Illustris viri prisci, inter eundum, accipitres secum habere conseruerunt, axillis vel brachiis insidentes, oblectamenti et pompe gratia, ut venarentur in itinere, quandocunque liberet.  
55) Itidem ad venationem in transitu, delectationis ergo.  
56) Hanc vocem quod adtinet, consulatur Höfðulauft Egils vers. XVII. verba Ejus: *Gall ybogi At egg-togi. Ubi G. Pauli et G. Magnus adnotarunt quod satis sit.*

## XVII.

*Paratum se ostendit GUNNAR*  
*Aurum offerre*  
*Ad injurias expiandas,*  
*Atque item HÖGNIUS:*

## XVIII.

*Ea id rogavit,*  
*Quis ire vellet*  
, 53) *Equis sellas imponere,*  
*Currum ciere,*  
*Equo vehi,*  
*Accipitrem projicere 54),*  
*Sagittas jaculari 55),*  
*Ex arcu inflexo 56).*

## XIX.

VALDAR 57) apud 58) DANOS

Mep

- 57) *Valdar* Munificus filius Hroaris, filii Haldini II. ex calculo Th. Torſei in Serie sua regiam dignitatem sumuit Ao. Chr. CCCCXCV. atque adeo hic in censum venire prorsum nequit; sed alius *Valdar*, nempe Ivaris Vidfadmi gener, qui regnum Danie ab socero obtinuit, ex auctoritate Periillust. *Submī* in Historia sua Critica Tom. VI. pag. 415 et 427. Iarem autem Vidfadmi regnum adiisse Ao. Chr. DLXXX, et decessisse Ao. Chr. DC. statuit modò laudatus *Torſae* in dicta Serie pag. 237.  
58) Vacat Präpositio *Med* vel *Vid*, non sine exemplo, vel etiam in prosa oratione. *Svavistatis*

Mep t) JARIZLEIFI 59)  
 u) EYMODAR prír 60)  
 Mep x) JARIZSCÁRI  
 Inn-gengo pá  
 Jöfrom líkir 61)  
 y) Láng-barz 62) lípar  
 z) Havfþo lopa 63) ravþa.  
 þ) Skreyttar brynior.  
 Steypta hiálma.

Cum JARISLEVO 59),  
 EYMODI tres 60)  
 Cum JARIZSCARIO,  
 Intrabant postea  
 Ducibus similes 61)  
 Longobardi 62) comites,  
 Utebantur lacernis 63) rubris,  
 Exornatis loricis,  
 Conflatis galeis,

Skál-

- t) *Jarisleifi*, per s in medio, S.      u) *Eimðpar*, per i, Id.  
 x) *Jaris scari*, divisim, Id.      y) *Lángbars*, per s, Id. pravē.  
 z) *Haufþ*, Id. vitiosā.  
 þ) *Skreytar*, per unum s, uterque Libér, suspectum, unde alterum vulgatum et probum  
 reposuius. *Stuttar*, curtis, *Volf. saga*.  
 a) *Ok haufdu*, Et habuerunt, Id. et in linea præced. *Gyrdir*, Id.

tatis poëticæ ergo Auctori nunc visum est  
 Eam nunc excludeat, neque illi refragamur  
 in ea re.

59) Prior pars nominum *Jarizleifr* et *Jarizscárr*  
 (in lin. 4.) ab Perillustri *Sahmio* in margine  
 sui Libri per ferrum exponitur, sanc quam  
 doctè, ut ab eo erat sperandum. Notum  
 est, quod Grec. "Ἄργε ferrum inter alia sig-  
 nificat. Posteriorem partem prioris nominis  
 quod adininet, consule Gloss. Tom. I. Eddæ  
 nostræ sub nomine *Regintlef*. Posterior pars  
 posterioris, nostra quidem opinione, venit  
 ab *At skerá*, secare.

60) Pro his tribus unum, nomine *Eimur*, sub-  
 stituit *Volfsungefaga* Cap. XV. pag. 87. que  
 etiam *Valdimar of Danmörk* exhibet, non au-  
 tem *Valðar*, Jarisscatum penitus suppriens.

61) Amictū sc. quod mulierem potissimum ob-  
 servasse, sanc quam muliebre est. *Volf. saga*  
 verba sunt I. c. heir fóro med öllom herbínadi.

62) Par vénra *Lángbardar* ok pá *Franškir* ok *Sax-  
 ar*, i. e. In eo coetu erant Longobardi, Fran-  
 ci et Saxones. *Volf. saga* pag. 87. Non ta-  
 men tenuis suspicio nobis est, per illud *Lang-  
 bars* in Genit. sing. ipsum Attalum intelligi,  
 qui fortasse barbam promissam gestaverit.  
 Istud *Lípar* hanc nobis opinionem ingressit,  
 nam impropriè satis de Gentili vel Provinci-  
 ali hic adhibutum videti possit; notat autem  
*Lidi* primò socium, et deinde militem. De  
 cetero, quod hunc locum adininet, evolvere  
 ne pigeat perillustr. *Suhmii Historiam Cri-  
 ticam* Tom. VIII. pag. 161.

63) Conf. *Grinnis-mál* in Tomo I. hujus Eddæ.  
 Léha exhibet *Volf. saga*, sine dubio vitiosè.

Skálmom girþir  
Havfþo skarar jarpar 64).

xx.

- a) Hverr vildi mér  
Hnossir velia
- Hnossir velia 65)
- b) Ok hvgat 66) mæla.  
Ef þeir mætti mér  
Margra súta
- Trygdir 67) vinna
- c) Ef ek trúá gerðac.

*Frameis (machæris) cincti*  
*Habuerunt capita fusca 64).*

xx.

*Quisque [eorum] cupiebat mihi*  
*Insignia munera diligere*  
*Insignia munera diligere 65)*  
*Atque ad animum 66) loqui,*  
*Si (ut) possent mihi*  
*Ob multiplices luctus*  
*Sponsiones satisfactionis 67) dare,*  
*Modò credere mihi libitum foret.*

xxi.

Færpi mér GRÍMHILDVR  
Fvll at drecka  
Svalt ok fárlicht.  
Ne ek fakar d) myndak 68).

xxi.

*Tulit mihi GRIMHILDA*  
*Poculum bibere*  
*Algidum et acerbum,*  
*Neque ego injurias recordabar 68):*  
Pat

a) Hunc versum incipit S. per *Skreyttar brynior* & in vers. præced. minus aptæ.

b) *Hvgat mæla*, tantum, Id. haud improbandum.

c) *Ok trúá gerþa*, Et credere &c. Id.

d) Ita Tórfæns in Serie sua Dyn. et Reg. Dan. pag. 138. sed *Munþak*, Membr. *Munda*, S.

64) Hæc omnia ad exornationem, ex adfæctu mulierib[us], posita sunt, neque id sine elegancia.

65) Svisvis repetitio rei jucundæ sānd quam mulieri congrua; uti et supra vers. I. lin. 6 et 7.

66) Mihi sc. Confer tamen *Grípiss-þpá* vers. X. ubi habetur: *Er vīþ hvgat mælam*, et vers. XIV. lin. 2. i hvgas ræða; unde sensus fortet: ex animo o: sincerè, seriò.

67) *Trygdir propriè usurpatum fuit de sponsione inter inimicos vel in jure contendentes;* nunc hic restringitur vox ad satisfactionem ipsam.

68) *Nimirum eo poculo epoto, atque præcedentia epitheta sunt ab ægrimonia animi mulieribus, sānd quam poëticæ.*

Þat var um avkit 69)  
Vrþar magni 70)  
Sva kavldom fæ  
Ok e) sónar dreyra.

*Id erat adauſum 69)*  
*Vi veneficā 70),*  
*Adeò frigidā maris aquā*  
*Atque piaculari crurore.*

## XXII.

f) Vóro i g) horni 71)  
Hverskyns stafir  
Ristnir ok röpnir 72)  
h) Rápa ek ne máttac.  
Lýng-fiskr 73) láng-

## XXII.

*Erant in cornu 71)*  
*Cujuscunque generis characteres*  
*Incisi et rubefacti 72),*  
*Neque ego interpretari poterám.*  
*Ericeus piscis 73) longus*

Landz

e) *Sonar*, S. quod leviter in *Sónar* restituendum putavimus. *Sonar dreyri* autem foret crux filialis, quam lectionem qui tueri voluerit, poterit fortasse cogitare, Grimhildam sanguinem alteri filiorum mitti curasse, et eō potionem beneficam filie dannam miscuisse, cui opinioni non quidem obstinatē refragabimur. Alia ratio est tū *Sonar dreyra* in *Hyndlo-liðdom* vers. XXXIV. lin. 12. var. lect. n. quam respice. *Sónom dreyra*, Membr. et Torfaus, quod hic exponit per, Hostiarum cruce, contra genium sermonis, si vel maxime *Sónum*, per o grave legisset aut cogitasset.

f) Hunc versum totum ignorat S. quemadmodum et praecedentem *Volf. saga*.  
g) p̄t horni, eo cornu, *Volf.* Deinde *Hvorſkins*, per i in posteriore, Ead. improbd.  
h) Hanc lineam male excludit Ead.

69) J. e. mixtum, vel si mavis, corroboratum, conformatum.

70) Hec verbi sunt *Volf. saga* Cap. XVI. pag. 88: *Sá dryckr var blandinus með urdar magni ok fæ, ok dreyra sonar hennar; i. e. Ea pætio mista erat vi vene scíti del, aut herbarum vi (rebus violentibus, transiulis Blörnerus) aquā marina, et sanguine filii ejus, sed qæri potest, de cujus filio sermo sit, Grimhilda en Gudrunæ? ad prins magis inclinatus; consensu sub varietate lectionis. Alteram*

acceptiōnem quod adinet, adipice *Hyndlo-Lið* vers. XXXIV. sub finem, atque ibidem var. n.

71) Sine dubio intrinsecus, nam eos non cognovisse videtur prius quam post epotum poterum.

72) Ita Egillus Skallagrímus in cornu poterio, cui beneficium inesse autumbat, characteres sculptis et sanguine suo rubefecit; vid. ejus Historiam de Cœde Atleyensis.

73) Hec est Eddica engvis appellatio.

Landz i) HADDÍNGIA 74)

Ax óskorit 75)

k) Innleip dýra 76).

*Regionis HADDINGI 74),*

*Arista non excisa 75),*

*Introitus ferarum 76).*

XXIII.

Vóro l) þeim biðri

Bavl mörg saman

Vr 77) allz vípar

Ok m) ákarninn.

*Eran ei potionis*

*Multa mala commixta,*

*Decoctum 77) omne genus ligni*

*Et glans sylvestris,*

n) Vm

i) Ita levī manū emendavimus, nam *Haddingia*, per unum d, exhibent Membr. et Torfus. At *Haddinga*, *Volf. saga*.

k) *Innleidir*, in plurali, Ead.

l) *þeim biðri*, Membr. S. et Torfæus, quam lectionem interpretati sumus, quam proximè potuius ad genium sermonis, referendo eam ad sequentem particulam *saman*. I *þeim biðri*, In ea potionis, *Volf. f.* simplicius et fortè rectius.

m) Ita Membr. et Torf. in gen. masc. num. sing. quod numquam alias nobis vistum; id tamen non impedit, quod minus olim extiterit. Accedit S. vitiosa sua scriptio *Akarninn*. Sed *Akarninn brunni*, glandes ustione in cineres redactæ, *Volf. f.* ubi *Akarn* in neutr. gen. ponuuntur, quemadmodum et in Edda Snortii Tab. XXXVIII. et in Præstatione ejusdem alicubi, adeò ut vox in hoc genere auctoritatē plenam præse habeat.

74) J. e. Danie, vel striatus Jofie, cuius alii cui parti olim præfuisse Haddingum Grami filium putat perillaster. P. E. Suhmius in Historia sua Critica Tom. VII. pag. 126. Et quod sermonem adtinet, *Haddingia* in Gen. sing. a Nominativo *Haddingr* procedere posset, quemadmodum in Nials-saga *Berferkia* in Gen. sing. pro *Berferkiar s. Berferks*, a Nominativo *Berferkr*. Sanè formatio Genitivi *Haddingia* et *Berferkia* ordinariè requirit Nominativum *Haddingi* et *Berferki*, quæ tamen terminatio in his nominibus non ex usu est.

75) *Oskorit* hic variè accipi potest, nimis 1) de aristā integrā cum culmo, in cornu sculp-

ta; 2) de farre non molito, nam verbum *At skera* etiam de mola dicatur; 3) de aristā non in cornu incisa, sed integrā potuī immissa. Sed prima explicatio maximè placet.

76) *Torfæus*: *Sylvas* intelligit, a quo nos in re dubia discedere noluius, tam gravi Auctore, et foret adeò positum ostium pro ipsa domo. Poterit sanè imago sylvæ cornui incisa fuisse qualisque. Confer Nos superius ad *Brynhildar*: *Quidam* Imam s. *Sigydrifol*-mōl a versu, quiincipit: *A fiskildi quæ risñar* &c.

77) Ex originatione explicandum foret *Fructus*, et sine dubio in sequenti *Alls vípar* amplificatio poëtica est.

- n) Vm dögg arins' 78)  
o) Íþrar blótnar 79):  
Svíns-lifvr fópin  
p) Pviat hon sakar deyfpi 80).

*Pluvia foco circumfusa 78)*  
*Intestina animalium immolata 79),*  
*Suillum hepar coctum,*  
*Nam id offensarum sensum hebeta-*  
*vit 80).*

## XXIV.

- En þá gleymdi 81)  
Er q) getit hayfþom 82)

## XXIV.

- Tum verò oblita sum 81),*  
*Postquam obtinueramus 82),*

83) Avyll

- n) Um davgg, divisim, Membr. et S. perperam, sed conjunctim Ceteri.  
o) Yþrar; per y, S. neoterica scriptura. Idar, Vols. s. mendasè.  
p) Þófus sakar etc. Idem Lib. Mox *Deifili*, per i in priore, S. contra verbi originem.  
q) Götib, Membr. obscurè, val si ð pro e positum fuerit.

- 78) I. e. Fuligo; Torfæus cineres vult intelligi.  
79) Blotnar, per o tenye legunt Torfæus et Björner, et vertunt lineam: Animalium viscribus aquâ emolitius (libus liquore molitis); Sed dubitari sanc potest, an Blotinn hoc sensu in Lingua nostra unquam exstiterit, aut analogicè existere possit; blotnadr omnes norunt. Unde ad necessariò alteram lectio nem per o grave pretulimus, quæ tam rei quam Sermonis respectu multum præstare vi sa est. Immolata verò figuratè dictum est pro immolatorum (animalium). Simul advertendum, vocibulum Íþær in gen. fæm. oppidò rarum; per metrum facilè dicere poterat Íþr blotin in gen. neutr. quod tralatium est.
- 80) Nun es vi insit hepatis suillo, dispiciant Physici et Medici.

- 81) Ita leviter mutsvimus, necessitate adacti; nam *Gleymdo* in plur. obliiti sunt, exhibet S. et *Gleymþ* itidem in plur. Membr., eujs tamen scriptio non omnino sincera est in ultima litera. Numerus ille pluralis si admittat-

tur, sensus fuerit, sanè quam jejunè et co acte: Tunc verò obliiti sunt (sc. reges et reginae, qui in praesenti negotio Attalo regi ade ranc) Id. cuius mentionem [antea] fecerant (nimirum, ut mihi, Gudruna, sacrificer de cæde marci mei Sigurdi et filii Sigundi). *Hauſd* in zia plur. uterque Liber exhibent, sicuti modo *Gleyndv*, quod nos levi manu per *Hauſdom* restitu' us, et in versione expressimus, licet ut opinamur; nam de se solo in plurali loqui, apud Veteres tralatium est, inòd et interdum apud Recentiores. Quod verò si quis istud *Hauſdo* retinere voluerit pertinaciter, sensus fuerit: Postquam [mihi] præbuerant [potione], de qua explicacione confer Gloss. Tomi I. Eddæ nostræ in verbo *Eik get*, pag. 521 Col. 1 num. 6. Arne Grimhilda sola eam præbuit. Sed in tali re magis invioliosus est plurali numero uti, quam singulari.

82) Sc. potionem a Grimhilda oblatam.

- 83) Avll jöfvr̄s 84)  
 r) Jör biúg 85) f sal.  
 Qvámo konúngar  
 Fyr kné 86) þrennir

- 83) Omnia juramenta 84)  
*Incurva* 85) in regis palatio:  
*Accesserunt reges*  
*Ad 86) genua [mihi] trini (tres),*

Apr

r) Ita Membr. divisim, uti et S. qui tamen *Beaug*, pro *biág*, exhibet, quod, observato Ejus scribendi more, per *Biög* enunciori deberet. Uteunque sit, locus hic (i. e. hæ quatuor priores lineaæ) est unus ex obscurissimis, tam re quam verbis, et tantum non desperatus ad interpretandum.

83) Ordo verborum prosaicus harum linearum fierit, qui etiam in versione nostra qualitercunque exprimitur: *Avll jör, biág i jöfvr̄s sal.* *Jöfvr̄* autem hic de *Halfo s.* *Alfo* rege accipendum est; vix enim de *Sigurdo*, quasi regina loquatur de juratis promissis hinc datis, nulli viro præter eum nupturam se fore; cujus tamen juramento in Historia Sigurdi et Guðrunæ nusquam fit mentio.

84) De hoc loco conlammata necessariò consulimus Virum harum rerum, ut plurium, scientissimum, I. Olavij Hypnones, aque ille pro sua solertia eum nodum sic extricavit, ut pro *Jör*, vel forte *Jör* (nam Libri antiqui amant o pro ð) legendum statuerit *Vör*, quod in Lingua prisci juramenti significare adseruit. Sanè huc congruit locus Eddæ Snorriæ Fab. XXX. quem adscribere non piget: *Niunda (Afnia heitir) Vár. hon hlydir á eyða manna ok einkamál er veita fín i milli konor ok karfar, því heito þau mál *Vavar*, høy hefnir oc þeim er brigða; I. e. Non (dea Asiatica appellatur) *Vára*; ea adtendit jura- menta hominum, et foedera, que dant inter se feminæ et masculi. Unde adē illa foeda- ra nuncupantur *Vavar* (an *Vára*)? Illa etiam puniri eos, qui ea violent. Hic etiam com- modè adulterinus ex *Helga*-*Qvida* *Haddingi- skata* in prosa sexta: þau *Helgi* ok *Swava* veit- tz varar; item ex *þrýmni*-*Qvida* sive *Hamart-**

*heimtr*, vers. XXX, lin. 6 et 7; *Vigit ockr sa- man varar hendi*. Juramenta vero reginæ (*Gudrunæ*) hic fortasse significant es, que dederit, nulli viroruñ præter *Sigurdum* nu- bere velle, aut forte se nunquam in gratiam esse reddituram cum fratribus, propter cædem *Sigurdi* et filii *Sigmundi* ab iis commissam. Denique vocabulum *Jör* aut *Jér* saud quans in usu insolens est, sed ei tamen favet ety- mologia et convenientia cum Lat. *Juro*, adeò ut nihil opus sit istud supra adlatum *Vör* pro eo substituere. Quod autem ad sensum harum duarum linearum adtinet in connexione ad supra explicatas Librorum lectiones *Glym- do* et *Harvðo* (not. 81), is utcumque foret talis verbo tenus: Onnes regis terram versus incurvi (moestii) in palatio. Atqui incertum est, unde illa moestitia regibus et reginis venerit.

85) I. e. Moesta, tristis, anxis, sollicita, vel ab- jaucta mariti et filii, vel etiam ab nuper epo- ta potione, vel denique ab nova conditione nuptiarum oblate.

86) Istud *Vor kné* adiudicatum svavæ est, nostro quidem animo. Consule *Fjólfvins - Msl* in Tom. I. Vers. XXXVIII. lin 3 cum n. 47. item Gloss. ejusd. Tomi sub vocabulo *Knē*. Sanè hic videri possit per istam dictiōnem in- dicari supplex regum petitiō. Conf. sanè verba *Flosii Thordarsonii* in *Njals-fuga Cap-* CXXXIV.

Apr hon s) siálfá mik  
Sótti at málí 87).

xxv.

- 88) Géf ek þér GVERÚN  
Gvll at piggia 89)  
Fiöld allz fiár  
At pinn favþr davþan.  
Hringa ravþa 90).  
HLAVþVES 91) sali.  
92) Ár- sal allan

*Antequam ea me ipsam  
Adgressa est sermone 87).*

xxv.

- 88) *Do tibi GUDRUNA!*  
*Aurum accipere (habere 89),*  
*Copiam omnimodæ pecuniae,*  
*Post tuum patrem defunctum,*  
*Annulos rutilos 90),*  
*HLÖDVERIS (Ludovici) 91) palatia,*  
92) *Aulae (aulæ) universa*

At

s) Nobis magis placaret Siálf, ipsa, nempe Grimhilda, scilicet cum reges nihil apud Gudrunam profecissent, ad persuadendas ei nuptias cum Attalo.

- CXXXIV. in fine, pag. 212: *Mun ná þat sunnas sem ek sagda ydr, at ver mundim fyrir Mör-gym kus gánga verda, collata Versione lat., pag. 467 et var. s. ibid.*  
87) Tralatitium est in sermone nostrarium antiquo *At koma at málí vid inn;* sed hoc, *At sekja cina at málí;* Eddæ nostræ proprium arbitramur, perrarum utique, atque altera dictio significantius. Verbum *At sekja* vaste significatio[n]is est, evolendum in Glossa. *Njalsaga.*

- 88) Hac loquitur ex persona Grimhilda matris.  
89) Istud *At piggia* svasi pleonasmus est, conferendum cum hoc in *Hyndlo - Liðdóra* vers. II. *Gaf hann — — Sigmundi Sverd at piggia;* cum annotatione 5.  
90) Vide in hoc garrrilitatem muliebrein, ubi de svavi re sermo est. Præcedentia autem sic effert *Vols. saga. Cap. XII. pag. 88.* *Þá mælti Grimhildur er hon fann Gudrún; vel verdi þér döttir, ek géf þer gull ok alskonar gripi at piggia eptir þinnu sedr, dyrlega hringa;* i. e.

Tunc loquuta est Grimhilda, cum Gudrunam conveniebat: *Benð sit tibi, mea gnata!* do te aurum et omnis generis res preciosas accipere e facultatibus a patre tuo reliquis, (et) decoros annulos &c.

- 91) Hujus mentionem nullam facit *Vols. saga;* sed sine dubio palatia ista vel ab Gjukio, vel ab Attalo antea occupata fuerant.  
92) *Arfalt* vox est notionis oppido ambigua, occurrat sute[m] in *Eyrkyliga-saga* ab ill. Gr. Thorkelino edita, ed id quidem non uno tantum loco, ubi Editor nihil adulit ad illustrationem hujus vocis, qua sand una est ex obscurissimis in Lingua nostra, propter originationem ignotam. Alter tamen nostrum, G. Magnus, aliquando autumavit vocabulum istud notare tegmen leđi pensile, quasi sit ab Arcus et Coelum, Belg. *Arck-hemel.* Caducum, s: tegmen, quod in pompa solenni velat, et ab s[an]ctis injuriz defendit Monarchas, veluti cum Eucharistia circumfuerunt. Ceterum non prætereundum est. *Artisellum,* obscu-

At jöfor fallinn 93).

## XXVI.

Hínskar meyiar 94)  
Þær er hlápa 95) spíoldom  
Ok göra gyll 96) fagvrt  
Sva at þér gaman picki 97),  
Ein skaltv rápa  
Avþi 98) Bvþla  
Gylli gavfgvp 99)  
Ok gefin ATLA,

*Post regem cæsum 93).*

## XXVI.

Hunnicas puellas 94),  
*Quæ insternunt 95) pietis tapetiolis*  
*Et conficiunt aurum 96) fulgidum,*  
*Ita ut tu [id] delectamento habeas 97):*  
*Tu sola potiaris faxo*  
*Gaza 98) BUDLII*  
*Aurô cohonestata 99)*  
*Et data ATLIO.*

## XXVII.

t) Vilc eigi ek

t) Vil, S. vulgatus.

obscurum vocabulum, apud Petronium Cap. LXXV. ex Editione Burmanni, de mulierib[us] instrumento, sed nescimus quo; ubi quidam Critici maluere Arcisellum, et per Sellam vel Solum arcutum exposnere. Potuerit inde vox dilatata esse ad omnia triclinii peristro- mata.

93) Gjukiumne an Sigurdum.

94) Völf, saga Björneri ita habet statim post dyr- lega hrinda (supra n. 90); Ok ársal Hínskar. (Corr. Hínskar) meyia þeirra, er kurteifsaðr eru, þá er þér bettr þínun madr; i. e. Et lectisteria Hunnicarum virginum speciosissi- ma; sic enim dannum amissi mariti sufficienter se resarcivisse confidebat. Hæc est Björ- nerii lectio et versio, utraque sanc[ta] parvi pre- tii, quod non mirum est de homine Sveco, ubi de nostra Lingua intelligenda agebatur. Legere debuerat aut Hínskar meyia, quod ver- sio Eius sequitur; aut Hínskar meyiar þeirra tr &c. Hunnicas virgines, ex iis, quæ sunt

## XXVIII.

Nolo [sanè] ego

Mep

lepidissimæ. Talia exterorum admirantur om- nes, sed nostra adsperrantur.

95) I. e. Operantur pannos sive sericos, sive quoscunque alios, ad adem sternendam et exornandam. Spiald propriæ et primariæ Ta- bella est, hic autem restringitur ad formam, in qua mulieres acupibile suum extendere so- lent, atque hic iterum diducitur ad totius adspistroam.

96) Revara hæc pertinent ad antecedens Hlæpa spíoldom per figuram Hendiadyn, ut nihil aliud sit, quam Hlæpa spíold gulli, vel Hlæpa gull à spíoldom.

97) Utique hæc svaviter ex affectu muliebri dicta sunt.

98) Niuria in hisce est exaggeratio pollicitantis.

99) Gylli gavfgvp, niurium quam splendidum et svave, quæcum conf. Hyndlo-Liðd Auctoris nostri vers. XII. lin. 1 et 2, et in hac ipsa Oda vers. I. lin. 6 et 7.

Mep veri gánga 100)

Ne BRYNHILDAR

Brópr eiga 101).

Samir eigi mér

Vip son BvþLA

Ætt at auka

u) Ne una lifi 102).

XXVIII.

a) Hirpa pú havldom 103)

Heiptir gialda

g) Því at 104) vér havfom

Valdit fyrri.

*Cum [ullo] viro consortium inire 100),*

*Neque BRYNHILDAE*

*Fratrem maritum habere:*

*Dedecet me*

*Cum filio BUDLII*

*Familiam amplificare,*

*Aut vitæ [meæ] adquiescere 102).*

XXVIII.

*Noli tu viris 103)*

*Iras retribuere*

*Propterea quod 104) a nobis*

*Res prius orta sit:*

Sva

u) Ok una &c. Et vite &c. Id. quod procedere potest.

x) Hyrda, per y, Id. fortasse non improbandum; saltem originatio videtur pro eo stare, sed usus Veterum obstat.

y) Ita nobis placuit disjunctim edere, pro þvſat, quod conjunctim exhibent Membr. et S. Nostra verò leſtio idem sónat, ac Fyri þvſ ar, vel Af þvſ ar, quod in versione expressum est. Altera Librorum valet nam, et in re ipsa peccat. Simplicissimum foret þvſat, tametsi, legere.

100) Honesta phrasis At gánga med elnom pro alii cui nubere. *Svarðela-Saga* de nuptiis Skíði et Yngvildæ Pulchrigene: *Þeir vekja þetta mál vid Yngvildi hvært hon vill gánga med Skíða;* i. e. Illi (Liordofni Pontifex et suus dispensator Skíðius) de hac re compellant Yngvildam, an velit ambulare cum Skíðio (ð: cum eo nuptias inire)? Ita et *Samgánger* et *Samfarir* hióna apud Priscos tralatitium est. Ceterum regina simpliciter negat, se nuptias inire velle, deinde specialiter refert negationem ad connubium cum Attalo.

101) Scil. quod Brynhilda auctor necis fuerat mariti Sigurdi et filii Sigmundi; ergo, ut cre-

dere plausibile est, odium concepit regina in fratrem Erynhilda, quantumvis innocentem in ea re.

102) In his duabus lineis svavis continetur coniugii descriptio poetica.

103) Hic versus integer est ex persona Grimphilæ reginæ.

104) Vel tanquam, quasi res a nobis orta sit: nimurum Sigurdi nec ab ipsa regina Grimhilda, per oblatam illi potionem oblivionis, quapropter ille fidem sponsæ sua Brynhilda datam violavit; consule *Wolf*,  *sagam Cap. XXXV.* pag. 65 et 66 ab initio.

Sva skaltv láta  
Sem peir lifi bápir  
SIGVRPR ok SIGMVNDR 105)  
Ef pú sono fápir.

*Ita animum inducas,  
Quasi vivant ambo  
SIGURDUS et SIGMUNDUS 105),  
Si tu filios progeneras.*

## XXIX.

106) Máka ek GRÍMHILDVR  
Glavmi bella 107)  
Ne víg-risins 108)  
Vánir telia.  
Síz SIGVRPAR  
2) Sárla 109) drvcko  
Hraæ-gífr þ) hvginn 110)  
Hiart-blóp saman.

## XXIX.

106) *Nequeo, GRIMHILDA!*  
*Hilaritate potiri (frui) 107),*  
*Neque rei bellicæ gloriæ eminentis 108)*  
*Recuperanda spem fovere,*  
*Postquam SIGURDI*  
*Acerbè (avidè) 109) potarunt*  
*Carnivora monstra, corvus 110),*  
*Cordis sanguinem simul.*

## XXX.

Pann hefi ek allra'  
Ætt-gavfgastan

## XXX.

*Iustum ego omnium*  
[Stemmata]. *generosissimum*

## Fylki

- a) *Sárla*, S. monstrum vocabuli, ex errore scriba sine dubio. Forte in ejus exscripto fuerat *Sárlaug*, vulnerum liquorem, vel etiam *Sárlau*, pro *Sárla*, legendum fuerit, eodem sensu. *Lá* in Edda Suorr. est maris vocabulum, cogutatum, ut autunamus, precedentia.
- b) *Forid, ok huginn*, et *corvus*; nihil tamen mutare voluimus, nam alterum potest esse figura Asyndeton, alias in hac Oda obvia. *Hugin*, uno n., S. quod est neutr. plurale, et sonat: *cordata*, provida; lectio haud sanè adsperrnanda.

105) Sane quam callidi regina filiæ promittit hæc in prole ex Attalo speranda.

ritò hoc epitheton ad tantum herœm adpli-  
catur. Adspice *Risni* et *Vigrisni* in Gloss.  
Tom. I. hujus Eddæ.

106) Hinc Gudruna regina loquitur e sua ipsius persona.

109) Acerbè ad animum regina Gudrunæ; Avidè verò adposité ad rem ipsam; et ita Dani ad-  
plicant voculam *Sætre*.

107) Respic ad Gloss. Tom. I. sub verbo *Ekbelli*, atque ibi adnotata a G. Magno et G. Pauli.

110) Respic varietates lectionem sub lit. þ.

108) Sigurdi nimirum, et sane quam aptè et me-

Fylki fvndit  
Ok framarst  $\alpha$ ) necqvi 111).  
112) Haní skalv eiga  
Vnz Þik aldr  $\alpha$ ) viþr 113),  
Ver-lavs vera 114)  
Nema þú yilir pennu.

*Regem inveni  
Et quibusdam rebus præstantissi-  
mum 111):*  
112) *Eum faxo obtineas [virum]  
Usque dum ætas te vincat 113),  
Mariti expers (sis) 117)  
Nisi hunc velis.*

## XXXI.

b) Hirþa þú bióþa  
Bavlvu fvllar  
Prá-giarnliga  
Þær kindir 115) mér.

*Nolis offerre (obtrudere)  
Malis repletum  
Obstinata lubidine  
Id genus 115) mihi:*

Han

- $\alpha$ ) Necqvi, ambo Libti, qui est Ablativus Pronominis antiqui *Necver*, aliquis, quidam, et hic in Adverbium transit; conf. J. Olavium in Gloss. sua Diatrib. voce *Hue*, *hvi*.  
 $\alpha$ ) Ita nobis restituere visum est pro insolenti lectione in verbo *Viphär*, quod uterque Liber exhibet, et habere deberet eundem sensum. Non tamen omnino negamus eam flexionem verbi utcunque ex analogia defendi posse, nam aliund prorsus nequit.  
b) *Hyrlpa*, per  $\gamma$ , S. ut prius var. X. ad vers. XXVIII.

111) Langvere videtur oratio ob voculam istam *Necvi*, que per se non nihil, atque adeò parvum significat; unde non tenuis suspicio nobis est, Poëtam ab initio dixisse: *Framarþ miklo*, multò præst, si non — *þeo*, ad omnia præst.

112) Dubium non est, qnín haec quatuor linea ultima tribuenda sint personæ Grimhildæ regiae. De quaeru prioribus ambigui potest, teneat an filie sint adscribenda. Nos in re dubia ad prius inclinamus opinione nostra, ut adeò Grimhilda hic de Attaulo loquatur,

non Gudruna de Sigurdo suo. Conf. notam proximè precedentem.

113) Ornate pro Quandiu vivis.

114) Communitio juvencula mulieri ingrata, saltem ex opinione Grimhilde.

115) Gudruna, cuius persona in hoc et sequenti loquitur, hic adhibet pluralem, amplificationis et invidiæ ergo; cum tamen solum Attalum regem sine dubio intelligat. Alfa-kind est in carminibus Hallmundi Saxicole obvium est in *Grettis-saga* de necce ejusdem Hallmundi, inquit et *Kind*, *Kynd* in Eddæ nostræ Tom.

Han myn c) GUNNAR.

Grandi beita 116)

Ok or HAVGNA

Hiarta flita.

*Ille GUNNARI*

*Cladem intendet (inferet) 116)*

*Atque HÖGNIO*

*Cor excerptet.*

XXXII.

Mvnçap ek d) léッta

Ápr lífs - hvatan

Egg-leiks e) hvötvd 117).

Aldri f) nemik g),

XXXII.

*Ego non cessabo*

*Priusquam vegeto*

*Acierum ludi exasperatori incen-*  
*ti 117)*

*Æstatem demam.*

XXXIII.

Grátandi GRIMHILDVR

Greip vid ordi

Er bvrom sñom

XXXIII.

*Lacrymans GRIMHILDA*

*Verbum id arripuit,*

*Quod filiis suis*

Baviva

c) *Gvnnhar*, Membr. adspiratione inutiliter inflata.

d) Ita posuimus, necessitate et ratione adducti, nam in S. est *Lertia*, quod sonat Retar-dabo, alias scil. Sed in Membr. *Lertia*, quod nihil valet.

e) *Hvarann*, ac. iudic acrem, S. que lectio nec est improbanda.

f) *Nemik*, ambo Libri, Imperfecto Subjunctivi, pro quo alterum, ut aptius, substi-tuimus.

g) Haec quatuor linea unum sibi versum constituant in S. neque planè abjudit Membr;

Tom. I. et quidem Oda *Hyndlo-Liðdom* vers.  
XXX. lin. 6 et XXXIII. lin. 4. Evolvendum  
est Glossarium istius Tomi, itidem ut J. Ola-vii, magni Philologi, Glossarium sive Dia-tribes.

116) Nimirum tenuiter et universaliter hic de nece  
Gunnaræ regina vates hic loquitur, sed tantò  
pleniùs et significantius in sequ. de nece Högnio.

nii fratriss ejus, quod etiam vaticinum illius  
res ipsa eventu comprobavit. Vide Prolo-gum prossimum Odiniæ *Gvnnars-Slagr*, sub  
Titulo *Dvðp Niðunga*, et utramque Odam ra-gis Attali paullò inferius.

117) Attalo regi nimirum, quod etiam promis-sum regina fideliter explevit; respice Odas  
Attalinas.

Baviva h) vætti 118)  
Ok magvym 119) finom  
Meina stórra.

## XXXIV.

Lönd géf ek enn pé  
i) Lýda finni 120)  
VINBIÖRG, VALBIÖRG 121)  
Ef þú vill piggia.  
k) Eigdy vñ aldr þat  
Ok l) vni 122) döttir.

*Mala exspectanda declaraverat 118),  
Atque cognatis 119) suis  
Noxas ingentes.*

## XXXIV.

*Terras porrò do tibi,  
Populorum comitatum 120),  
VINBIÖRG, VALBIÖRG 121).  
Si vis accipere,  
Ea per ætatem tene  
Et aquiesce 122) filia!*

## XXXV.

- h) *Vætti*, S. lessio nullius pretii hoc loco, etsi verbum at *væla*, curare, administrare rem hoc vel illo modo, per se probum sit.  
i) *Lida*, per i grave, S. non prorsus damnandum. Ita enim *Lid*, an *lid*, pro *Liðd*, carmen, inventitur apud Priscos.  
k) *Eig þú*, divisim, S. paulið durius alterð, saltem hoc loco.  
l) *Unn*, ama, S. sc. vel dona ipsa, vel Attalum, vel me. Mox *Dóttor* in Dandi casu h. l. perperam, Id.

118) Sc. Guðruna eorum soror. *Vætti* sanc quam elegans est in hoc sensu, item ut illud alterum simplicius *Vænti*, quod legere est in *Hárdar Saga* et *Holmverja* his verbis: *Ek vænti þer settinni, en heiti eigi*, i.e. Do tibi spem reconciliationis, at non (in totum) spondeo. Aliter tamen hunc locum accipere licuerit, et quidem simplicius, quod seruonem adtinet, hoc modo: Quoniam filii suis mala sperabat &c.

119) Pleonasmus et repetitio sanc quam mulierbris et familiaris auctori nostro, neque id sine gratia.

120) In his duabus lineis est figura Hendiadys, rei augendae gratia, pro simplici *Lönd* ok *lypi* vel *Fólk-lönd*. Incertum autem est, num ser-

mo hic sit de terris Attali regis, an potius de terris a Sigurdo reliquis, quas probabiliter occupaverant ejus, occidores et eorum mater Grimhilda; ad hanc posteriorem opinionem magis inclinamus.

121) Hæc nomina propria ad verbum ex nostro sermone expōimus per petras (an arces?) vineri, petras (arcos) stragis; unde fortasse concludere potuerint Geographi, ubi hæc ignota loca sita fuerint. *Berg*, Lat. *Berga*, in plusculis urbium nominibus apud Germanos, usitatus est, ex gr. *Amberg*, *Heidelberg* &c.

122) *Uni* pro *Un*, ornata, quemadmodum *Vaki* þú, pro *Vak* þú l. *vakna* þú, smp̄ in vetustis monumentis, e. gr. in *Gróngaldri* hujus Eddæ vers. I. *Vaki* þú *grá*, *Vaki* þú *göþ* *kona*;

## XXXV.

Pann mvn ek kiófa  
 Af konóngom  
 Ok pó af niþiom 123)  
 Navpig hafa.  
 Verþr eigi mér.  
 Verr at yndi  
 Ne bavl bræpra 124)  
 At bura fkióli.

## XXXV.

*Eum quidem eligam*  
*De regibus [maritum],*  
*Et tamen, cognatorum auspiciis 123),*  
*Invita obtinebo;*  
*Non [autem] existet mihi*  
*Maritus delicio,*  
*Neque fratrum clades 124)*  
*Filiali præsidio.*

## XXXVI.

125) Senn var á hefti  
 Hyvrr drengr litinn.  
 En vif Valnesk 126)

## XXXVI.

125) *Statim in equo*  
*Vir quisque conspectus erat,*  
*Feminæ autem Gallicæ 126)*

Hafit

kona; et in Grotto-saung: *Vaki þá Freþi*,  
 bis numerō; uti et in Egilsaga de cæde Bardi  
 Atyleyensis: *Gangi þá eptir heim* (quod ta-  
 men exemplum fortasse non nihil claudicat),  
 atque in Nialsaga, satis sincerè, Cap. XC.  
 pag. 137, verba Erici Comitis ad Karium:  
*Sagi heim (Njálsöfnum)*, pro *Sag* þá.

123) Per Niþia intelligit matrem ac fratres, qui  
 eam pro Attalo rege ambiebant.

124) De qua antea vaticinata est, vers. XXXI.  
 lin. 5 et seqq. *Bura fkióli* quod adinet, re-  
 spice ad vers. XXVIII. lin. 5 usque ad finem.

125) In hoc et sequenti versu regnat polylogia  
 mulieris, non sànd illepla.

126) *Valnesk*, pro *Völfk*, sicut supra *Grímhil-*  
*hildv* *Gotnefk kona*, pro *Gantfk kona*, vers.  
 XVI, lin. 1 et 2. 'Atqui ha mulieres sine  
 dubio erant Germanæ, unde notatu dignum  
 et advertendum est, quod auctor iis tale no-

men gentilitium vel patronymicum adtribuit.  
 Phil. Cluverius in Geographis sua vetera sub  
 Celtaurum nomine comprehendit Hispanos, Gallos et partim Germanos, quib[us] Celtaurum  
 primaria et propria sedes fuit sine dubio in  
 Gallia. Fortassis autem quidam eorum inter  
 emigrandum resederint in Germania. Consule  
 sane modò laudatum Geographum Lib.  
 II. Cap. XIII. pag. 122 et 123, ubi de in-  
 colis Gallie s. Celtis loquitur: In Germani-  
 a, ait, autem alii (Gallorum s. Celtaurum)  
 inventi, ingentem tractum a Rheno ad Vistu-  
 lm usque fonteis obsserunt. Jam vero non  
 insolens est priscis Poëtis totam regionem I.,  
 rotum populum ab una parte terra l. ab una  
 natione denominare, quemadmodum prædicti  
 pro omnibus Norvegiis, uti et Ravorum, item  
 quoque Jötar, pro universo populo Danico,  
 positi inveniuntur.

Hafit 127) i m) vagna.

Vér siö daga

Svalt land 128) riþom.

En aþra siö

Vnnir n) kníþom 129 a).

Enn ina þriþio siö 129 b)

Þvrt 130) land stigom.

XXXVII.

o) Par hlip· verþir

p) Hárrar borgar

Grind vpp lvko

Ápr i garþ riþom,

*Sublatæ 127) in currus:*

*Nos septem dies*

*Frigidam terram 128) pervefti sumus.*

*At alios septem*

*Undas fleximus 129 a)*

*Septem verò tertios 129 b)*

*Aridam 130) tellurem permeavimus.*

XXXVIII.

*Ibi custodes portarum*

*Celsæ urbis (arcis)*

*Forem recluserunt,*

*Antequam in aream [palatii] equis*

*penetraremus.*

XXXIX.

m) Vânga, Id. ex erronea literarum transpositione, quæ et alibi in similibus evenit.

n) Kníþom, uterque Liber, per i, cum tamen fortè existant, qui uallent Knáhom, vel Knydom, per y. At propiore lectione stat Hamri kníþi in Hymis-quida vers. XXIII. lin. 5 sequ.; confer Gloss. Tom. I. Eddie nostra sub hoc verbo.

o) Has quatuor lineas uno versu separato comprehendit S. quod et ferè necessarium videotur, nisi ex subtexantur versui precedenti.

p) Hárrar, per unum r in medio, Uterque, quod seðni non curavimus, nam usus contrâ stat.

127) Author facilè dicere poterat Hafin, vulgate, sed alteram terminationem magis ornata putavit. Conf. vers. XII. lin. 2. var. e.

128) Viam montanam fortasse.

129 a) Ita de Angvo Midgardensi famoso Völuspá in versu, qui incipit Hrymr ekr austan: Ormr knyrunnir, per y, secundum lectionem utriusque nostri Codicis eo loco; interea confer varietatem lectionis.

129 b) Verba Gudrunæ in Völunga-saga de hoc

itinere: Peir — föru siðra daga, á heftum, en adra siðra á skipum, ok ina þridiu siðra enn landveg. Ubi observandum est, quod at farsa landveg in hoc loco ponitur pro non admordum evidente dictione apud Nostrum et siða þvert land.

130) Þurr epitheton telluris perpetuum, de quo consulere ne pigeat J. Olavium in Gloss. Distrib. sue sub voce Fjörd. Þurflendi, terra arida l. siccæ, in Bibliis nostris notum est.

## XXXVIII.

- 131) Vakti mik ATLI.  
 En ek vera póttvmz 132)  
 Fvll illz hvgar 133)  
 At frændr davpa 134).  
 135) Sva mik nýliga  
 Nornir vekia  
 Vil-finnis spá 136)  
 Vildi at ek répa.

## XXXVIII.

- 131) *Somno me excitavit ATTALUS*  
*Videbar autem mihi esse 132)*  
*Plena ægritudine animi 133).*  
*Post (ob) consanguineos mortuos 134):*  
 135) *Sic me modò*  
*Parcæ de somno suscitant;*  
*Animo grata (benevolâ) vaticinatio-*  
*ne 136)*  
*Vellem ego potiri.*

## XXXIX.

- g) Hvgda ek þík Gydrún  
 Giúka - dóttir  
 137) Læ-blöndnom \*) hiðr  
 Leggia mik í gögnom,

## XXXIX.

- Existimavi te, GUDRUNA*  
*GJUKI filia!*  
 137) *Fraudulento (pestifero) gladiō*  
*Transfigere me.*

## XL.

- g) *Hic versus quatuor solum lineis constat in S. a quo non recedimus, propter circumstantias rei ante et post.*  
 \*) *Hcorr, S.; malè illud duplum r, nam Hjörr revera est nominandi casus; neque multò meliùs illud o pro û.*

- 131) Non possumus pro certo determinare, num hic aliqua sit lacuna de iis, que ad pomparam suppeliam regis Attalii et Gudrunæ spectant; magis tamen eò inclinamus, ut putes, nos hic nullam esse lacunam; noscimus enim singularem Auctoris brevitatem, ubi ei libet brevi esse.  
 132) In somnis fortasse, quasi de cœde fratrum somniaverit, nondum enim csesi videntur esse, cum Attalus recitatet somnia modò subsequentia. Conf. *Wolf. sagam Cap. XVII. et Cap. XVI. sub finem*, unde adparet, ea somnia non multo post oblatæ esse post nuptias regis cum Gudruna.

- 133) Consule, quod hanc dictiōnem adtinet, supra de Högnio vers. IX. lin. a et 3: *Sinni eino Trasþr góðs hogar.*  
 134) Conf. paulo ante notam sub n. 132.  
 135) Haec narrat ex persona regis, Sva mik &c. sic, ut in sequentibus àperiam, ait.  
 136) Nempe abs te, vel tua. Et illud Reþa in lin. sequ. potest simpliciter verbi, Obtinere; sicut *At byra gæfo*, bona fortuna uti, vel bonam fortunam adipisci, et *Styra illo veþri*, mala tempestate uti, malam tempestatem nancisci.  
 137) De Læ pro sangvine sumto consulendus J. Olausius in Gloss. Distrib. soz, sub voce *Læ*.

XL.

Þat er fvr eldi  
 Er járn *r*) dreyma 138).  
 Fvr dvl ok *s*) vil  
 Drósar reipi 139).  
 Mvn ek pik viþ bólvi  
 Brenna 140) gánga  
 Líkna ok lækna  
 Þótt mér leipr fér 141).

XL.

Hvgda ek hér í túni  
 Teina fallna

XL.

*Ignem portendit,*  
*Cum ferra in somno adparent 138),*  
*Fastum et voluptatem*  
*Mulieris ira 139):*  
*Ego tibi adversus malum (morbum)*  
*Cauterium 140) adplicabo,*  
*Leniam [id] et medebor,*  
*Etsi mihi invisis sies 141).*

XLI.

*Existimavi hic in horto*  
*Stolones decidisse,*

Pá

*r*) Ita Uterque, nisi S. per i vitiosè effert.

*s*) *Vil*, per f grave, Id. quod notat querimoniam super sua conditione, et hinc alienum est.

138) In ambiguo est, num *Járn* sit Accusandi causus, et subaudiendum sit *Menn*, mutatis mutandis in versione, quo acceptio non nimium placet; an vero potius *Járn* sit Nominativus plur. quod magis gratum et rarum, conferendum cum hoc Thorlevi Sagacis (*Spaka*) de Hallfredo *Vandræðafáld* in hujus Historia Membr. Opt. *Só madr dreymir mik jafnan*. Is homo usque mihi in somnis adparet. De vafritie autem hujus interpretationi consule infra not. 157.

139) Vols. saga *Drósar reipi* et *Vil* ignorat, et praestat tantum: *Dul þessi*, er þó ætar þik óllum frenuri; ante autem *Dul* supendum est *Fyri*, et sensus fuerit: Somnium portendit cum fastum tuum, quo te omnibus præstariorem esse existimas. Björnerus in sua ver-

sione vocum *Dul* þessi, et in connexu earum cum proximè sequentibus, turpiter hallucinatur, quo talis est: Secretò habendum haec visionem, siquidem nullis præstantior vellet haberet. *Vil* in priori lin. quod adtinet, evolvi potest Gloss. Tom. I. hujus Eddæ, item ut *Dyl*.

140) Usum ignis ad medicinam exteriorem Veteres frequentasse notum est.

141) De animi aversatione Gudrunæ ab Atalo marito suo ita Vols. saga, Cap. XLI. in fine: *Aldrei gjördi hugr hennar vid honom hlaða, ok med lítili blíða var þvírr samvifa*, i. e. Nunquam animus reginæ erga eum risit, et cum tenui benevolentia erat eorum societas conjugalis. In verbis Auctoris nostri adverte audacem reginæ *warþófstað*.

Pá er ek vildigak 142)

Vaxna t) láta 143).

144) Risnir meþ rótom

Róþnir u) i blópi.

Bornir à becki 145)

Beþit mik at x) tyggva.

*Quos ego volueram 142)*

*Facere ut crescerent 143);*

144) *Evolsi [erant] radicitus,*

*Rübefacti in sanguine,*

*Lati in sedilia 145),*

*Fussum, me mandere.*

## XLII.

Hvgda ek mér af hendi

Havka y) flúga

Brápa-lavfa 146)

Bavl-ranna til 147).

## XLIII.

*Existimavi mihi de brachio*

*Accipitres avolare*

*Escarum exsortes 146)*

*Ad teëla calamitosa 147):*

Hiörtö

r.) *Látna*, in Particip. pass. S. ad rem et dictiōnem sānd eleganter, non item ad svavitatem pōsseos et elocutionis, propter illud *na* in voce praecedente.

u.) *Med blópi*, cum sangvine, S. durius altero ad enuntiationem.

x.) Ita Membr. svavius et in ore plenius altero *Tiggen* in S. quod et sine dubio litera i in priore syllaba.

y.) Ita Membr. non vulgatum *Flyga*, neque audiēmus damnare, etsi insolens sit. Ita et quidam dicunt *Sýga*, pro *Sírga*, sugere, ab *Sýg*, imperf. *Saug*, quemadmodum *Flyg*, *flang*. Sed *Fenga*, S. scriptura sibi in similibus solenni.

142) Ter numerō hic repetitur pronomen personale *Ek*, ego, affectus exprimendi gratia, in hisce, *Ek vildi-g-ak*.

143) *Volf*, saga aliquanto minus dicit, etsi eleganter, quod ad ultimum *Skđia*, hisce verbis: *Ok vilda ek alðrei skđia*, atque nunquam (eos) lēdere, (iis) noxam adferre, volui.

144) Transitio inopina, et sine omni necessitate poetica ab Accusandi casu ad Nominandi c.

145) J. e. per metonymiam quandam, in mensas, ex Odis Attalini, ubi hoc somnium impetravit.

146) *Vörn Brandlausr* in *Volf*, saga Björneri, ex ejus interpretatione, Jejunos, neutiquam ē genio Sermonis prisci.

147) *Förm til heliar*, ad orcum I. Hecaten abieunt, *Volf*, *Saga*, qui etiam sensus sine dubio alteri lectioni subest.

Hiörto hvgda ek peirra  
 Vip hvnáng tvggin 148)  
 Sorg-móps sefa 149)  
 z) Sollin blópi.

*Corda eorum autumavi  
 Cum melle commanducata 148),  
 Dolore animi defessus 149),  
 Tumefacta (inflata) sanguine.*

## XLIII.

Hvgda ek mér af hendi  
 Hvelpa losna 150)  
 Glavms 151) andvana.  
 p) Gylli bápir.  
 Hold hygda ek peirra  
 At hræom orþit.  
 a) Navþigra 152) ná  
 a) Nýta ek skyldak.

*Existimavi mihi de manu  
 Catulos elabi 150),  
 [Et] quod lascivia 151) destituti  
 Ejularent ambo:  
 Corpus eorum opinabar  
 In cadavera versum;  
 Nolentium 152) corpore exanimi  
 Vescendum mihi erat.*

## XLIV.

z) *Sollinn*, duplo s, in masc. Sing. S. pravé.

p) *Gulli* (*gulli*), uterque Liber, pro *Gylli*, at verbo *At gialla*.

a) *Náðigra*, insolenter uterque Lib. Posset quoque conjici *Nauðigr* á ná, Invitus eden-  
 dæ carnis humanae.

a) Sic Uterque, non verò *Neyta*, quod tralatitium est eodem sensu.

148) *Blandod*, melle condita, ex versione Blötr-  
 neri, *Volf. saga*.

invito me. Ita hoc, aliquid diversè, narrat  
*Volf. saga*.

149) Hoç ad Attalum ipsum referendum est.

151) *Glavmr* propriè streperus lusus et hilari-  
 tas, pro quibus alterum illud in versione  
 posuiimus, ut blandis catellis aptum.

150) *Sidan* þötti mér sem hvölpur fagrir lægi sy-  
 rir mér, ok gullu vid hátt. ok át ek hræ þeirra  
 at minum óvilia; i. e. Dein opinabar, quod  
 catuli belluli cubarent coram me, et elata  
 voce latrarent; eorumque cadavera comedii,

152) *Hypallage*, pro *Síðlf* *navþigra*, ipse nolens  
 aut invitus, Conf. variet. lect. apud nos  
 item notam 149.

XLIV.

- 153) Þárt mño seggir  
 Vm sæng dæma 154)  
 Ok hyftinga 155)  
 Hafldi b) nema.  
 Þeir mño feigir  
 Fára náttá 156)  
 Fyr dag litlo,  
 c) Drótt vm bergia 157).

XLIV.

- 153) *Ibi viri*  
*De cubili ferent judicium 154),*  
*Et albicoloribus 155)*  
*Capita dement:*  
*II: morti erunt obnoxii*  
*Intra paucas noctes (elapsas)*  
*Paulò ante diluculum,*  
*Aulicorum coetus gustabit 157).*

XLV.

- b) *Náma*, Ambo Codd. eodem sensu, at minus concinnè, propter consonantiam in  
*Dæma et Næna*.  
 c) *Dróttom*, una voce, aul. coetibus, S. et Membr. vix rectè, nisi *Bergia* activè sumi  
 possit pro cibare, quem tamen usum hujus verbi ignoramus.

153) Hic totus versus est ex Gndrunæ persona,  
 somnia mariti interpretantis, neque id in  
 bonam partem hoc loco.

154) Filiorum mortuorum scil., etsi locus sit ob-  
 scuræ. Vel *vm sæng dæma esse possit*,  
 Ante tunc lectum sermones conferat l. de-  
 liberabunt (*de cæde filiorum tuorum*).

155) Hæc versio videtur simplicissima, nam ni-  
 hil impedit, quin eo colore crinum etc.  
 pueri illi fuerint. Alias tamen licuerit *Hvít-  
 tinga de personis illustribus*, nempe hisce  
 ipsius pueris regis, accipere.

156) Ita in *Helga-Qvida Haddingia-skata*: *Sá*  
 ,kenn fylkir Fárra náttá. De tempore, quo  
 Gndruna suos et Attali filios communes in-

terfecit, ita *Volf. saga*: *Um quældit tök hon  
 sono þeirre Atla kongi, er þeir lóko vid flochi  
 — hon fuavar, bana skal yckr báðum — — —  
 fidan skar hón þá á hált*, i. e. Vespere filios  
 ex Attalo suspectos prehendit, ad spondam  
 lusitantes. — — Ea respondit: certum est  
 vos ambo necare. — — Deinde ea illos jugu-  
 lavit. Cap. XVII, pag. 102.

157) Væfræ eam coenam ad aulicos generaliter  
 refert, cum tamen sine dubio solim Attalum  
 in suo animo intelligat; neque minus  
 callidè priuum somnium ejus in bonam par-  
 tem interpretatur, vers. XV. superius, quod  
 nimurum celet propositum suum, fortasse  
 jam hoc tempore captiuum, maritum quocon-  
 que pacto occidendi.

XLV.

- d) Lega ek sípan 158)  
 Ne sofa vildak  
 Prá-giarn i kavr.  
 Pat mvn ek giörya 159).

*d) Lega*, Uterque, signotum verbum, quod tamen quadamtenus suseit cognatum *Lega*,  
*tubile*, et analogia *Ek Sæng*, ab *Sæng*, lectus. Facile potuerat dicere *Ligg ek sípan*,  
 aut *Liggia mvn ek sípan*.

158) Nempe post eadem filiorum et cenam ex  
 eorum cordibus.

XLVI.

- Cubo postea 158),*  
*(Nec dormire vellem)*  
*Obstinatus in grabato perpetuo,*  
*Ita sanè agam 159).*

159) Benè, et ex usu prisco, per hoc, pat mvn  
 ek giörya, exprimitur firma et plena propo-  
 siti destinatio.

Q V I P A

G V Þ R Ú N A R  
G I Ú K A D Ó T T R

I N P R I P I A.

---

## GUDRÚNAR QVIDA EN PRIDIA.

---

[INNGÁNGR.]

a) HERKIA hét b) ambótt ATLA.  
hon hafpi verip c) frilla hans. Hon  
fagdi d) ATLA at hon hefpi sép pró-  
PREK ok Gvdrúno bæpi saman i).  
ATLI var pá all-ókátr. pá qvap  
Gvdrún.

## ODA GUDRUNÆ TERTIA.

---

[INTRODUCTIO.]

HERKIA diða est famula ATTALI;  
ea fuerat ejus concubina. Indicabat  
autem ATTALO, quod vidisset THEO-  
DORICUM et GUDRUNAM ambo und i).  
Tunc ATTALUS erat oppidò quam tri-  
stis. GUDRUNA verò cecinit:

I.

a) Cap. 2: Capitulum prætexunt Membr. et L. sive codex Luxdorphanus, possessio  
dein Submii, viri perillustris. At nulla inscriptio visitur in S. prius quam post  
prosan.

b) Ita omnes Libri, per tt. In priore Tomo, et in *Helga-Qvida II.* hujus Tomi, videre  
est scriptionem vocis per unum et in fine. Atqui usus nostræ præsenti scriptioni  
adstipulatur.

c) Frilla, per duplum l, omnes Lib. non Fridla, ad originem vocis proprius, quod ali-  
quotiens præfert Landnáma-bók, quémadmodum et Midli, pro Milli, inter, elucu-  
brata a Viro sunnm̄e venerabili Dr. Johanne Finnæo, Episcopo Skalholtino in Is-  
landia.

d) Atla, ignorat S. quod præter cætera indicio est, hunc librum non esse traducem  
Membranæ nostræ.

---

i) Bæpi saman; ἡξούσεναρχος negotii amatorii, non carens gratia.

## I.

Hvat er e) per-ÁTLI  
 2) Æ f) Bvþla sónr  
 Er pér hrygt i hvg  
 Hví hlær g) þú æva.  
 Hitt myndi æþra  
 h) Jörлом pikkia  
 At vþi menn mæltir  
 Ok mik fær 3).

## I.

*Quid est tibi, ATTALE!*  
 2) *Semper, BUDLII gnate!*  
*Animo tibi ægrè est,*  
*Quid tu rides unquam?*  
*Alterum illud potius opinor*  
*Aulicis visum iri,*  
*Ut cum hominibus loquerere*  
*Atque me videres 3).*

## II.

- e) *Per*, L. in contextu, ɔ: Quid id est; sed in varietate lectionis præfert ex aliis, ut ait, per, velut Membr. et S. Si nullum aliud argumentum foret, unde concludi posset ad natales hujus Libri, hoc solum sanc opinamur sufficere; atqui plura talia adversus eos, qui arbitrantur, eum esse Membranæ nostræ traducem, alibi adferre decrevimus.
- f) *Budlængæ*, L. e varietate lectionis, quod cum succedente voce constitutum, facere possit regis adpellationem. Atqui non nihil peccat in numero poëticō.
- g) þú hoc loco Membr. ut etiam ante verbum *hlær*, quemadmodum L. et S. sed svavius hic ad numeros poëticos Verbo subjungitur Pronomen, quemadmodum etiam fecimus.
- h) *Jörлом*, omnes Libri, rigidiusculè ad harmoniam literarum capitalium poëticam; sed, cum in sensu procedat satis, sive stricte vocem *Jörlon* accipiamus, quod et fecimus in versione, sive latè, ut *Jarlær* sint homines simpliciter, quemadmodum videntur esse in *Gudrunar-Hvaut*, Oda hujus Tomi inferius, vers. ult. his verbis: *Jörłom öllom Óhal barni Sábrom öllom Sorg ar minni*; et modò ante in Eadem: *Hlapit er jarlar Eiki-küstinn*, ubi *Jarlær* in ambiguo positi sunt, stricte an latè sint capiendi. Consule præterea Indicem Verborum *Viga-Gláms-fagae* sub voce *Jarl*. Facili erat antori, et quidem magis splendidi in re ipsa, posuisse Öllum, Omnibus; sed credimus euna se minori circulo coërcere voluisse, dum alterum prætulit; atque adeò eam lectionem sequendam esse censuimus.

\*) Quò vocula hec referenda sit, num ad prædens, *Hvat er þér*, an verð, quod probabilius arbitramur, ad lineam 3, in ambiguo situm est. Linea versus primâ observandum istud, *Hvat er þér*, nam ea distio complexa hodie obsolevit; nostrates pro ea frequentant:

*Hvat gengr at þér*, ad verbum: *Quæ res te adgreditur*; ad rem verð: *Quod malum te premit l. angit*.

3) *Mikfær*; in tenuitate sua hec distio est opido quam elegans, sicut plures alii hujus Ode.

## II. [ATLI QVAD \*]).

- i) Tregr mik þat Gydrún  
 Giúka dóttir 4)  
 Mér i havllo 5)  
 HERKIA sagpi  
 At k) þit Þróprekr  
 Undir þaki svæfit 6)  
 Ok léttliga  
 Líni verpit 7).

## III. [GVDRÚN QVAD].

- Pér mvn ek allz þeſs 8)  
 Eipa vinna

## II. [ATTALUS AIT.]

- Id mihi ægrè est, GUDRUNA!*  
 GJUKII filia 4)  
 [Quod] in aula mihi 5)  
 HERKIA indicavit:  
*Te nempe et THEODORICUM*  
*Sub tecto [undā] dormire 6),*  
*Atque vos lubenter*  
*Linō [invicem] circumvolvere 7).*

## III. [GUDRUNA DIXIT.]

- Tibi de eo omni 8)*  
*Juramenta præstabo*

9) At

\*<sup>o</sup>) Distinctio personarum interloquentium desideratur in omnibus Libris nostris, sed a nobis idonea de ratione illata est.

i) Tregr, omnes Libri, non enim Tregar, magis vulgare, ne quis istam lectionem nostre incuria imputet. Qvod ad terminationem verbi hujus adinet, consule Odam *Gudrúnar-Huavis* vers. II. lin. 3. quanquam sensus ibi alius est.

k) Ita Membr. et L. sed it, S. quod etiam ad metri legem procedit.

4) Giúka dóttir, salvo sensu abesse poterat, sed aliquanto tamen, nostra utique opinione, adjecitum magis poëtice sapit, et rex reddit uxori sua istud verbum *Bnpls fons* in versu I. lin. 2.

5) Þ havllo, Pleonasmus Homericus, ut "ey μεγαλοσ", toties apud istum poëtos parentem. Similem pleonasmum non sine gratia habemus in hoc ipso verso lin. 6. verbis, *Undir þaki*.

6) Svæſt hic pro lægit faman, concubere, tenuerit et eleganter diutum, et mira simplicitate antecedens *Undir þaki*; quomodo enim rex et regina sub dio una cubarent?

7) Videri possit in Textu reponendum esse *Verbis* o: quod unus alterum — circumvolveret; sed nihil tamen mutantum esse arbitrai sumus. Sæc magna svavitas in hisce duabus lineis est. Conferre licet a *Sigurdar-Quida* ultima hæc verba de Eo et Gudruna uxore sua, vers. VIII. — Er þaz Gydrún Gångs à heþ Ok hana Sigvör Seipr i riþti. Item Borgnyz verba in *Oddrúnar-Gráti* inferius de se ipso et amasio suo: Han varpi may Varmri blaio Fium vetr alla Sva hon fna feþr leyndi.

8) Scil. indicio, vel rebus a fauna delatis.

- 9) At in om hvíta  
Helga 10) steini  
At ek víf piópmar 11)  
Datki áttek  
Er vörþr ne verr 12)  
Vinna 13) knáti.

9) *Per album illum*  
*Sanctum 10) lapidem,*  
*Quod ego cum viro illustri*  
*Nihil rei habui,*  
*Quod custos maritus-ve 12)*  
*Efficere potuit.*

## IV.

- Nema ek m) hálfapa 13)  
Heria stilli 14)

*Nisi collum amplexabar 13)*  
*Populorum moderatori 14),*

## IV.

Jöfvr.

- 1) *Knáttac*, S. cuius verbi explicationem, textui congyram, optaremus sanè a librario, si viveret.  
m) *Hallaþa*, S. *Halladi*, L. ex varietate; terminatio verborum utrobique recta est, sed nullus inde sensus existit. *At halla*, simpliciter est inclinare, declinare. Literæ *f* et *l* facile in Membranis ex earum pinctione confundi possunt.

- 9) *Regina pro se pollicetur Indicium Dei sic dic-tum ICtis mediū avi; nostra Lingvā actus ille vocatus fuit Ketil-fang*, d: ex verbo: Comprehensioni cacab; è re autem: Immissio manus in lebetem aqua ferventis, ad sustollendum et fundo ejus aliquod minutum ibi jacens. Consule versum VIII inferius per totum.
- 10) *Hoc Helga benē additum est ad hujus actus ceremoniam amplificandam et commendandam. Conf. versum modò ante citatum, lin. 7 et 8.*

- 11) In ambiguo cubat, quid iste piópmarr sibi velit, et an proprium sit nomen, ut per illistris Suhmius videtur statuere in margine libri sui S., ubi adscriptis Theodemir; sed nostra opinio è virg. ut adpellativè sit sumendum; respice *Hyndlo - liéð* in Tom. I.

vers. III. lin. 3. not. 7; quando pióp in hac voce amplificationi serviret, ut alias facit.

- 12) *In re ambigua visum est istud, in contextu subobscurum, Vörþr. capere pro adposito ad sequens Ver. Mariti sanc defensionem aut præsidium utique prebent suis uxoribus. Frigidiusculum fore, nostra opinione, Satellitem s. Anticum intelligere. Notum autem est Ver., et de viro simpliciter, et de marito, accipi in sermone poetico.*

- 13) *Conf. hæc e Guðrúnar-Qvida Ima; Legdymunni vid grön Sém þu hálfápir Heilan stilli.*

- 14) *Heria stilli*, hæc est regis, sive mavelis, ducis bellici, adpellatio plena, raro tamen obvia. Altera, *Stillir* simpliciter, elliptica est, sed in usu tralatitia.

Jöfvr n) óneisinn  
 Eino finni.  
 Aprar vóro  
 o) Ocrar spekior 15)  
 Er viþ húrmvg 16) tvav.  
 Hnigom at rúnom 17).

## V.

Hér kom þróPREKR  
 Mep p) þriá tígí.  
 Lifa þeir q) né einir 18)

*Regi sànd honorando,*  
*Unica vice:*  
*Aliæ erant nostræ*  
*Speculationes (cogitationes) 15),*  
*Ubi nos duo moesti 16)*  
*Descendebamus ad colloquia 17).*

## V.

*Huc venit THEODORICUS*  
*Cum triginta [viris],*  
*Ne unus quidem super est 18)*

Priggia

- n) *Oneisinn*, omnes Lib. De terminazione haec in Accensandi casu poterit disputari, quæ etiam eadem foret in Nominandi casu, sed insolenter. *Oneisan* habemus in *Helga-Qvida* Ima, qui casus est ab Nominativo *Oneisf*, vel magis dilucide *Ohneisf*, et in eadem Oda, koni *Oneisa*, in Accusativo plurali, qui sànd postularet Nominativum *Oneisf*, non autem *Oneisinn*; atque adeo duplex fuit olim terminatio hujus Adjectivi.  
 o) *Crar*, tantum, sine sensu, Membr. et L., in quarum hoc errore videre est fidem librariorum, nam facile poterant substituere quod in textu est.  
 p) Ita L plenis literis ac divisim, sed per numerum Romanum XXX. Membr. et S.  
 q) *Enn*, L. in margine, falso et improbo.

15) Vel, si mavis *Spekior* per Sermones, m. m. expondere. Neutra significatio sua caret probabilitate, quod in Indice Verborum aliquando ostendetur.

16) Vel fortasse, magis presse ad vocem *Harmer*, de arvumna, non præciæ de moero, sumtam: *Calamitosi l. erumnosi*, quod et adprimè quadrat in reginam et regem Theodosium, ut post videmus.

17) Componere libet è *Sigurdar-Qvida* ultima, et quidem vaticinio Brynhilda de Amoribus Gunnaris regis et Oddrunæ principis, Attali

sororis: *It mænþ þá hata A lava faman*. Item ex *Oddrinar-grati* inferius: *Hneacþ ek af því til hildpar þér &c.*

18) Consule introductionem prosaicam in *Gudrúnar-Qvidam Idam*. Ex Historia autem regis Theodorici s. *Vilkina-saga* constat, eum multò plures homines in bellicis expeditionibus cum Attalo rege perdidisse. Et in hisce verbis regina tacitè imputat regi ingratitudinem erga Theodoricum. Respicere ad N. 16 præced.

Priggia *r*) te go manna.

*s*) Hríncto mik at bræprom 19)

Ok at \*) bryniopom

Hríncto mik öllom

*t*) Höfup - niþiom 20).

*Ex iis tribus virorum decadibus.*

*Cinge me fratribus 19)*

*Atque loricatis,*

*Cinge me omnibus*

*Cognatis primariis 20).*

## VI.

*u*) Senu at SAXA 21)

Svnn - manna *x*) gram.

## VI.

*Arcessere SAXONUM 21),*

*Australium hominum, principem,*

Han

*r*) *Tego, Omnes, et recte, quamvis rare.* Mirè variat in Libris antiquis hujus vocis scriptura; legitur enim *Tugr*, quod maximè vulgatum, *Togr*, *Tavgr*, *Tygr*, *Tigr*, et *Tegr*, quod ultimum amat *Grágás*, et id omnium proximè accedit ad originatem. Et advertenda hic terminatio Genit. plur. *Tego* pro *Tega*, quæ sancè quam rara est.

*s*) *Sic Omnes, per c in medio, pro g;* vulgatum foret *Hringdu*; literæ verb' *g* et *k*, propter cognationem suam, libenter inter se permutantur.

*\*) Bryxopom*, S. miro lapsu, et monstrōse.

*t*) *A höfup - niþiom*, Omnes, et in Membrana quidem istud & conglutinatur sequenti voci; videtur autem ibi tritum esse ab interpolatore aliquo, neque sancè dat, in hac connezione, ullum sensum plausibilem.

*u*) *Senu*, per unum *n*, omnes Libri, nequis nobis eam scripturam imputet.

*x*) *Gram*, Omnes, non enim *Grams*, quod videri possit simplicius. Praecedens vocula *At* hic posita-est, ut opinamur, pro magis usitata in tali re vocula *Eptir*, atque hunc sensum in versione nostra sequuti sumus. In vulgus nota est phrasis, utique in priscis monumentis nostriatinn: *at fara at fē l. fadvum*, pro *Eptir fē l. fadvum* *pecora s. oves collectum ire*.

*19) Attali regis fratres, quicunque et si qui fuerint, necessarij hic intelligendi sunt proper versum VII. ubi regina queritur suos sibi fratres non adesse, iude nunguani post visum iri; ut adeò hinc iudeo concludere licet, huc evenisse post cædem Nisslungorum.*

*20) Amplificatio est prioris *Breþrom*, et intelligi-*

guntur omnes Attali regis cognationes remotores, sive virilis sexus sive feminæ, quæ sine dubio regi adesse debebant in tam gravi negotio, et ob genus suum auctoritate ac dignitate apud regem preprobabant cæteris.

*21) Sexa Svnn - manna*, accepimus de incolis Saxoniz superioris; non tamen obstinatè diffite-

mur.

- Han kann helga 22)  
 Hver vellanda 23).  
 24) Siav hvndrop, manna  
 I sal gengo  
 Apr y) kvæn konungs  
 I ketil tæki 25).

## VII.

- 26) Kémra nú GVNNA.R.  
 Kalliga ek 27) HAVGNA.

y) Kvæn, quæn, omnes Libri. non autem Kven aut qven, quæ magis vulgata.

- mur, Saxa hic esse posse nomen proprium regis alicuius in Germania eo tempore, qui Saxa vocatus fuerit. Denique istud *Sunn-manna* poterit esse adjectio poetica et pleonastica, quemadmodum Noster alias dicit in *Sigurdar-Qvida* ultima Vers. IV. *Sudræna* de Sigurdo, præter necessitatem, verum non præter gratiam in poësi.
- 22) Oportet sed nescimus quas ceremonias mysticas hunc actum judicalem antecessisse; atque regem supradictum harum, proe ceteris principibus, exiipiè peritum fuisse, quando regina eum unicæ in ea re commendat; et simul opinamur, eandem ab iustitia et innocentia commendare dictum regem,
- 23) De fonte, ab natura, fervente, s. thermis, accipit Vir per illustris *Suhnius* in margine libri sui S. quod non inficietur procedere posse in Sermone nostro, et fatemur interpretationem Ejus esse acutam et doctam; alteram tamen acceptancem preferre nobis lubbuit, propter expressam mentionem lebetis in hoc ipso versu lin. ult. atque etiam, multo magis, ob verba Vers. VIII. Brå hon til bora Biörtom lëfa; nam omnes, qui fontes ferven-

- Ille scit consecrare 22)*  
*Cacabum ferventem 23).*  
 24) *Septies centum hominum*  
*In aulam ingressi sunt,*  
*Ante quam regia uxor*  
*Lebeti manum immitteret 25).*

## VIII.

- 26) *Nunc non adest GUNNAR,*  
*Non advoco 27) HÖGNUM,*  
 z) Secka

tes norunt, sciœ necessum est, mulierem manu sua ad fundum ejusmodi fontis pertingerere nequissime. Conferat licet, pro nostra sententia, *Hymn-Quidam* in Tom. I. hujus Eddæ, vers. I. lin. 8, XIII. lin. §, XXXIV. lin. 2.

- 24) Has quatuor lineas Author dicit ex sua ipsius persona. Simil advertendum est studium brevitatris apud eum, quod antea honorifice notatum est ab altero-nostro ad *Hymnis-quidam*. Denique notanda celebritas et solennitas hujus actus judicialis, quod et nunc necessum erat, nam hja regina res agitur.
- 25) Conf. N. 9 superius, et 2 primas lineas vers. VIII.
- 26) Conqueritur hic regina de fratribus jactura, ut et ante a nobis observatum est sub N. 19.
- 27) I. e. non est mihi facultas advocandi Illum. Et mirè utique regina verbo Vocandi; scilicet majorem ei cum Högnio principe familiaritatem intercessisse, quam cum rege Gunnare, etsi illi ambo fratres ejus erant. Facile poterat regina dicere: *Kemra nú Havgui*, quemadmodum de Gunnare dixerat.

z) Secka ek fípani 28)  
 Svafa bræðr.  
 Sverpi myndi HAVGNI  
 Slíks harms reka 29).  
 Nú verþ ek síalf fyr mik  
 Syntia þ) lýta 30).

VIII.  
 Brá hon til æ) botz  
 Biðrtom lófa  
 Ok hon vpp vm tók  
 Jarkna-steina.  
 31) Sé nú seggir  
 a) Sýkn em ek orþin  
 Heilaglega  
 Hve síá b) hverr velli 32).

*Non video posthac 28)*  
*Svaves fratres:*  
*Ense, opinor, HÖGNIUS*  
*Tantam injuriam ulcisceretur 29);*  
*Nunc memet ipsa cogor*  
*A vitiis 30) purgare.*

VIII.  
*Citò ea demisit ad fundum*  
*Volam candidam,*  
*Atque ea sustulit*  
*Virides lapillos:*  
 31) *Videte nunc, viri!*  
*Ego insons facta sum*  
*Sancte quidem,*  
*Quantumvis iste lebes ferueat 32).*

## IX.

- z) *Secka (secca), Omnes; simplicius foret Séka;* atqui altera scriptio videtur magis intendere sententiam.  
 b) *Lítra, per i. S. improbè, si sit nomeu; fortasse verò Verbum sit, positum pro Hilita, hilita, per i., quando sensus fuerit: Mihi soli necessum erit memet purgare.*  
 e) *Botz, omnes Libri, non Botns, quod vulgatum, at magis rigidum in elocutione. Interdum maluerunt prisci, peccare adversus legem sermonis, quam non arcessere orationi svavitatem. Sic etiam hodie dicitur Vazz, pro Vatus, propter gratiam in pronuntiando.*  
 a) *Nú em ek sícen orþin, Nunc ego innocens f. s. S. Sic autem, per i., meritò inter suspecta habemus.*  
 b) *Hver, per unum r, Id. malè, et confusè in Nominandi casu utique; sed tales distinctiones pauci hodie volunt observare.*

28) *Vel, in posterum; et adspice nostras adnotationes precedentes sub Num. 19 et 26.*

29) *Si in vivis esset nimirum; et hoc, unacum proximè sequentibus, firmat nostram sententiam, superioris propositam sub Nn. modò adlegatis.*

30) *I. e. illico concubitu cum Theodurico regre, cuius insimulata sum. Componere libert ex Óðráðnar-Gráti verba obstetricis ad parturientem; Hverr hefir vifir Vamus umlcitast &c.*

31) *Hæc ex persona reginæ, purgationis successu exultantis.*

32) *Vel hæc linea in sensu conjungenda fuerit cum lin. 5 precedente, per figuram Hyperbaton, hoc modo: Videte, — quam (quantum) lebes iste ferueat, ut diceret regina, nihil abs se, quod ad istud purgationis instrumentum adtingebat, fraudis admissum esse; et hæc acceptio est altera simplicior.*

334 QVIDA GVPRUNAR GIUKADOTTIR III.

IX.

Hló pá ATLA  
Hvgr í briófti 33)  
Er hann heilar sá  
Hendor GVDRÚNAR.  
34) Nú skal HERKIA  
Til hvers gánga  
Sú er GÝDRÚNO  
Grandi vænti 35).

X.

36) Sá - at maþr armlicht  
Hverr er þat sá - at.  
Hve þar á HERKIO  
Hendor svipnoþo 37).  
c) Leiddo pá mey  
I mýri fúla 38)  
Sva d) pá GVDRÚN  
Sinna harma,

c) *Leiddi*, Id. in Num. sing. ɔ: abduxit, Attalus rex fortasse; nisi impersonaliter capere  
mavellis, pro abducta est.  
d) þá *Gvdrún*, tantum omnes Libri, non enim: þá *Gvdrún bóst l. hætur*, quod per poësin  
utique licuerat, quemque sensum nos in versione adoptavimus. Facile potuit vox  
*Bóst l. hætur* excidisse; nam ejus ellipsis hoc loco statuere non audemus, videtur enim  
ea peccare in Sermonem nostrum.

33) *Hló* — *hvgr* í *briófti*, svaviter et splendide  
dictum, ut multa alii hujus Auctoris.

34) Rex Attalus loquitur.

35) Notandum usus arius hujus Verbi, et qui-  
dem in malam partem. Consuli potest *Gud-  
runar*-*Qvida Hlða* superiorius vers. XXXIII. lin.  
3 seqq. collata cum versu XXXI. lin. 5 seqq.  
ibid. Atqui hic Verbum cum alio casu con-  
struitur, quam illic; utramque constructione  
nem opinamur ad Sermonis legem procedere.

36) Hæ due linea rem exaggerant, quasi hic ini-

IX.

Tunc risit ATTALO  
*Animus in pectore* 33),  
*Ubi illætas vidit*  
*Manus GUDRUNÆ.*  
34) *Nunc jubeo ut HERKIA*  
*Lebetem accedat,*  
*Ea quæ GUDRUNÆ*  
*Spem noxæ obtulit.*

X.

36) *Nemo vidit rem miserabilem,*  
*Qui id non vidit,*  
*Quantum ibi HERKIE*  
*Manus ustulabanfir* 37):  
*Abduxerunt ergo puellam*  
*In putidam paludem* 38).  
*Ita GUDRUNÆ satisfactum est*  
*De suis injuriis.*

serabilis adspexit omnes adspexit miserabi-  
les exsuperavit; et hoc est unum ex artificiis  
Auctoris.

37) Nota usum impropprium Verbi *at fidua hic*  
a Poëta adhibitum; si proprietatem Sermonis  
hodierni spectemus, dicendum fuerat *at fikna*  
*l. breanna*, de unctione aquæ ferventis; verum  
fortasse illud *fikna* latius significavit olim  
quam hodie.

38) Nimis ut in lamam viva submergenda  
derruderetur.

# ODDRÚNAR GRÁTR.

FRÄ  
BORGNÝIO OK ODDRÚNO.

a) **H**EIPREKR hét konúngr. Dótir hans hét BORGNÝ. VILMVNDR hét sá er var fripill hennar. Hon mátti eigi fæpa b) börn. ápr tilkom ODDRÚN ATLA syftir. Hún hafpi verit unnvista GVNNA RIS GJÚKA-sonar (1). Vm pessla savgo er hér qvepit.

c) ODDRÚNAR - GRÁTR.

I.

Heyrþa ek segia

DE  
BORGNYA & ODDRUNA.

**H**EIDREKUS (HEDERICUS) *datus est rex; filia ejus vocabatur BORGNYA. VILMUNDUS adpellabatur ille, qui hujus erat amasius. Illa partus edere nequuit, antequam adveniret ODDRUNA soror ATTALI. Hac autem fuerat amica GUNNARIS GJUKII filii 1). Relatio de hac re sequenti Odā comprehenditur.*

LESSUS ODDRUNÆ.

I.

*Audivi narrari*

I fav-

a) *Heipreicr, Membr. clarè hoc loco, neque audemus prorsus eam lectionem dammare; nam diphthongus ei licet ponitur pro i duro, quemadmodum ex. gr. in nominibus virorum Þorleikr, Gudleikr, Asleikr, in quibus illud *leikr* nihil aliud videtur sonare quam *Líkr*, similis. Postea tamen eadem Membr. ordinariè scribit *Heiprekr*, quidquid deum sonet istud *rekr* in hoc nomine. Deinde Illa male excludit *Konúngr*, pro quo L. in margine substituit *Mahr*, homo, subducto altero vocabulo in contextu.*

b) *Fæha, tantum, S. neque improbamus. Cæteri ad gemellum foetum respiciunt Libri sua lectione; conf. Vers. VII.*

c) *Hic titulus abest a Membr. sed adest in L. et S.*

1) Vide Dráp Nijsunga, s. Introductionem in Odam Gunnari-Slagr.

I savgom fornom 2)  
 Hve mær 3) vm kom  
 Til morna - lanz 4).  
 Engi mátti  
 Fvr 5) mold ofan  
 Heipreks dótor  
 Hiálpír 6) vinna.

*In priscis relationibus 2),*  
*Quo modo virgo 3) veniebat*  
*Ad orientalem regionem 4).*  
*Nemo quivit*  
*Super pulverulenta tellure*  
*HEIDREKI filiæ.*  
*Adjumenta 5) præstare.*

## II.

Pat frá ODDRÚN  
 ATLA systir  
 At sú mær 6) hafpi  
 Miklar fóttir.  
 Brá hon 7) af stalli  
 Stiörn-bitlopom 8)

## II.

*Id fandō inaudiit ODDRUNA*  
*ATTALI soror,*  
*Quod ea virgo 6) premeretur*  
*Gravibus morbis:*  
*Ea [igitur] 7) raptim eduxit ē stabulo*  
*Refrici lupatō adornatum 8),*

Ok

d) *Förb*, Membr. & L. i. c. tellurem simpliciter; altera lectio magis poëtica est.

2) His: concludi potest, pricas illas relationes multò vetustiores suisse Oda presenti, quæ nihilominus sānd quās sapit antiquē.

3) Nempe heroina hujus Poëmatii, Odruna princeps.

4) In re nimbigna satius habuimus *Morna-land* pro appellativo nomine accipere, et verba quam stricissimè exponere per id: quod in versione visitur. Prior pars foret à *Morgyn*, manē, diluculum, aurora; His metonymicis Oriens l. orientalis plaga. *Morna*, ita foret Genitiv. plur. pro *Morgna*. Si quis tamen mavelit dictum vocabulum pro nomine proprio sunere,

ut *Märzen*, *Moravia*, intelligatur, Germanie regio, ei non multum refragabimur.

5) Sospitalia ad foetus emitendos. Conf. Introductione hujus Oda.

6) Nōra Mær de partuente vel puerpa. Conf. vers. VI. lin. 4. Ita Horatius in Oda ad Diana: — Que laborantes uterō puellas Ter vocata audis, adimisque letho. —

7) Observanda hic, ut ante fecimus ad fragmentum *Ode Iude Brynhildine*, simplicitas et communitas hominum antiquitus illustrum.

8) *Stiörn-bitlopom* et deinde *Svartan*; attende duo Adjectiva pro uno Substantivo adhibita, per tacitam tamen mayelit dicuntur.

Ok á svartan  
Savþyl of lagdi 9).

*Atque in nigram quidem  
Sellam imposuit 9).*

## III.

Lét hon mar fara  
Mold- veg fléttan  
Unz at hárri kom  
Havíl standandi 10).  
e) Svipti hon savþli  
Af svöngom 11) jó  
Ok hon inn vñ geck  
f) Endlángan sal.  
Ok hon pat orþa  
Allz fyrt vñ qvap..

*Fecit equum currere  
Telluris pulveratae viam planam,  
Donec ad celsam perveniret  
Aulam consistentem:  
Deripuit sellam  
Jejuno 11) equo,  
Atque ea introiit  
Prolixam ædem,  
Idque verborum  
Omnium primum eloquuta est.*

## IV.

Hvat er frágst:  
A foldo.

*Quid famæ celeberrimum est  
In [hac] terra?*

Epa

e) Has duas lienes duabus proximè subsequentibus postponunt Membr. et L. pr. Hysteron protoron.

f) Ennlángan, S. non minus recte, et ex usu Eddæ nostræ.

9). *Savþyl of lagdi*, et vers. seqv. *Svipti hon savþli af — jó*; conser que observavimus sub N. 7. paullo ante. Ipse etiam stylus in hisce duobus versibus ad rei simplicitatem mirè accommodatus est, quod tamen non sentiunt, nisi qui penitiorēn habent notitiam Lingue nostra et Poëseos antiquæ.

10) Istud *Standandi* non facilè exprimitur latine, nam in re est supervacaneum, sed tamen or-

nar ex genio Auctoris. In prosam mutata hæ dum linæ, tales forent: *Unz hon kom þar at sem hæ holl fied, — eð perven*. ubi celsa aula erat constituta.

11) Nimirum, propterea festinationem itineris pascendi sparsum equo non potuit dñe, ut adeò istud epithetum satis commode hic adjec- tum sit.

Epa hvat er g) hlæz 12)  
HÚNA-LANZ 13).

[BORGNY QVÆB].

Hér liggr BORGNY  
h) Of borin 14) verkiom  
Vina þín 15) ODDRÚN.  
Vitty ef pú biálpír 16).

*Quidve est jucundissimum 12)  
In HUNNORUM regione 13)?*

[BORGNYA RESPONDIT].

*Hic cubat BORGNYA  
Doloribus onerata 14),  
Amica tua 15), ODDRUNA!  
Vide, si possis juvare.*

v. [ODDRÚN QVAD].

Hverr hefir vísir

v. [ODDRUNA DIXIT].

*Quis [tibi] princeps*

Vamms

- g) Ita S. sed Alex, Membr. fortè pro *Hleſt*, gravissimum, molestissimum, ab verbo *at hlaſa*, onerare, adgravare, unde *Hlaſs*, onus, vehes. Et *Hleſt*, apud magnum Poëtam Stephanum Olavium sacerdotem Isl. in festiva ejus Cantilena de Odo piscatore, quæ vulgo *Odds-bragr* cluet; verba sunt: *þegar hanu Oddr þángat fess*, þá vard nochud aprrhleſt, i. e. Oddo ibi considente (sc. in puppi cymbæ). tunc impendio magis a posteriori parte adgravatum est (navigiolunt sc.). Denique *Hleſz*, cum virgula perpendiculari supernè posita, quæ scriptio in elocutione valer vulgatum *Hleſz* s. *Hl'jer*; sensus inde foret: Quid refugii, vel adēd remedii est? satis congruē ad reū präsentem. Consule vocabulum *Hleſhardr* in Glos. Tom. I. Eddæ nostræ.
- h) *Ofborin*, una voce, S. et L. satis plausibiliter, quasi nimium adgravata, sed sine dubio tamen falsò.

12) Bonō omnino maluit virgo regia de rebus lentiis interrogare, quam de tristibus. Vir per illustris P. F. Suhmius in sui libri margine, quem per S. significamus, nostre versioni adstipulatur. *Hleſz*, vel *Hleſt*, potius et *liquidius*, es gradus Superlativus gen. neutr. a Positivo *Hlærr*, calidus, tepidus, hic translat. dulcis; occurrit autem vox illa in *Olaf-f. Tigray*. Parti *Svada* et *Arnóris Kerlingararf*, ubi exstat: *Hlærr svannan-vindr*, diu autem antea incubuerat atrox frigus. *Hlærr*, usitatus est, imò tralatitium proprio illo sensu.

Adspice Verbum radicale *At hla* in Glos. Tom. I. Eddæ nostræ.

13) Fortasse aliqui Hunnorum in Moravia considerint, quibus imperaverit rex Hedericus, Borgnyæ pater. Conf. N. 4 sub fineu.

14) Vel adgravata. Notum est hoc ex *Völundar-quida*, de Völundo puellam regiam foecundis potionibus inebrianti: *Bar han hana bióri*.

15) *Vina*, svave vocabulum, sed vari usus. Rem ipsam firmat regia puerpera inferioris vers. X. lin. 5 seqq.

Vamms 17) um leitat.

Hví ero BORGNYIAR

Brápar 18) föttir.

[BORGNY QUAD].

VILMVNDR heitič

Vinr hawk-stalda 19)

Han varpi mey 20)

Varmri blaio

Fimm vetr alla 21)

Sva hon sinn favpr i) leyndi.

VI.

pár hyck mælto

Pvígít 22) fleyra,

Probrum 17) obtulit?

Cur BORGNYE sunt

Acuti 18) morbi!

[BORGNYA RETULIT].

VILMUNDUS nominatur

Amicus regum 19);

Is involvebat puellam 20)

Calente stragulo

Quinque hiemes integras 21),

Ita ut ea suum patrem [id] celaret.

VI.

Ille, opinor, nihil

Ulterius loquebantur;

Geck

i) Leyda, S. in prima persona, ineptè, nam Leyda non potest esse tertia persona, ex regulis Grammaticis.

16) *Hialpir* hic est Subjunctivus potentialis, ut et Versio nostra expressit, pro *Kunnir hialpa* p. gestis *hialpat*. At þá *hialpir*, in promptu erat postulisse, i. e. Vide, ut juves. Sed alterum, *ef þá hialpir*, est subtilius et magis accommodatum ad statum puerorum oppidō periculorum.

17) *Vamm*, pro stupro posnit, extenuandi gratiā. Nec abundunt Latini, ex gr. Livius et Plautus, dum probrum de ea re adhibent.

18) Aut forte precipites, ad lethum scilicet. Et bene uitius plurali, augendi causa; conf. supra Vers. II. lin. 4.

19) Consule *Sigurdar-Qvidam* ultimum versu sic incipiente; *Hitt quaf þá Þunarr Gramm hawkstalda*, cum nota. Incertum est, num Vil-

mundus ille fuerit princeps regius, an verò nobilis aulicus.

20) Consule *Gedrenam - qvidar* Ultiam, sive Ejus purgationem judicialem, Vere, II. lin. 7 & 8 c. n. Per Mey autem se ipsam intelligit; *Mik*, me, in promptu erat dicere, sed pudor muliebris id prohibuit. Latenter et calidē de se loquitur, tanguam de alia quadam femina.

21) Oportet Vilmundum illum in tali negotio sānē quam fuisse modestum ac temperantem, virginem autem ipsam oppidō cautam et providam.

22) *Pvígít* occurrit superiōris in *Sigurdar-Qvida* ultima, verbis hisce: *þat mun oc verpa þrigit lengra*, ubi aliquid vocem eam illustrans adtulisse putamus.

Géck mild 23) fvr kné  
Meyio k) at sitia.  
Ríkt góð ODDRÚN  
Rammt góð ODDRÚN  
24) Bitra galdra 25)  
At BORGNYÓ.

*Propitia iit 23, ante genua  
Virgini sessura:  
Potenter cecinit ODDRUNA,  
Vehementer cecinit ODDRUNA  
24) Efficacia carmina 25)  
Super BORGNYA 26).*

## VII.

Knátti mær ok mavgr  
Mold- veg sporna 27)  
Börn pav hin blípo 28)  
Viþ 29) bana HAVGNA.  
Pat nam at mæla

## VII.

[*Inde] puella et puer  
Tellurem pulveratam calcarunt 27),  
Infantes illi svaves 28),  
[Prognati] ex HÖGNII percussore 29).  
Tunc fari occipit*

## Mær

k) *Sita, tantum, Id. et particula At satis eleganter abesse potest. At illud Sita plane intollerandum est, qualem tamen scripturam quosdam ignaros et sciolos adfectatores hodiè frequentare novimus in hac voce et similibus.*

- 23) Mild, aptum et svave epitheton, Oddrunæ, propter adjutabilem ejus operam obstetricianæ.  
24) Ríkt — Rammt — Bitra, quæ eodem ferè residunt in re, juncta in sensu cum Góð et Galdræ, posuit Auctor, amplificationis ergo.  
25) Respic Brynhildar-Quidam Iam vers. V. lin. 7 cum nostra annotatione.  
26) Vel, si mavis, in ejus open.  
27) Mirè de recens editis, Knátti — moldveg sporna, qui adhuc ambulandi facultate carebant; sed ea diéto, poëtica est valdè, et sànd ornata.  
28) Vel formâ et vultu tales, vel saltem svaves ex matris affectu erga patrem et liberos.  
29) Nihil obstat, quominus Vilmundus occidet in dimicazione aliquem, nomine Högnium, virum nobilem, atque inde hanc adpellatio-

nem meritus fuerit, etsi de ea re nihil constet. In manu esse, fortasse sint qui putent, Bana Högna hic de Attralo rege capere, propter necem Högnii Nißungi cruciabilem (conf. inferius XXVI. lin. 5 et 6; tanquam Oddrunæ obstetricæ infantes hosce secum ad Attralum fratre, in ejus ædibus nutriendos, transtulerit; atqui de ea re nihil magis constat, quam de priore. Et præterea dubium est, an Oddruna cum fratre Attralo vixerit, postea quam ille nuptiis ejus cum Gunnare intercesserat, ut ea conqueritur inferius in hac ipsa Odæ. Adeò necessitate adduci, amplectebamur sensum quem versio praefert, ubi tamen ellipsis est in Textu, participi passivi, Cétin, alio, att, plenè posita in versione; et in contextu jungenda sunt Börn — vid bana H.

Mær fiðr-siúka 30)  
Sva at hon eckí qvap  
I) Orþ íþ fyrra 31).

## VIII.

Sva hiálpí pér  
Hollar m) vettir  
FRIGG ok FREYIA 32)  
Ok fleiri gop  
Sem þú feldir mér  
Fár af höndom.

## IX.

Hneck-ap ek af því  
Til hiálpár pér  
At þú værir þess

I) Orþit, junálum, S. neque id malè.  
m) Vettir, Id. usitatus.

30) *Fiðr-siúka*; in Masc. *fiðr-siúkr*, quod fortassis olim plenē et proprie dictum fuerit pro *Síðr* nudè; at nunc diu est prorsus inauditum, etiam in Historiis priscis.

31) Variat Auflor dictionem suam in hisce duabus lineis. — Alins amat: *Ok han þat orþa alls fyrð um queþ*, ut in *þryms-Qvida*. vers. III. lin. 3 et 4 ac IX. lin. 9 & 10, atque in hac nostra superioris vers. III. lin. 7 & 8.

32) Muliebriter sancte Deas primariò invocat, potius quam Deos, et perit quidem Dearum primarias, auctore *Edda Snorrii*, Fab. XXX. Ced. *Jörund*. Verba ejus: Frigg er æðst af

*Virgo vigore vitali debilitata,*  
*Ita ut nullum verbum*  
*Prius prologueretur 31).* - -

## VIII.

*Ita Te juvent*  
*Propitiae potestates,*  
*FRIGGA et FREYA 32)*  
*Atque plures Dii!*  
*Uti tu déjecisti mihi*  
*Perniciem corpori incumbentem.*

## IX.

*Non descendebam idēd*  
*Ad auxilium tibi,*  
*Quod tu eo*

a). Verþ

äfyniom, ac deinde Freya er tignust med Frigg; i. e. Frigga (Phrygia) est summa Dearum, et Freya plurime magnificatur unacum Frigga; Deas, inquietamus, muliebriter invocat, ex more adfectu muliebri; Terentii verba sunt: *Mulier mulieri magis convenit; sancte quam recta.* Ceteroquin nobis nihil pland' de potentia harum Dearum auxillatrice expressæ memoriam in Edda occurrit. De Freyeri divi bonitate notum est ex *Ægirs-drecca s. Loka-seuna Vers. XXXVII.* per totum, ac de donis Odini ipsius testantur *Hyndlv - Liðð* vers. II. et III.

n) Verþ aldregi 33).  
 Hét 34) ek ok efndak  
 Er ek o) hinnig mæltá  
 At ek hvívetna  
 Hiálpa skyldak.  
 Þá er avþlíngar  
 Arfi skipto.

x. [BORGNY QVAD].  
 35) Ær ertv ODDRÚN  
 Ok örvida 36)  
 Er þú mér af fári 37)

*Digna essem, nunquam (sane 33).  
 Vovi 34, et præstiti,  
 Quod alibi effata sum,  
 Me usquequaque  
 Opem esse laturam,  
 Cum principes  
 Hæreditatem dividerent.*

x. [BORGNYA FATUR].  
 35) Delira es, ODDRUNA!  
 Atque mentis inops 36),  
*Cum tu mihi in animi exulceratio-*  
*nem 37)*  
 Flest

n) Verþ, Id. et intra cancellos L. sed vocat in Membr.

o) Hinig mæla, Mbr. utrumque perperam. Modò autē voculam *Ek* nescit S.

33) Subaudi: digna eras. Vix est, ut liceat, ser-  
 moni convenienter, *Aldregi* hic capere pro  
 Noxurantima, unquam, etsi connexio Textus  
 et intensio loquentis id omnino requirunt.  
 Ea tamen acceptio utcumque fulciri posset ex  
 simili particula *Æsagi* in *Hymnis-quida* cum  
 ejus interpretatione affirmativa. Nihilominus  
 semper est suspecta, dum firmioribus argu-  
 mentis s. exemplis stabiliter. Necessitate  
 ergo adacti alterum illud, quod in Versione  
 est, amplectebamur, etsi concedimus id in  
 stylo nonnihil coactum esse. Quāpropter au-  
 tem dicat Odruna Eam ope indignam fuisse,  
 ipsa declarat vers. XI. per totum.

34) Intelligendum: putamus votum generale, pu-  
 peras laborantes: ubincunque et quoconque  
 modo juvandi, ab Odruna principe factum,  
 injuriam passa, vel saltem metente, a fra-  
 tribus in divisione paternæ hæreditatis. At-

talus rex fratrem habuit nomine Sörlium I.  
 Serlius, teste I. auctore stemmatum Mantissa.  
 ad calcem Ol. f. Tr. ed. Scalholz.

35) Hic non nullam gratiam credimus nos iniisse.  
 ab harum literarum amantibus, ed quod con-  
 fusionem, sensui multum officientem, in  
 quinque sequentibus versibus excessimus et  
 discussimus; nimur Libri nostri omnes ver-  
 sus XII., XIII., et XIV., versui Decimo et  
 XI. præposuerunt, unde dici vix potest,  
 quanta obscuritas in re ipsa orta fuerit.

36) Ær, et örvti, cuius femininum hic est ör-  
 vita, rarum sane, eas voces, inquitimus, li-  
 benter iungit Auctor, quemadmodum in *Lo-  
 ka-Glepfa*, vers. XXI. lin. 1 et 2.

37) Potest et illud *Af fári*, et sine dubio quidem  
 rediut, dari per, Ex atroci iracundia. Fári,  
 expressè est Ira, in Edda Snorriana Cod. Jör.  
 verba ejus: *Fári er reidi*; quod ulterius firma-  
 tur.

Flest orþ of þ) qvap.

En ek *q*) fylgdak Péð 38)

A fiörgynio

Sem vip bræprom tveim

Of *r*) bornar værim.

Pleraque verba profata es:

At ego tibi studebam egomet 38)

In tellure,

Tanquam nos ambæ fratribus duobus

Essemus progenitæ.

xi. [ODDRUN QVAD].

Man ek hvat þú

Mæltir *s*) enn um aptan

Þá er *t*) ek GVNNA RI

Giörþag drecko.

Slisks dæmi 39) qvapatto

Síþan mvndo

Meyio verþa

Nema mér einni.

xi. [ODDRUNA DIXIT.]

Ego [*id*] memoria teneo adhuc,

Quod tu loquuta es vespere quodam,

Quando ego GUNNARI

Convivium ornavi:

Tale exemplum 39) negabas

Postea fore

Virgini eventurum,

Nisi mihi soli.

xii.

*p*) *Qvap*, omnes Libri, non *Qvade*, vulgatus.

*q*) *Fylgda*, S. Ille spernit repetitionem hujus Pronominis personalis, quæ tamèn servit sententiae intendendæ, et affectu exprimendo hic et alias, in hac Oda præstimum.

*r*) *Borin*, omnes, in neutro plurali, prorsus alienè a contextu, unde necessario *bornar* fæmininum pro eo restituimus.

*s*) *Enn*, in hac linea præferunt Omnes, quod mutare noluiimus, etsi ad polsín lepidius fore eam voculam referre ad lin. anteced. hoc modo: *Man ek enn hvat þú Mæltir um aptan*, quod et in versione sequuntur sumus. Alias transpositio tanta tantilla vocula aut similiuum nostro Auctori parum est usitatæ. Ergo si quis mavelit, Eam in sua sede servare, sensus foret: Quod tu porrò (*o*: præter alias injurias) loquuta es &c.

*t*) *Ek*, extrudit S. suo more.

tur è *Gifla-saga Súrfsónar* de muliere quadam  
Gislium in exilio occultante: *Hen var fárs-  
kona sem mefi i skapi ok inn mefi queunskratti*,  
*i. e. Ingenio suo ea sànd fuit furia (propter  
iracundiam sc.) et cæcodæmonum summus sub  
forma muliebri.*

38) Ingratum animum Oddrunæ exprobaret.

39) Ergo indecens et probrosum olim habitum  
fuit, mulierem, saltem virginem, virum ad  
coenam aut compotationem ad se invitare.

## XII.

Pá nam at fetiaz 40)  
 Sorg-mód kona  
 At telia bavl  
 Af trega stórom.  
 Var ek vpp alin  
 I jöfra sal  
 u) Flestr fagnapi 41)  
 At fíra rápi.

## XII.

*Deinde consedit 40)*  
*Ægritudine defessa mulier,*  
*Enumerare (enarrare) calamitatem*  
*Ex moerore magno:*  
*Educata sum*  
*In regia aula,*  
*Plurimi adplaudebant [michi] 41)*  
*Publico consensu.*

## XIII.

x) Unda ek aldri 42 a)  
 Ok eign favpor  
 Fimm vetr eina  
 Sva at minn fapir lifdi.

## XIII.

*Lubenter fruebar ætate 42 a)*  
*Et bonis patriis*  
*Quinque hiemes solas,*  
*Meo patre vivente.*

Pat

u) *Flestr*, Omnes, atque id utcunque servavimus; interim tamen opinamur legendum esse in Dandi casu, *Flestom*, et jungendum in sensu cum sequenti *Fagnapi*, quod tum Nomen subst. foret in eodem casu. Inde sensus existeret: Educata eram — — inter plurimas delicias, ex hominum (3: parentum et cognatorum) voluntate.

x) *Unþa*, Membr. et L. per þ, aliquoties explosum.

40) Ex ipsa mentione rei molestæ et maxime mentione Gunnaris injœcta, vers. preced., occasione adripit Heroina suas calamitates enarrandi, et hic propriè incipit lessus vel lamentus ejus, quod tamen satis altè repetitur, scilicet ab ejus nativitate et educatione, et satis quidem latè, usque ad finem vers. XIV. quæ letitiae nihil aliud facit, quam ut amissa luctum subsequentem eò acerbiorē

reddat, et hoc est artificiosè observatum ab Auctore.

41) Heroina ait, se in pueritia populo in deliciis fuisse; quod scilicet ab ingenio ejus amabiliter provenisse.

42 a) Hæ duæ lineæ sanè quam poëticæ sunt, et dilatant illud nudum *Ek lifði*, vixerāt, et mire puerilla quinquennis, l. intra quinquennium, fructum memorat opum paternarum, non tamen sine ratione, ob spem hæreditatis futuræ,

Pá tam y) at mæla  
Mál ip z) efsta 42 b)  
Siá mópr 43) konúng  
Afr han sylti.

*Id verò eloquutus est  
Verbum supremum 42 b)  
Animosus ille 43) rex,  
Antequam occumberet.*

## XIV.

Mik bap han gæda  
Gvilli ravþo 44)  
Ok svþr 45) géfa  
Syni \*) GRIMHILDAR 46).  
Qvapa han p) ino æpri

*Jussit me beari  
Auro rutilo 44)  
Et meridiem versus 45) dari  
Filiae GRIMHILDE 46).  
Negavit ille ullam præstantiorem*

Alna

- \*) *Ek*, ego, L. ex varietate, ineptè.  
 z) *Afza*, S. illud & initiale procedere posset, sed nudum z in talibus nunquam processerit.  
 \*) *Grimldar*, Membr. et L. sine adspiratione in medio, quod ex enuntiatione rectum est, non aliundè.  
 b) *Ina* (*Ena*) L. S. sed lectio Membranæ est etiam recta et antiqua. *Han átti Finnu hino* (non *hina*) *fögrv*, est in *Kormaks-saga* Membr. opt. Porro æfre; per & in fine, Omnes; sanè quam ineptè, et nulli bono, neque nisi ad ignaros homines in errorem inducendos.

42 b) Vide quantum puellula cordi fuerit patri morienti.  
 43) Mópr cepimus adjectivè, quemadmodum in Snorri, utique in adjectivis complexis, sciimus existere aliquoties; sed loca specialia adlegare nunc non suppetit. Adferimus solum verbo Thordi Kolbeinsoni, eximiij poëta, de Gunnlögo Ormstunga in hujus Vítâ, ubi cænit ultimum Ejus et leihale cum Rafne præliu singulare; verba sunt: *Hann varð hvatra manna Hug-mádr drifinu blíði*; confer versionem *Gunnlaugs-saga* pag. 179 not. 114, quæ aliquatenus procedit, etsi, quod ad vocem *Hug-mádr* adtinet, aliquantum videtur exaggerata et simul nimium restricta; nam de

versione ipsæ pag. 181 lin. 5, quid est cur dicere velimus, dum ea extra oleas evagatur hic, ut alias interdum.

- 44) De dotalito domestico intelligendum, conf. *Gudrunar-Qvidam Idolum* vers. I. lin. 5 seqq.  
 45) Adeo, secundum hæc, rex Attilus imperabat regioni borean versus sitæ, respectu ejus, cui Gjukins et filii prætererant.  
 46) Gunnari nimirum, cuius mater Grimhilda supervixerit regi marito. Historie nostrates præcisè expressæ memorant, filios a matre superstite, defuncto patre, nominatos fuisse, ex. gr. *Laxdæla-saga magna* de Thorgilse Hallæ.

Alna myndo  
Mey i heimi  
Nema miötvþr 47) spillti.

*Natum iri  
Virginem in mundo,  
Nisi fatum 47) id corrumperet.*

## XV.

- 48) BRYNHILDVR f búri  
Borþa ø) rakþi.  
Hafþi hon lýpi  
Ok lönd vm sik 49).  
Jörþ dúsápi  
Ok a) vpp himinn 50)  
Þá er bani FAFNIS  
Borg vm patti 51).

*48) BRYNHILDA in gynæco  
Acupitilia evolvebat (traffabat),  
Habebat ea populos  
Atque terras circum se 49).  
Tellus jucundum somnum capessebat  
Atque coelum supernè 50),  
Cum FAFNERIS occisor  
Castrum cognovit 51).*

## XV.

- a) Rakþi, per þe, Omnes, non Rakti, quod nos tamen propter usum anteferremus.  
a) Upp himinn (himin) divisim, Omnes, quemadmodum etiam Membr. et L. præferunt in *Völv-spá* vers. III. Upphimin, una voce, rationabiliter tamen diceretur, quemadmodum *Uppheimr* in *Alvis-málom*, vers. XII. lin. 4.

47) Miðþr nostro tempore, et jandu ante, est et fuit vox insolens, tam in sensu, quam in usu; aliquid de ea notatum est in Gloss. Tom. I. sub se ipsa, quod beneficio derivatio- nis fortassis applicari possit ad nostram ver- sionem h. l. Interest, unde orts sit vox; si vernacula est, à vocula Miðt, pro Midt, in medio, l. medium, quid aliud notaverit, quam intercedens aliquid, obstaculum, ini- pedimentum?

48) Transitio ferè supervacanea a re primaria in tribus sequentibus versibus continetur, in re- latione tamen nullibet haud improbanda.

49) Ambiguum est, num hæc de Brynhilda regi- ne insigni dignitate accipienda sint, an verò

de ejus artificio manusli in acupitilibus; ad posterius magis inclinamus. Consule omni- ð, quod ad hanc rem adinet, *Gudrunar-Qui- dam Ildam* vers. XIII. XIV et XV.

50) In hisce duabus lineis continetur Noctis de- scriptio, poërica sanè, sibi non memorata.

51) I. e. venit ad Brynhilda exedram solitariam, sive illam montanam, de qua in *Brynhildar-Quida* Ia et ejus Prologo prossico, sive dome- sticam apud Heimerem nutritum, de qua *Volfsunga-saga* Cap. XXXVI. pag. 67. Ad priorem sententiam magis inclinamus. Patti quo I adinet, id verbum in re dubia accep- imus pro þeckti, que notio facile applicari potest

## XVI.

Pá var vís vegit 52)

Völsko 53) sverpi

Ok 54) borg brotin

## XVI.

*Tunc cædes faæla erat 52)*

*Gallico 53) ense,*

*Et 54) munimentum disruptum,*

b) Sú

potest ad adventum. Credimus poëtam insignem Thjodolfum de Hvina, Ennum septentrionalem, in fragmento Poëmatis *Hauflöng* super Thorfi et Htungneris monomachis nobiscum facere; verba ejus in *Edda Skorðiana* sunt, vers. dii poëmatis III, lin. 5 seqq.  
„Mök frá ek mæti hrókva Myrk-beins haka reinar, pá er vīgigan vagna Vatt sinn þauja þatti, s. Vatt sinn bana þátti; i. e. Multum audi resiliuisse estimatorem nigri ossis liru Hakialnæ, ubi militari facie insignem rhedarum dominum, suum occisorum futurum cognovit. Hæc presse ad verba expónere libitum est, ut ali melius explicitem rem ipsam, siqu possint, quique homines solent semper in re hærente, verbis subinde neglegitis. Sed exemplum sati esse arbitramur ad notionem verbi þatti I. þátti, quam amplexi sumus, adstrandum.

52) Fasneris nempe et Regini fratris, conf. *Sigurdar - Quidam IIIdam* parte II. Et quando regia virgo ante mentionem fecerat Sigurdi lin. 7 vers. præced., ex more hominum in relatione occupatorum, has duas lineas de Eodem inicit.

53) Olim in pretio fuerunt gladii in Gallia fabricati, ut discimus, præter alia, ex hoc Thorbjörni Hornklofi magni poëtz apud Haraldum R. pulehriconum, fragmento Poëmatis de Eo, quod incipit: *Heyrdir þá i Hafursfírdi Hæ hisig bardis*, ubi post legimus in navium (*Knerrir ibi adpellantur*) mentione: *Hlæðir vörðir hólda ok hvitva skialda, Vigra veðranna Ok valfska sverða*. Hoc autem canit poëta dè adparatu ultimæ et decretoriæ

expeditionis regis Haraldi, ante quam totam Norwegianum sibi subjiceret. *Consule Snorrius, & Noregs-Konunga Tal*, fragmentum quantivis pretii. Alias notum est ex *Völfunga-saga*, exiniū Sigurdi gladium, qui *Gramr* s. *Sævus* nomine cluebat, in Dania a Regino fabricatum fuisse, duratum fortasse Gallico artificio; aut Gallicus hic per excellentiam de quoquoniam gladio melioris fabrice diceretur. 54) Hic *þjan*, deinde, necessario subaudendum, ad vitandam temporis confusionem, quæ facile oritur ex verbo *Var* in I lin. vers. ad res diverso tempore gestas applicato. *Borg* quod admetit, res reddit ad stymolam, quæ facile dari potest, si quis eam estimet hominum peritorum. *Borg* hic de ipso *Vafurlogio*, i. e. Igne, exedram Brynhildinan cingente, cum ratione accipitur, ne facile alter potest, ob præcedentia, et partim sequentia hujus versus. Quod autem *Byrgia* sit claudere, includere, non modo enim tegere vulgare, ad patet satis ex *Egil-saga* *Scallagr. sonar*, Cap. de Cræde Bergöundi &c. *Ver vokum hér — yfir sít vörö er byrgt er í grindum*, i. e. Nos advigilamus hic — nostro pecori, quod clathris clausum est. Unde concludimus *Borg* et *Byrgia* de quoquoniam sepius rationabiliter accipi posse, sed utrum horum sit primitivum, videant qui originationes contenuunt. *Brotinn* modò post, pertinet ad transiū Sigurdi per flammam ante memoriam, *Vafurloganu*, de quo et qua commemorat *Völfunga-saga* Cap. XXXVI pag. 67 et 68. Verba ejus: *Heimir quæd; — þannu einu mann*

b) Sú er BRYNHILDVR átti.

Vara lángt af því

(Heldr vá lítid)

*Quod BRYNHILDA possedit.*

*Haud diu erat exinde,*

*(Quod non sanè mirandum est)*

Unz

b) Señ, S. nihil dexterius.

mun hon (Brynhildv) eiga vilka, er ríðr eld  
brennanda, er fleginn er um fal hennar. Þeir  
funa salinn ok eldinum; sá þar borg gulli lyfta,  
ec braun þar eldriu vtau. — — — Gráni  
hleypt nú fram at eldinum. — nú verdr gnyr  
mikill, er eldrinum tók at æfas.

Jörd tók at skálfa

Ok hárr logi

Vid himin græfa.

Fyrir treyfis þar

Fylkis verka (forte recka)

Eld at rida.

Nú yfir fíga.

Sigurdr Grána

Sverdi keyrdi.

Eldr stóknadi

Fyrir édlungi.

Logi allr legðin

Fyri los- gjörnum.

Blikr reiþ

Er Reginn átti.

Ok er Sigurdr kom inn um logann, fann hann  
fagur herbergi; ok þar i sat Brynhilda. I. e.  
Heimer dixit: Ei soli viro nuptrum ire velle  
eau (Brynhildam) arbitrör, qui quod vehitur  
per ignem flagrantem, circundatum ædi illi-  
us. Illi inveniunt ædem et ignem; vident-  
que ibi castrum, auro illustratum, circa quod  
exterior ignis flagrabat. — Et jani Granus ad  
ignem procurrit. — Simil existit sonitus in-  
gens, ubi ignis effebuit.

Terra moveri coepit,

Atque flamma alta

Ad coelum emicare.

Pauci fidebant sibi illic  
Regis facinora edere (comitum)  
Ignem perequitare,  
Neque transire.

Sigurdus Granum

Gladio concitevit.

Ignis extinxit us est.

Adventientis regis operâ,

Flamma omnis subsedit

(Herois) gloriæ cupidi operâ.

Splendebant ephippiæ,

Que Reginus possederat.

Ubi autem Signurdus per flammam intrò venit,  
deprehendit ibi ædem pulchram, atque in hac  
sedit Brynhilda. Necessariò adtrulimus hoc  
testimonium: citati Libri, idque è magis,  
quoniam ibi continentur argumentum poëti-  
cum, sententia firmandæ, nusquam alias ob-  
vium in Eddis. Sunt tamen aliquot peccata  
hic in Bjorneri Editione, quantumvis per se  
non contemnda, quorum unum hic notasse  
sufficerit, obvium in ultima prosa ante ver-  
sus insertos, hisce verbis: Mikiller (una vo-  
ce), eldrinnum tók at æfas; ubi insigne nobis  
suspicio est, istud Er esse ab aliquo imperito  
intrusum, et id quod sequitur, e versus ini-  
cio in prosa retractum, nam in aperto est,  
primam lineam versui decessit, quam facilè  
suppleverit ex isto prosaico, leviter mutat:   
Eldr tók at æfas. Sunt credibile est, versus  
a nobis adlegatos, ad nostram Eddam olim  
pertinuisse, fortasse ad priorem partem frag-  
menti Oda Brynhildinae Iklæ; eundem utique  
genium sapiunt.

Unz þær vélar  
Vissi 55) allar.

*Donec eas fallacias  
Resciret 55) omnes.*

## XVII.

Þess lét hon harpar  
Hefndir verpa  
Sva at vér <sup>c)</sup> avll 56) höfom  
Ærnar ravnir.  
Þat myn á havlda  
Hvert land fara 57)  
Er hon <sup>a)</sup> lét svæltaz 58)  
At SIGVRPI.

## XVII.

*Illa ejus rei atroces  
Ultiones fieri curavit (effecit),  
Adeo ut nos omnes 56) naði simus  
Ær umnas nimias:  
Id in quamcumque mortalibus  
Habitatam regionem perferetur 57),  
Quod Illa mori se passa est 58)  
Propter SIGURDUM.*

## XVIII.

En ek GUNNARI  
Gata at ynna

*Ego autem GUNNAREM  
Amabam sanc*

Bavga-

<sup>c)</sup> *Avll*, excl. S. minus benē! aut plenē, ad pōssin et sensum.

<sup>a)</sup> *Lét svæltaz*, duriusculum satis in oratione metrica; *Svæltaz lét*, foret lepidius.

55) Brynhilda nimirum. Fallacie autem lin. preced. consistebant in rebus duabus; nempe Io Grimhilda Gunnaris mater Sigurdum adlexit nuptiis gnata sue Gudrunę, et, poculo oblivionis illi propinato, effecit, ut sponsam Brynhildam reprobaret; et aðo Sigurdus pro Gunnare, vel sub ejus persona, Brynhildam huic in matrimonium ambebat, contra quam ei antea virginis, sponsae sue, promiserat. Consule *Völunga-fágan* Cap. XXXV. et XXXVI. et *Sigurðar - Qvidam* ultimam vers. II. III. & IV.

56) Nempe ego et Brynhilda soror, item Gudruna, Sigurði quondam uxor, atque ejus fratre

tres, quos jam ab Attalo casos fuisse constat ex hac ipsa Oda, vers. XXVI., cum virgo prínceps hunc Lessum cantaret.

57) Amplificatio duplicitis flagitiis Brynhilda, pri-mò quod sua instigatione auctio fuerat necis Sigurdi, et secundò quod se ipsam interermit, eō cesso.

58) Vel, de industria mortem oppetivit, s. mortem voluntariam ipsa sibi conscivit. Viderur denique Oddruna narrationem de Sigurdo et Brynhilda intulisse ad demonstrandam originem amoris sui infelicitas erga regem Gunnarem, ejusque infastum progressum et extum, ut posthac videbimus.

Bayga - deili

Sem BRYNHILDVR skyldi 59).

En han BRYNHILDI

Baþ hiálm géta 60),

Hana d) qvaþ han óskmey 61)

Verpa skyldo 62).

XIX.

Bvþo peir e) árla 63)

Bayga ravpa

*Annulorum partitorem,*

*Proinde ut BRYNHILDAM oportuerat 59):*

*Ille verð BRYNHILDAM*

*Jussit galeam capere 60),*

*Edixit, ut electrix virgo 61)*

*Ea fieret 62).*

XIX.

*Obtulerunt mature 63)*

*Annulos rutilos*

Ok

d) Baþ, jussit, iterum S. et deinde Heita, pro Verþa, i. e. nominaretur, eleganter satis ad poësin, et fortasse unicè rectè, idem Lib.

e) Árla, Attalo, L. ex varietate, non ingratiā tautologiā, nam sequitur lin. 3. Bráþr mīnom.

59) Tantquam uxor ejus. Credibile est, amores inter Gunnarem et Oddrunam viva adhuc Brynhildā extitisse, vel potius Oddrunam principem amorem in Gunnarem concepsisse jam ante, quam illa matrimonium cum Brynhilda, et forte Brynhilda aliquid odorata sit de hisce amoribus, atque adeò inde vaticinum hoc fecerit, in Sigurda - Quidam ultima: *Mundo Oddrunu Eiga villa, et post eodem versu: Íþ mænvið fáta á lava faman. Hau mra þér unna sem ek skyldak; que ultima mirè conveniunt cum hisce verbis Oddrunae.*

60) Ambigi potest, quo tempore rex Gunnar hoc jusserit, anne aliquando dum illa ei Brynhilda in conjugio vivebant, an verò ad ultimum, quando Brynhilda regina propositum cuperat se ipsam, caso Sigurdo, interficiendi. In re dubia ad priorem sententiam magis inclinamus, propterea, quod, narrat *Volfsunga-saga* Cap. XXXVIII. pag. 77, ubi Brynhilde verba hec sunt, in colloquio cum Sigurdo: *Eigi fá*

*ek fra Gunnar, at minn hvgr hlæi vid honum, og grím en ek vid hann, þó ek hylie fyrir oddrum. Þat er ógurlegt, sagði Sigurðr, at unna eigi flíkum konungs; i. e. Nunquam ita vidi Gunnarem, ut meus animus ad ejus presentiam rideret, atque ego illi irata sum, et si id celeri alios. Horrendum est, inquit Sigurdus, non amare tales regem.*

61) *Osk-mey posuit, pro antiquitus magis notiore voce Valkyria. Notum est autem, Brynhildam in juvenia sua Amazonem fuisse, ex hujus Hefoingz Oda Ia, s. Sigurdrifso - málom, prosa 3ta, ubi expresse memoratur eam fuisse Valkyriam..*

62) Quandoquidem nimirum adeò discordabat uxor a suo conjuge (conf. N. 60 supra). proposuit rex, ut ea, reliquo matrimonio, ad pristinam vitam amazoniam reverteretur.

63) Árla, quam ciuitissimè, pro fratre l. bráðte, non sanè est peccatri usus, sed sinè dubio tameñ rectè hic adhibetur.

- Ok bræpr mínom 64)  
 Bætv̄r ósmár 65).  
 Bayp han 66) enn viþ mér  
 Bú fimbán 67)  
 f) Hlíp-farm Grána 68)  
 Ef han 69) hafa vildi.

## xx.

- En ATLI qvaz  
 Eigi vilia  
 Mynd aldregi 70)  
 At megi GIÚKA 71).  
 Peysi viþ máttom  
 Viþ munom vinna 72)

f) *Hlíp-fram*, L. ex varietate, nullo sensu.

- Fratri meo, atque*  
*Satisfactioñes non tenues 65);*  
*Obtulit porrò ille 66) pro me*  
*Prædia quindecim 67),*  
*Onus laterale Grisei 68),*  
*Si iste 69) accipere vellet.*

## xx.

- Atqui' ATTALUS dixit,*  
*Se non velle*  
*Antiphernam unquam 70)*  
*A filio GJUKII [acceptare] 71):*  
*Neque tamen nos potuimus*  
*Adfectibus (desideriis) obsistere 72),*  
 Nema

- 64) Faciē dicere poterat. *Braþr minom*, *Ok bætv̄r ósmár*. Altera positio verborum, figura sapit.  
 65) Nimirum de voluntaria nece Brynhildæ, Attali sororis, initio orta ab fraudibus Grimhilda et filiorum ejus aduersus Sigurdum. Consuli *Heleðr Brynhildar* versu penulti, et *Sigurðar-Qvidam* ultimam vers. II. III. IV.  
 66) Prius ambo fratres, Gunnar et Högnius, intelligendi sunt lin. I. hic verò Gunnar solus.  
 67) Dos a marito sponsæ oblate hic intelligenda est, quæ hodie in Dania usu ferè obsolevit.  
 68) Respic *Sigurðar-Qvidam* IIam, prosa ultima, et Ejusdem *Odain* ultimam, versu incipiente: *þrim hétrumkþá Þjóðkonungí*, *Er med gylfi sat A Grána bögum.*  
 69) Attalus nimirum, frater Oddrunæ, tam in ejus dorem, quam in satisfactioñem necis Brynhildæ.

70) *Eigi - aldrygi*, duplex negatio pro simplici, intendendi gratiâ. Confer tamen Vers. IX. cum nostra adnotatione sub N. 33.

71) *Megi Giúka*, nempe rege Gunnare. Ista autem recusatio Attali protæcta est ab odio in Gunnarem ob jaeturam sororis Brynhildæ, quæ quadamtenus ab hoc rege orta fuerat.

72) *Viþ munom vinna*. Conf. *Vinnat Skjöldan-gar skavpon*, ex *Helga-Qvida IIda Skavpon viþr mangi*, ex *Atla-Málam*, et, *Engi mi vid skavpon vinna*, ex *Wolfsunga - saga*, Cap. XXXIX. pag. 82, et Cap. LXV. pag. 97. Noluius celare nostram suspicionem, quod fortasse *Munir* hic de Paris accipi possint, quantum eam vocis significationem exemplis adstruere nondum possumus. Interim conf. Vers. ult. *Ode* præsentis, lin. 5 & 6.

Nema ek hélt havfdi 73)

Víp hríng-brota 74).

XXI.

Mælto margir

Mnir nipiar

ff) Qvápvz ockr hafa

Orþit 75) bæpi.

En m k ATLI qvap

Eigi myndo

Lýti rápa 76)

Né lavst g) göra.

*Nisi ego caput adplicabam 73)**Annulifrago.*

XXI.

*Verba fecerunt multi**Mei cognati,**Adserentes, nos ambo una**Ab se oppressos (deprehensos) esse:**Atqui ATTALUS ajebat,**Non fore ut ego**Nefas committerem 76),**Neque flagitium facerem.*

XXII.

h) En flíks skyli

Synia aldri

*Verùm tale quid non deberet**Inficiari unquam*

Mapr

ff) Qvóhoz, S, et rectè.

g) Géfa, darem, præberem, S. suspectum.

h) En flíks &amp;c. Has quatuor lineas sibi separatis exhibet S. quem sequi nobis vísum est.

73) Svavis et rara expressio amoris commerciorum in hisce continetur.

74) Hring-broti oppid quasim rara vox, et elegans. Hring-briöt, vulgarius pro eo dixit Egillus Skallagrini in Redemtione sui Capitis,

75) Vix est, ut exemplum detur talis applicatio- nis verbi At verpa; interea contextus efflagi- tar, ut eo sensu hic capiatur, quem Versio prefert; analogia etiam eð adspirat, nam haud multum absimiliter dicitur in LL. Islan-

dicis: Ef maþr þendr manu á kono finni. Fortasse hinc illustrari possit locus Njel- sagæ vexatissimus: Eigi skal einn eindr alla verda, i. e. Unum juramentum omnia (Ju- ramenta) comprehendit (I. includit).

76) Vel, ad verbum proprius: Vitiō uteret o; Vitium haberem. At fþyra, synonymum verbum tñu Ráha, in tali sensu notum est, ut notatum jam olim ab altero nostrum ad Arin- biarnar-drápam Egilli in ejus Historia.

Mapr fvr annan  
i) Par er mynvp deilir 77).

## XXIII.

Sendi ATLI  
Ård 78) sīna  
Vm myrkvan vīp k)  
Mīa at freista.  
Ok þeir qvāmo l) par  
Er þeir koma nē skyldop 79),  
Þá er breiddo vīp  
Blæio eina 80).

## XXIV.

Bvpo vīp þegnom  
Bavga ravþa  
At þeir eigi  
Til ATLA segþi.

Quisquam de (pro) altero,  
Ubi cupido est arbiter 77).

## XXIII.

Sublegavit ATTALUS  
Famulos suos  
Per opacum saltum  
De me speculatum:  
Atque illi eò venerunt,  
Ubi utinam ne venissent!  
Cum nos ambo instravimus  
Unum stragulum linteum 80).

## XXIV.

Ultrò obtulimus famulis  
Annulos rutilos,  
Ne [quid] illi  
ATTALO indicarent:

(m) En

- i) þar, exsulat ab S. unde sensus fortasse fuerit: Qui cupidinem distingvit : cognoscit.  
k) *Meyiar*, de puella, add. L. ex Chart. varietate. Eam etiam vocem videre est in Membr. ipsa, sed punctulis subductam. Ab initio credibile est, lectionem hanc fuisse genuinam, ita tamē, ut inciperet lineam sequentem, excluso Mīn; atque ea sancta alterā est elegantior et figuratior.  
l) þar þeir, in subsequentem lineam trajicit S. extruso Er, rigidusculē et minus ad guttū priscum et genuinum sermonis.

77) Hæc sapient sententiam generalem, re ipsa verissimam. Quod ad verbum Deilir adtinet, is, qui distribuit quidquam, vel inter alios, vel inter se et alios, ceterus Arbitr̄ recte dici potest.

78) Terminatio vocis Ara in acc. plur. notanda, nam recentiores Nostrates Ara frequentant,

de Cacodæmonibus non sine confusione car-  
suum Gignendi et Accusandi.

79) Ne skyldop due negationes pro una, ut sa-  
pius amat Noster.

80) I. e. aliis verbis, una cubuimus, et sancta  
quam honesta est phrasis hæc de re subterpi-

m) En þeir n) óliga

ATLA favgo

Ok hvalliga

Heim skvndopo 81).

*Sed illi properanter*

*ATTALO indicarunt,*

*Atque festinè*

*Domum se corripuerunt 81).*

XXV.

o<sup>1</sup>) En þeir Gyprúno

Görla leyndo

Pvfat hon helldr vita

Hálfo skyldi.

XXV.

*Sed GUÐRUNAM*

*Celarunt penitus,*

*Nam eam duplò magis*

*Scire oportuerat.*

XXVI.

Hlymr var at heyra

o<sup>2</sup>) Hóf-gyllinna 82)

XXVI.

*Sonitum erat audire*

*Ungulas auratorum 82),*

pá

m) En þeir &c. cum lin. sequ. desiderantur in S., histu turpi in sententia.

n) *Oliga*, membr. et L. non enim *Odliga*, quod tralatitium; sed alterum se tuetur per analogiam, beneficio vocis *Góligr*, Poëta anonymi apud Snorrium in vita Magni Nudipedi regis, his verbis: *Ból þar er ek veit góligist*, pro *góðligist*. Item alterius Poëta in Olafs *Helga Saga*, ut opinamur: *Gáruþ gríðar fóra Gólig favng til jóla.*

o<sup>1</sup>) Hæ quatuor lineæ unum versum sibi constituant in S. sicuti vers. XXII. supra. Ista autem repetitio voculaæ *En* minus grata est, propter lin. 5 vers. præcedentis; fortasse tamen serviat adfectui exprimendo in querela muliebri.

o<sup>2</sup>) *Hof-gyllinna*, per o lene, L. et S. ad verbum, auratorum templi instar, satis magnificæ in ea re; videant docti homines, vel saltem, qui sibi in hisce docti esse videntur, quantam confusionem pariat iste vocales accentuendi vel duplicandi neglectus.

81) Figura Hysteron proteron, ut supra var. left.-e ad vers. III.

82) Adhuc possuit epitheton equi, pro Substantivo ipso, ut supra vers. II. lin. 6 et 7. De

ungulis autem auratis equorum, monuit Alter nostrum in Gloss. Tom. I. sub voce *Skrægtiarn*, paulò ante finem.

Pá p) er i garþ[ri]po  
GríKA arfar 83).

84) Þeir or HAVGNA  
Hiarta skáro  
En i orm.-garþ  
Ánnan 85) lavgþo.

## XXVII.

Var ek enn 86) farin  
Eino sinni  
Til GEIRMUNDAR  
Görva dryckio 87).  
88) Nam horfkr konúngt

Cum in aream [palatii] equitarunt  
GJUKII hærcdes 83).  
Illi HÖGNIO [vivo]  
Cor execuerunt,  
At in carcerem anguum  
Alterum 85) collocarunt.

## XXVII.

Interea, ut sapius, 86) profecta eram  
Una vice  
Ad GEIRMUNDUM,  
Convivium agitare 87):  
88) Rex elegans occepit

Hayrpo

p) Erigarþ, junctim, S. nulla cum ratione, neque sensu.

- 83) Nimirum ab rege Attalo ad convivium vocati, de qua re ambitionē narratur in *Attala & Atla - málom enom Grænlenzkom*, item in *Völfingafaga et Niflunga-faga*, etsi res ipsa ex hujus ultima relatione non parum distet ab ceteris. De pompa fratribus introiunctionis et equorum ornatu potius loquitur, quam de eo, quod magis necessum erat, nempe de invitatione regis, semē muliebriter. De cetero credibile est, Gunnarum consuetudinem cum Oddruna principe, adversus fratris ejus Attali voluntatem, non inter minimas causas fuisse, quamobrem Attalus, per speciem amicæ invitationis, Gunnarem et Högnium fratres proderat atque occideret,
- 84) Mita brevitate transitil pugnam inter Attalum et Niflungos, et satis habet tantum verbulō adtingere horum exitum, Högnium im-

primis, nam de amasio suo Gunnare prolixius agit III. sequentibus versibus.

- 85) Animus virginis abhorret, propter luustum, ab nomine proprio amici sui expressè profendo, quod nec facit in sequentibus, priusquam de vita ejus aëtum esset.
- 86) Adparet, hanc regiam principem convivialis agitandis, ex ingenio suo fortasse, vel, quod prioniores sumus credere, ex necessitate, quod dissors facta fuerit a fratribus in patrimonii divisione. Respicite nos supra ad vers. IX. sub n. 34.
- 87) Hic paulò aliter accipitur istud at *görva dryckio* (drecko) quam supra versu XI. lin. 4- sed utrobique verbum géra, görva, rectè applicatur.
- 88) Ex longo intervallo ait se audisse amasium in ultima necessitate pulsantem citharam.

Havrpo *q*) svegia.  
 Þvist han hvgdi mik  
 Til hiálpár fér 89)  
 Kyn-ríkr konúng  
 \*) Of koma myndo.

*Citharam torquere,*  
*Nam sperabat me*  
*In auxilium sibi 89),*  
*Stemmate potens princeps,*  
*Adfuturam esse.*

## XXVIII.

Nam ek at heyra  
 Or *s*) HLES-EYIO 90)  
 Hve par af strípom  
 Strengir gvllo.  
 Baþ ek *t*) ambáttir 91)  
 Búnar verþa.  
 Vilda ek fylkis  
 Fiöryi biarga.

*Exaudiebam*  
*E HLESEYA 90)*  
*Quomodo illic intusæ*  
*Chordæ sonarent:*  
*Jussi famulas 91)*  
*Esse paratas,*  
*Cupiebam regis*  
*Vitam servare.*

## XXIX.

- g*) *Svegia*, membr. et L. quod Neoteris placere opinamur; atqui negamus esse ad genium sermonis, per *i* in priore syllaba.  
 r) *Of*, Omnes, quod servatum magis sapit genium Auctoris, quam exclusum, quod facile per metrum erat facere.  
 s) *Hles-eyio*, per duplum *s*, L. et S.  
 \*) *Af strípom*, Omnes, non enim *Strípir*, quod facilius et planius, atque in versione nostra adoptatum. Non tamen celandum est, illud *strípom* utcunque pro Adjectivo posse accipi, et epitheto regis Gunnaris, tanquam asperi bellatoris.  
 1) *Ambóttir*, S. archaizans, conf. *Ambér* &c. in Gloss. Tom. I. hujus Eddæ.

89) Incantationis beneficio nimirum. Id autem artificium Odrunam principem calluisse, videntur supra vers. VI, lin. 5 ad 7; nam vix processerit statuere, quod Oddruna, - pau- pera princeps, manum armata contraxerit, vel contrahere potuerit, ad amicum servandum.

90) In hac insula supradictum Geirmundum co-

luisse, necessarium est; at eam fuisse *Ler- fion* Danie nostra, ab omni verisimilitudine est alienum; propter lin. 1, 3 et 4 hujus versus.  
 91) Adhuc muliebriter loquitur et agit; quid enim juvarent famule aliquot ad amasum ē cruciari eripendum; nimirum arte sua freta est princeps, de qua anterius monuimus.

## XXIX.

a) Léton flióta  
Far lynd yfir 92)  
Unz ek alla fák.  
ATLA garpa.

## XXIX.

*Innatare fecimus*  
*Navigium præter sylvam 92),*  
*Donec ego cunctas adspiciebam*  
*ATTALI ædes.*

## XXX.

Pá kom in arma  
x) Út skævandi  
Mópir ATLA.  
Hon skyli morna 93).  
Ok GVNNA RI  
Gróf til hiarta 94).  
Sva at ek y) mættigak  
Mærom biarga.

## XXX.

*Tunc exit scelerata illa*  
*Foras claudicans*  
*Mater ATTALI,*  
*Ea utinam viva putrefiat 93)!*  
*Atque GUNNAREM*  
*Fodit corde tenus 94),*  
*Ita ut egomet nequirem*  
*Illustri salutem servare.*

## XXXL

- n) Etiam hæ quatuor linea uno, versu comprehenduntur in S. quemadmodum superius bis numerò. Deinde in l. i. sequ. Lynd exhibent Omnes, non enim Svnd, quod æquè erat facile dictu, et ad sensum ac rem aptius, nempe: Per fretum (aquam) innatare fec. navig.
- x) *Urfkævandi*, una voce, S. i. e. divaricans, sed parum interest.
- y) Mættiga, Id. in ceteris advertenda est tripla positio Pronominis primæ personæ, sanc quam intensivè et poëticè, præsertim in verbis mulieris.

92) De situ loci, quem Attalus rex incoluit, plerisque hodie, ut et olim, necessariò incertum esse arbitramur, sed per se neutiquam improbable est, saltum aliquem regia virginis fuisse præternavigandum ex insula prædicta, anta quam ad fratis veniret habitacula; de cetero respice observata nostra sub var. left, u in linea prijore.

93) Quod sensum rari hujus verbi adinet, satis dictum est ab altero nostrum in Gloss. Tom. I. Eddæ hujus sub voce Morn. Verisimiliter autem hinc colligitur, Oddrunam non fuisse uterum sororem regis Attali.

94) Nimirum in anguem transformata; consule sanc Gunnars-Slag, vers. XXII. per rotulam, et ejus Introductionem prosaicam in fine.

## XXXI.

Opt vndrumk pat  
 Hví ek eptir mák  
 2) Linn - vengis bil 95)  
 Lifi halda 96):  
 Er ek ógn-hvötom  
 Unna þóttvmz 97)  
 Sverþa deilli 98)  
 Sem síalfrí mér 99).

## XXXI.

Sæpè quidem id miror,  
 Quomodò ego post ea possim,  
*Nympha colubrini arvi* 95)!  
*Vitam retinere* 96):  
*Nam bellò acrem*  
*Amare me opinabar* 97)  
*Gladiorum diribitorem* 98),  
*Ut memet ipsam* 99).

## XXXII.

e) *Linn-vengis*, Membr. et L.; *Lin-vengis*, S. de priore aliquid adfert Vir doctissimus Dr. J. Finnæus, Episcopus Skalholensis in Enotatione cantilenarum, in *Landnáma-bök* occurrentium, pag. 417. quod parum nobis sapit. De posteriore autem, quod in Textu expressis pag. 362. sed ad verbum non exposuit, quem errorem etiam quidam alii errant, de posteriore illo, dicimus, nullum verbum fecit in adlegata Enotatione, neque id sancè facile factu erat, ut opinamur. Unde adeò neutram harum lectionum adoptare nobis visum est, verum potius *Linn-vengis*, quod, in Versione nostra ad verba expressum, re aurum sonat. Hoc fecimus, partim ratione duce, partim auctoritate ipsius laudati Episcopi, l. c. ubi hanç lectionem adlegat ex hoc ipso Carmine Edda nostræ, quam etiam ulterius firmat homo in hisce literis versatissimus ac eruditissimus J. Olavius Hypnones. in Vocab. Indice ad dictum librum *Landnáma-bök*, sub voce *Linni*, *Linnr.* Et sanè non obscurum esse poterat ulli, qui non prorsus ignarus est Poëseos nostræ, Poetam in *Landnáma-bök* pag. cit. dicere debuisse, metrica lege: *Linn-vengis*, non *Lin-vengis*, neque *Lin-vengis*.

95) Est adlocutio ad pueraram honesta.

96) Apparet ex his verbis regis virginis, quam rex Gunnar, vel defunctus, ei cordi fuerit, et quantum amorem érga eum soverit, dum ambo viverent.

97) Pétromz, figura Litotes, modestiam puella regis declarans. Facile potuerat dicere: *Unnak górvra*, (vel etiam *unna górvak*, Verb. auxil. petrigrast.) i. e. amavi pland, vel amavi simpliciter.

98) *Sverþa deilli*. *Bavga deilli* suprà dixit de amico suo rege Gunnare. Notum autem est, reges olim gladios muneri dare solitos esse suis auxiliis, ut ex *Olefs Helga saga*, et *Olafs Tryggvaf. saga* notum est, adeòque *Sverþa deilli* est honesta et recta regis appellatio poetica.

99) Hic amplificat amoris sui adfectum erga Gunnarem; antea illum exegit ad debitum Brynhildæ amorem conjugalem, quod aliquanto minus est, conf. vers. XVIII. lin. 4.

## XXXII.

p) Sattv ok hlýddir  
 Mepan æ) ek sagþac pér  
 Mörg ill um 100) skavp  
 Min ok peitra 101).  
 Maþr hvern lisi  
 At mvnom sínom 102)  
 Nú er vni genginn 103)  
 GRÁTR ODDRÚNAR 104).

## XXXIII.

*Sedebas et auscultabas,*  
*Dum narrabam tibi*  
*Multa sinistra fata*  
*Mei atque illorum 101).*  
*Hominum quisque vivit*  
*Ad animi sui inclinationes 102).*  
*Fam transactus est 103)*  
 LESSUS ODDRÚNÆ 104).

b) Ita Membr. et recte, pro *Sat þú*, sicut *þú-quaþ*, vers. X. lin. 3 & 4 superius. Sed  
*Satzu*, L. usitatè magis. *Satzu*, S. pro *Satstu*, hodiè frequentato.  
 a) *Sagðæ*, tantum, S. solenni suo.

100) Possit sanè vocula *Um* hic accipi ut Prepositio, ut sit ordo: *Um mörg ill skavp*; rigidiusculè tamen id fieret. Nos ergo eam ce-pimus pro expletiva, nihil sensui addente. Quod autem tales particule erian cum nudis nominibꝫ præponi possint, probavit alter nostrum contra dissentientes, sub vo-cula *Of* in *Gloss.* Tom. I. pag. 635 col. I. Istud autem *Mörg ill um skavp* pertinet ad amplificationem, quantum videmus; fatis enim acerbis hanc regiam principem non fuisse con-spectum, nisi quod ad amorem infortunatum cum rege Gunnare, et fortasse, quod ad divisionem patrimonii pertinet, non constat ex ipsis relatione in hoc Lessu.

101) Nimurum Sigurdi, Brynhilda et Niflungorum.

102) Sententia generalis in hisce duabus lineis contineatur, Autori-ne an principi regie adtribuenda? Nostra opinio è vergit, ut tribuenda sit dicta virginis, tanquam epiphonema totius luctuosa narrationis. Quod de cetero adinet ad vocem complexam *Mvnom si-*

*nom*, respici volumus ad vers. XX. lin. 5 et 6, cum nostra adnotatio. Ipsa res in hac sententia contenta èstenuis vers est, quod omnes sanè nitimus ad satisfaciendum nostræ voluntati, quantum nobis licet, atsi quidam hominum, ex. gr. servi, ad eum statum redacti sint, ut iiii id non licet. Verbum *At* *lifa*, de moribus instituendis hoc l. alio modo, non est ita tralatitium in antiquo sermo-ne, ut in hodierno; verum tamen sine dubio recte adhiberi potest, quod analogice probari potest ex voce *Liferni* de moribus usitata.

103) *Um gengiun* hoc sensu, pro *Um Hidin*, vel *buim*, quod hodiè frequentant Nostrates, vel erian *Vfir farinn*, oppidò rarum est dictu atque ideò notandum. Et has duas ultimas li-ness Author posuit ex sua ipsis persona.

104) Hac Oda sanè inter præstantissimas, et re ipsa gravissimas Odes Eddæ nostra, in-rito numerata est, maximè propterea, quod ad primè pertinet ad Historiam priscam, potissimum Gunnarîs et Attali regum, illu-strandam.

A T L A - Q V I P A  
IN GRÆNLENZKA.

---

a) DAVDI ATLA.

**G**UDRÚN GLÚKA-dottir hefndi bræ-  
pra finna b) sva sem frægt er orþit i).  
Hon drap fyrst sono ATLA. en eptir  
c) þat drap hon ATLA. ok brendi havill-  
ina ok hirdina alla. d) Um þetta  
er síá Qvida ort.

MORS ATTALI.

---

**G**UDRUNA GJUKIAS ulta est necem  
fratrum suorum; quemadmodum famâ  
nobilitatum est i). Ea primum inter-  
fecit ATTALI filios; postea verò AT-  
TALUM ipsum occidit, combussitque  
domum regiam unâcum omni satellitio.  
De hoc negotio Oda hæc composita est.

e) ATLA-

- a) In marg. Cod. L. observatur, titulum hunc a chartis abesse; interim tamen adest in chartaceo S.
- b) Sem tantum S. sed fortasse illud Sva ad prius referendum, i.e. Ulta est fratres modo, qui famâ nobilitatus est, aliquanto majore cum intentione sensus, distinctione post Sva indita.
- c) Þas, exclud. Membr, sed cancellis inclusum sistit L.; etsi hæ lectiones aliquo modo procedant, ut Epiri sonet post, adverbialiter, tamen alteram illam è libro S. exprimere visum est.
- d) Her um er. sc̄a &c. S. indifferenter.

---

i) Neque id immerito, nam perrata existere in

Historiis opinamur tanti facinoris exempla  
ab muliere editi.

e) ATLA - QVIDA IN GRÆN-  
LENZKA 2).ODA ATTALI GRÆNLAN-  
DICA 2).

I.

f) Atli sendi  
 Ár 3) til GVNNAKS  
 Kvnnan 4) segg at rípa  
 KNEFRVDR var sá heitinn.  
 At gavrþom 5) kom han GIÚKA  
 Ok at GVNNAKS havllo

I.

ATTALUS adlegavit  
*Olim 3) ad GUNNAREM*  
 4) Nuntium *callidum equitare,*  
*Is KNEFRUDUS vocitatus erat:*  
*Ad ædes 5) GJUKII ille venit,*  
*Et ad GUNNARIS domum regiam,*  
 Beckiom

e) Hanc Inscriptionem chartis omitti docet L. in marg., sed pareret tamen in S., in Membrana, ut hodie est, sunè lectionis partim est incapax, quemadmodum alias pluries in Membranis.

f) *Sendi Atli*, S., parum differt, etsi hæc lectio aliquanto ad poesin videtur rigidior alterâ.

2) Credibile est, idè sic vocari hoc Poëma, quod primum in Grönlandia (que regio est Uplandorum in australi Norvegia, ubi educatus traditur Princeps regius Haraldus, pater Olai Saneti, Norvegiz regis, atque inde cognoventum "Grænski" o. Grönlandus, meruit), quod igitur illuc ab initio repertum, aut etiam compositum fuerit; quod etiam valer de cognomento insignis Poëmatis *Atla-Mál*, proxima subsequens hanc Odam, que nentiquam cum illo equis gressibus ambulat, etsi ordine prior; non tamen ea suis meritis designatur; etsi enim primetiò videtur Auctor simplicitatem in enarrando sequutus, et procul esse a proposito moverendorum adfectum, tamen nihil minus interdum in sub-

lime adsurgit oratione sua, et quasi de industria adhiber voces szpiuscule; quarum sensum, nisi originatioñis lampade admota, utcunque videre est impossibile.

3) Sanè Ar de ministro regis accipi potest, sed alterum sensum hic præferimus.

4) Kvnnr vaga quidem vox est in significatu, sed hic eum restringendum putavimus ad vafram indolem et actionem hujus legati, de qua pleniū videbimus in *Atla-Málom*.

5) At gavrþom — — et kiöri svafom; hæc omnia nihil dicunt aliud, quam Legatus venit ad Gunnarem regem convivium frequens agitantem, non sine artificio Auctori in variando ac dilatando unam eandemque rem.

Beckiom g) aringreypon 6)  
Ok h) at bióri svafom,

[Ad] scamna ferrō compaſta,  
Et ad potionem dulcem.

II.  
Drucko par drött-megir  
En dyliendr 7) þavgðo  
Vín i val-havllo 8)

II.  
Potabant ibi satellites viri  
(At [doli] celatores 7) tacebant)  
Vinum in aula splendida 8),  
i) Reipi

- g) *Aringreypon*, L. facili negotiō ex altero corruptum in secunda syllaba; centum enim exempla suppetunt, ubi in propositu Librarii, contextus ipsius securi, tantum in literis quoniamocunque herentes. *Aringreipom*, per i in penultima, S. hic et semper; res redit ad originationis judicium.  
h) At excl. S. sed multò melius servatur, et ad genium Auctoris convenientius, qui multa iterare gestis præter necessitatem, sed non idē præter gratiam.

6) *Aringreypon*. Quoniam posterior pars vocis scribitur per y in priore syllaba, non potest referri ad verbum *At grípa*, rapere, prehendere, verum potius ad fabrile Verbum lignariorum *At grópa*, quod est propriè asseres, I. trabes etiam, sulco in lignum facto, arcè compaginare l. coassare. Sine dubio hoc Verbum originem suam refert ad alterum Verbum *Grafa*, fodere, atque etiam ad laminas ferreas, hincutudinis ergo, asseribus l. trabibus impunctas, applicatur; unde non mirum, quod *Aringreypr* infra de galea dicitur. Primum partem vocis hujus compositum quod adstinet, in magna dubitatione vertigine ibi tandem constitit nobis sententia, ut *Ariñ* hic nihil aliud sonet, quam Ferrum, vel si mavis *Æs*, et propius *Æreus*. *Æs* ferri vice olim frequentatum fuisse, saltem Homericis temporibus, nemo literatus negaverit. Ab illo *Æs*, *æris*, Romano opinamus nostrum *Járn*, Dan. *Jern* Engl. *Iron*, Germ. *Eisen*, cui etiam nostrum vetus *Uarn* quam proximè responder, originem duxisse, usq; instrumenti penitus immutato, sed vocis non item omni-

nō. Si hoc minus ad palatum sit hominibus fastidiosus; in promptu fuerit, istud *Ariñ* referre ad Gr. ἄργη, quod præter alia Ferrum notat; conf. voculam ἄργη in Compositis, quæ valde significat; aut etiam ad ἀργόν, quod metaphoricè notat fortē, strenuum. Sanè *Ariñ* et *Járn*. quod ad literas adtinet, non adō multum inter se distant in nostra Lingua, quod etiam de *Járn* et ἀργόν valere opinamur.

7) Legatus et comites sui intelliguntur, qui primò nullam mentionem negotii, de quo missi erant, nisi prius opportuna occasione captata, fecerunt.

8) *Val-havlo*; mirè nomen proprium Aule Odiniæ hic adplicat Auctor, ut et Vers. XIV. lin. II, splendoris ciendi causa, quemadmodum et Snorrius Sturlus tabernam suam comitialem hoc etiam nomine insignivit, ut ē *Sturlunga-Saga* notum est; nosse autem illum Valhallam Odini propriè sumteam, ex Edda Ejus satis liquet.

- i) Reipi fáz k) peir HÚNA 9).  
 Kallápi pá l) KNEFRAYDR.  
 Kaldri 10) ravddo  
 m) Seggr 11) inn svdræni  
 Sat han á beck hám 12),

*Iram sibi verebantur HUNNORUM 9).*  
*Tum exclamavit KNEFRÖDUS*  
*Frigidā 10) voce*  
*Legatus 11) ille australis,*  
*Sedebat is in scanno celso 12).*

## III.

- ATLI mik híngat sendi  
 n) Rípa orindi  
 Mar inom o) mél- greypa  
 Myrk-vid 13) inn ókvunna  
 At bīpia yþr GVNNARR  
 At ip á beck komit 14)

*ATTALUS me huc legavit*  
*Negotii ergo equitare*  
*Equō lupatum fodicante (adterente)*  
*Per opacam sylvam 13) illam ignotam*  
*Vos rogatum, GUNNAR!*  
*Ut in sedile veniat 14),*

Mep

- i) Reipi, omnes Codd. cum tamen yox, quæcumque foret, ex lege poëeos harmonica, incipere deberet ab lit. V. Verum similis licentia in his Attali Poëmatibus occurrit aliquoties. Interea in manu foret, Vélar, Dolos, substituere, et quidem aptius ad præsens negotium, nam unde iram vererentur?  
 k) því, enim, S.; alterum magis genuinum est.  
 l) Knefravþr, Membr. et L. h. l. quod potest sensu idem esse cum altero, nam notum est, av interdum substitui pro u simplici.  
 m) Seggrinn, una voce, S. tenui discriminine, sed deterius altero.  
 n) Rípa örindi (ærindi), Omnes, non Örindi ríþa, quod Poësis posceret.  
 o) Melgreipa, S. per i in penult.

- 9) Sine dubio prepter voluntariam necem Brynhildæ, Attali sororis, cuius occasio orta erat a Niflungis per cædem Sigurdi. Respicce Hujus Odam ultimam.  
 10) I. e. malevoli, infensa, quemadmodum istud nomen alias metaphoricè applicatur.  
 11) Usum Anglosaxonum hic sequuntur sumus, qui per Segg, Segg, nuntium, sensu restriðo, intelligere solent. Usualiter nobis notat Vírum quemvis, conf. vocem in Gloss. Tom. I. Eddæ hujus.

- 12) Honoris nimirum exhibendi gratiâ cum in celsa sede reposuit Gunnar, adeò ut hujus tantilla rei mentio non sit supervacanea.  
 13) Num hoc sit proprium nomen Satùs, paruns distat in re ipsa; an verò potius appellativum, ut in ambiguo cepimus. Germani horum locorum nystre rem melius decreverint; conf. vers. V. lin. ult.  
 14) Mira simplicitas est in hac invitatione conviviali, ut hospes tantum invitetur ad assiden- dum.

Mēp hiálmom 1) aringreypom  
2) At fækia heim ATLA.

Cum galeis ferrō compatibis (firmatis),  
ATTALUM domi visere.

IV.

15) Skiöldo knegod par velia  
Ok skafna afka 16)  
Hiálma gvll-ropna  
Ok HÚNA 17) mengi  
Silfr-gylt saupvl-klæpi 18)

IV.

15) Clypeos ibi lectos obtinere [vobis]  
in manu est  
Et politos gladios 16),  
Galeas aurō rutilatas  
Atque HUNNORUM 17) multitudinem,  
Argentō inauratō ornata strata ephip-  
piorum 18),  
r) Serki

1) Aringreipom, per i in penult. S. Greipr in talibus referendus foret ad Verbum *Ar*  
*grípa*, corripere, comprehendere, non omnino absurdē, si ad firmam retinendi no-  
tionem adplicetur.

2) At fækia heim, Omnes, non *Heim as fækia*, consveta anomaliā.

dum in scanno. Sed Gunnar intelligere de-  
buerat magnum splendorem ei subesse, vel  
ex sequentibus pompe requisitis, *Med hiá-  
lom aringreypom*.

15) Fusē et splendide veterator enarrat inunera  
convivialia (in hoc et sequenti versu), sine  
quibus non temerē, vel homines privati et  
rudes, antiquitus dimitebant ullum convi-  
viam, secus quam homines illuminati nostræ  
statis faciunt.

16) Hæc interpretatio nititur Eddæ Snorriæ  
auctoritate in nomenclationibus Gladiorum.  
Fortasse primò Fraxinum adaptaverint ad  
usum gladiorum iniiores nostri, ante vulgo  
introductum ferrī usum, atque hinc adē ea  
gladii adpellatio orta sit.

17) Iis temporibus vel maximum lucrum erat ex  
mangonio sive mercatu hominum; an verō  
hic Gunnari promittantur servi homines, an  
liberi (milites nempe vel satellites), in medio  
relictum sit; ad prius autem magis incli-  
namus.

18) Non absurdē horum meminit, nam talis  
splendoris admodum studiosi erant Veteres.  
Insignis locus est de Sigurdo Fafnericida,  
Brynhildam Gunnari uxorem petitum ade-  
quante, Bliku vel Er Regum ættī, i.e.  
Splenduerunt ephippia (ornamenta equi) Re-  
gino olim possessa; et sane sunt è Nostrati-  
bus hodiè, qui talibus ornamenti multum  
tribuant.

- r) Serki val-ropa 19)  
 s) Dafar 20) darraþar  
 Dravſla mél-greypa 21).

*Amicula præliaria 19),  
 Obstacula pilati ordinis,  
 Equos [que] lupata constringentes.*

V.

- r) *Seggi*, Viros funerum sangvine rubefactos, S. leflio haud deterior alterā, nam uestra caret ambiguitate. Deinde *Valrōþa*, (an *Valræða*?) scriptione Olai Thordarsonii in *Skáldia*, parum adpetibili, saltem ambigua, Membr. et L. *Rōþa*, proximē, non tamen penitus, nec certō accederet ad ruboris notionem; et sunt tamen, qui tales scribendi modos imitentur, quos intered ipsi non intelligunt.  
 s) *Dafar*, S. in genere masc. uti omnes Libri iufra Vers. XIV. lin. 9. & mox *Darraþr*, in Nominandi casu, improbè L. in contextu. An hic Liber sit proxima Tradux Membranæ nostræ, quod Homo anonymous andet dicere, hinc præter alia decerni potest.

- 19) Ad sensum ipsum non multum interest, utrum *Val-ropa* hic pro Nom. adjectivo, vel substantivo capiatur; ad prius adclinamus, ut Grammaticis regulis et usui prisco convenientius. Forent ergo *Serkir val-ropa* (indeclinabile) vel *Val-reþar*; in Nominandi casu, ea amicula, que spē cæsorum sangvine rubeficeri conserverant, i. e. in præliis exercita et probata. Si *Val-ropa* pro Substantivo capiamus, Grammatica nonnulla foret injuria et ipsi Sermoni, si tempe *Rōþa*, ruinam, èversionem, vastationem, notare deberer; ut deberet certè, *Val-ropa* rectum sorret hoc sensu. *Rōþi*, gen. masc. ruborem notat, et coætē satis, si nihil aliud suppetaret, metonymicè de sangvine posset accipiri. Oppidò quam difficile est, sensum vagum talium vocum poëticarum ad unicum aliquid, præ ceteris omnibus, præcisè restringere.
- 20) *Daufl*: *Dōf* f. torporem l. langvorem, tam quietem, notat usitatè, ut in dictione: *At Riggia à dōfum*, quod, nisi fallimur, dicitur de pueris latenterbus, iremque agnelli, neque id immenerit, nam ea res sine dubio importat lis svavissimum quietem, quam nun-

qnam abrumpam vellent, si infœrum potestate esset. Hinc sedè significatio vocis dilatata est amplius ad quamvis tardationem et moram, quòd et nostra spectat versio, sive ea mora sit in ipso morante, sive in eo qui moram infert. Facile autem visu est et intellectus: arma lantorem inferre militantibus, nisi vi majore possint obsistere; unde igitur bono cum jure ea adpellari possint obstacula l. moræ militantium ex adverso. Quod denique *Daf*, m. inferius occurrens Vers. XIV. lin. 9. idem sonet cum altero isto *Dōf*, in Accus. plur. *Dafar*, nihil est quod hesitetur, unice voces istæ, una cum vocibus parum abundantibus, *Dōf*, et *Dofan*, Torpor, torpidus, Stupor, stupidus, originem suam reperiant. *Darraþar* quod adinet, consuli potest *Egil-faga* in *Redeuntione Capitis*.

- 21) Prior pars hujus vocis, ubi utique de equis seruo est, de terra parte glareosa haud absurdè posset accipi, nam ea nostra Lingvâ *Melr* adpellatur. De greypa aliiquid nugari sumus supra sub N. 6. De altero adtigimus nonnihil alibi in varietatibus hujus Ode.

v.

Vavill léz yckr ok mvndo géfa

Víprar GNÍTA - HEIPAR 22)

\*) Af geiri giallanda 23)

Ok af gyltom stöfnom 24).

Stórar meipmar

. Ok stapi DANPAR 25)

v.

*Campum etiam vobis daturum se prædicavit**Tesqui 22) spatiosi GNITENSIS,  
Præter frameam clangentem 23)**Atque auratas proras 24),**Magnas gazas eximias**Et oppida DANPI 25),*

Hris

\*) *Af hic cepimus, quasi positum sit pro At vel Vm, quod pertinet nostra versio; facili, ut haec foret simplicior, reponere poteramus At, hoc eodem sensu. Videamus, quid hic sonet Af, vulgari sua notione, nimirum sonat de l. è, quod hoc adplicet, qui velit; quando etiam Geirr de pluribus collectivè sumendus foret.*

22) *Forsitan resquiu istud natura ad fertilitatem accommodatum fuerit; fortasse et unicum solum eorum resquorum, ubi Fafner cubabat, i. e. ejus cubile, aurum sc. quod fratres tenui cum jure post cedem possessori Sigurdi occupaverant, nihil inde tribuentes Gudruna, justa hæredi, postquam hujus filium, hæredem primarium, occiderant; hoc aurum, inquit, adserit sycohanta Attalina regem spopondisse Nifungis, Gudruna fratribus, ut sine ulteriore controversia possiderent, in quod aurum eum nemo negaverit jus habuisse pro uxore sua. Gultahédam simpliciter, prout vox sonat, capit Perillus-tris P. F. Suhmius, at Vatn, initio versus, per Magt, & potestate exponit in margine Libri sui, quem S. nuncupare solemus, quod ultimum illi facilis concedimus.*

23) *Est et, ut Giallanda hic sit Sustantiuim, a Nom: Gialandi, splendor, fulgor, item clangor, si mavis, nam utrumque notat; ita Giallandi: af geiri nihil aliud foret, quam figurata Giallandi geir, fulgens, clangens hasta, ipsa re eodem ferè abeunte.*

24) *Stafuar hic pro navibus tropicè sumuntur. Benè interea adposita voce gyltom, alia enim partes navium, neque elim nec hodiè, suratae sunt, neque ornantur. Puppem de tota navi ponere amant poëti Latini, ut Virgilii in I. Æneide: Hand aliter pupposque tue.*

25) *Danpi meminit fragmentum elegans antiqui Poëmatis, quod Rigs-hola nomine cluet, in Edda Snorriana, et quidem Wormiano Codice membranico, ubi Danus et Danpus conjunguntur his verbis in fragmenti verso ultimo: à Dan ok Danpr (ita Cod. Worm.) Dyrar hædrir æfra ópal' Enn þér hast &c. Verba hæc sunt cornicis, secundum hanc Fabulam, ad Konum Rigi filium loquentis. Snorrius in Ynglinga-jaga etiam Danpi (Danpi) mentionem facit in Capite, in quo de Dano Mikilða (superbo) Danie rege et Danpi filia Dróttæ agit; verba ejus adscribere nequimus, nam Libro, ut nunc est, destituiuntur. Tantum certè cunctò ex hie colligitur, Danpum aliquando Danig, vel certè Daniz parti imperasse regia potestate. Sed oportet, ut ille nonnullis*

æculis

Hris pat ip mæra  
Er meðr 26) Myrkvid 27) kalla.

*Virgultum illud inclytum,  
Quod homines MYRKVIDUM 27) vulgo  
nuncupant.*

VI.

Havfþi vatt pá GVNNARR  
Ok HAVGNA til sagdi 28)  
Hvat ræpr þú ockr t) segrr ina  
öri 29)  
Allz vipl flukt heymom.  
Gyll visfa ek ekki

VI.

Tunc caput alioversum flecebat GUN-  
NAR,  
Et HÖGNIUM adlocutus est 28):  
Quid consilii nobis suggestis, vir ado-  
lescens 29)!  
Quando nos quidem tale [mandatum]  
audimus?

Auri uoveram nihil

À GNÍTA

*t.) Seggurium*, una voce, ut supra, S.

seculis prior vixerit, quam hæc gesta sunt.  
Loca autem, quæ possederat, potuerunt ab eo nonen trahere, tanquam in sua familia  
excellenti hero. Ea loca fortassis Atthalus I.  
majores sui aliquando jure belli occupave-  
rint, vel modi inverso, Danpus ipsa occupa-  
verit aliquot loca in Germania, quæ exinde  
fuerint oppida I. loca Danpi adpellata. Hoc  
postremum nobis videatur præ altero veri-  
mille in re ambiguum.

26) *Madr* ssvaviter hic positum est pro *menn*,  
Quemadmodum Poëta nostras insignis Thiod-  
olfus Arnorii f. in Carmine de Haraldo Si-  
gurdsono loquitur in Hrygian-syki: *Madr*  
*ritib⁹ anding atra*, i. e. Homines nesciunt  
regem suosicorum.

27) Myrkispr hic necessariò sumendus est, ut  
nomen proprium, ubicunque tandem sylva  
illa sita fuerit, quam quæsiionem nobis me-  
lius resolverint Germani iusi. De cetero

conf. que Vir parvillustris P. F. Suhmius de Myrkvid aduluit in Historia sua Critica, Tom. VI. pag. 436. 442. VIII. p. 204. 782. VIII. 57. 79. 390. Et misere magnam sylvam ac densam, ut Myrkvid esse debuit, virgulti nomine exprimit. Auctor noster per gratiam Litorum, qua modesti hominis et elegantes, etiam nostro tempore, in rebus similibus utuntur. Facile per metrum dicere potuerat: Skæp þennu, vel Vip þennu inn mæra, atqui ita noluist.

28) Högnum fratris proximum adsedisse in con-  
vivio credibile est, atque cuin, regem sc, haec  
illi in aurem loquutum esset, ita ut legati  
ne audiatur.

29) De sensu vocis *orr* 1. Orr consule sancte t.  
Olavium Hypnon. in Glossario suo ad *Laud-*  
*nama-bok* sub voce *Or vel Orr*, ubi ad eam  
illustrandam Vir deditissimus dixit, quod sa-  
tis superque sit.

A GNÍTA - HEIPI 30).

Þat er viþ ættima.  
Annat flskt.

## VII.

Siav u) eigo viþ fal-hús.  
Sverpa fyll.  
Hverio ero peirra.  
Hölt or gylfi 31).  
Minn veit ek mar beztam.  
En mæki hvastastan.  
Boga beck fæma 32).  
En brynjor or gylfi 33).  
x) Hjálm ok skiöld hvítalftar  
Kominn or havll KIARS 34).

In GNITENSIBUS tesquis 30),

Cui nos non possidemus:  
Aliud æquale [aurum].

## VII.

Septem nobis sunt armaria  
Gladiorum plena,  
Cuiuscunque horum  
Capuli sunt ex auro 31):  
Meam scio equam optimam,  
At machaeram acutissimam.  
Arcum scamno dignum 32),  
Loricas autem ex auro 33),  
Cassidem, et clypeum candidissimum  
Translatum [huc] ex aula CARI 34),

Einn

u) Eigom, ld. magis durð.

x) Has quatuor lineas uno versu sibi seorsim sistit S. nulla cum ratione idonea.

30) Respic nos supra sub N. 22. Sed, quod semel dictum sit, fortasse Aurifodine fuerint in tesquis illis, atque eas primus indegaverit et exercuerit Fafner ille famigeratus; et hinc Mythistorici fixerint eum in angvem conservum auro incubuisse; istud autem inventum suum alios homines celaverit invidie causa, humano more in rebus similibus. Huc non sine ratione applicari potest adagium nostrum de homine avaro: *Han ligg r á því sem ormr á gulli.* Ille ei (pecunia nimis) incubat, tanquam angvis auro.

31) Vide in hisce 4 lineis opulentiam regis, et admirare simul, quoniam non erat, ut opinamur, nisi inter reges minoris ordinis in Germania.

32) Nimis arcus super sedibus olim suspen-debant splendoris gratia.

33) De aurea lorica Brynhilde Budliados merci-tute habemus superioris in *Sigurdar-Quidæ ultima*: *Gull-brynius smó.* Item in *Volsunge-saga* de Sigurdo Fafnericida Cap. XXXI. *Han hafði Gull-bryniuna ok ðil hans vopn vörðr gulli kain.* Respicne ad Epilogum *Sigurdar-Quidæ IIde*, et *Volsf. sagam.* Cap. XXVIII. pag. 49 sub finem.

34) Gallos hoc tempore artificiis incubuisse mul-toties notum esse potest. De cetero *Kjartanum* (Carum) quod adinere, ex Prologo *Völundar-Quidæ* notum est, regem eo nomine *Gellix* s. populo Gallico olim praefuisse. Conf. Viri per illustris P. E. Suhmii Historiam Criticam Tom. IX. pag. 88. 425.

Einn er minn betri  
Enn se allra HÚNA.

VIII.  
Hvat hyggr þú brúpi benda  
Þá er hon ockr bavg fendi  
Varinn vápom 35) heiþingia.  
35) Hygg ek at hon vörnvþ bypi.  
Hár fann ec heiþingia  
Ripit i hríng ravyþom.  
Ylfstr 37) er vegr ockarr  
At rípa örindi.

*Solus meus magis est eximius,  
Quam sit omnium HUNNORUM.*

VIII.  
*Quid putas nympham significare,  
Cum ea nobis annulum misit,  
Involutum veste 35) lupina?*  
36) *Opinor eam cautelam jussisse (in-  
dixisse);*  
*Pilos inveni lupinos  
Innexos annulo rutilo;  
Dolosa valde est via nobis  
Negotii causa equitare.*

IX.

35) *Vixi in genere sunt strobula, involucra; nunc adlicantur ad animalia, quæ ea gestant, ornatae quidem; at in re ipsa nihil aliud signant, quam oportenta, integumenta, pelles nimis unum horum animalium. Deinde rem ipsam quod adtinet, conferatur Introductio ad Gunnari-Sleg, quæ inscribitur Drág Niflungs.*

36) *Hic quinque lineis sine dubio continentur Hognii responsum, non incredibile est, cum nihil responduisse fratre sess consulenti. Volunga-faga hæc et precedenter distinctius, et partim plenius, enarrat Cap. XLII. pag. 91-2: þá brá Gunnar höfli (conf. cum hac phrasij lin. I. vers. VI.) ok mælti til Högnas: Hvat skulu vér, af þessi bædi þiggi, han hyðr ockr at þiggi mikit riki. — — Högni suvar: undrau ek bæd hants, því þat hefir han fælden gjort, ok órádalegt mun vera at fara á hans fund. Ok þat undrau ek, er ek fá gérfemar þær er Atti kónungr fendi ockr, at ek fá vayghári kuytt i eina hríng af galli; ok má vera, at Gudrúnus*

*þyki hann alfti hug vid ockr hafa, ok vili hon eigi at vid fórum; i. e. Tunc Gunnar caput inflebat et Högnio loquebatur: Quid nos accipiemus de hisce rebus oblatis? ille nobis ultrò spondet magnam (ab se) accipere dictiōnem (quod et ante processit in hisce verbis legati: Mikit lieu vili han gëfa yðr, ok yckr leza han best unuaſius riki), i. e. Björnero interprete: Amplas fiduciario jure regiones vobis dare spondet, siquidem Attius nulli nisi Gunnari regnum suum cuperet traditum). Högnius respondet: Ego miror res ab eo oblatas, nam ille tard ita egit, atque inconsultum arbitrio cum conventum ire. Præterea miror, visis donis eximiis, quæ Attalus rex nobis misit, vidisse me pilos lupinos innexus uni annulo aureo; et fieri potest, ut Gudruna arbiretur, Eum ergo nos lupino animis esse adscium, adeoque nolit nos proficiisci. Consule etiam lineam 6tam versus praesentis. 37) De doloso luporum ingenio, non minus quam sevo ac feroci, res nota est, vel è verbis*

Ser-

## IX.

Nípiar *y*) hvötto GVNNA  
Né *z*) náúngr annar 38)  
Rýnendr 39) né ráþendr  
Né peir er rskir vóro.  
Kvaddi<sup>40)</sup> þá GVNNA  
Sem konúngr skyldi  
þ) Mærr i miðþ·ranni  
Af móþi flórom.

## IX.

*Necessarii non hortati sunt GUNNA-*  
REM,

*Negue propinquus alter 38),*  
[*Nec*] prudentes 39) viri neque côn-  
siliarii,

*Negue ii, qui potentes erant.*  
*Tunc edixit GUNNA,*  
*Ut regem decuerat,*  
*Serenus in conviviali domo,*  
*Ex magno animi fervore.*

## X.

- y) Hvöttto*, omnes Libri, affirmativè, non enim *Hvöttvþ* s. *Hvöttvþ*, negativè. Quod modò priùs procedat ad contextum vel ad rem, non potuimus exputare.  
*z) Ita S per u in medio, sed Náongr*, Membr. et L.; abeant in malam rem cum ista affectatione! quæ nihil aliud facit, quam ut ex nota voce ignotam reddat; alia res est, o pro u substituere, ubi nullam obscuritatem parit.  
*þ) Mær*, uno r, S. in gen. faem. non omnino sine confusione.

Servatoris Matth. 7. v. 15. De cetero eppi-  
do quam aptè Auctor induxit Högnum ita  
loquentem ex occasione pilorum lupinorum,  
et mire, ad summam exaggerationem, uitius-  
gradu superlativo nominis, cuius inferiores  
gradus an unquam extiterint in Lingua no-  
stra, nobis in ambiguo est, saltem eos nu-  
quam vidimus, neque audivimus; analogia  
tamen, fatemur, pro iis stat.

*§8) J. e. Ullus*, et nota talem hujus vocis usum.  
Simul adverte terminationem vocabuli præce-  
dantis Náongr, quod Vir doctissimus J. Ola-  
vius Hypnon. in Glossario Diatribes sue ad-  
tulit primo loco sine auctoritate; atqui id  
sane nobis et nostris popularibus penitus ig-  
noscum est, sed analogie beneficio se satis-  
tuetur.

*39) Vel*, si mavis, Exploratores rerum per arti-

fici occulta; sed nos tamen adhucremus pri-  
ori acceptiō ex auctoritate Skálde, cujus  
verba utinque hæc sunt: Skáld ero höfundar  
alvar rynni ok mál-fniðar, i. e. Poëta aucto-  
res sunt omnis doctrina atque eloquentia.  
Originem vocis At ryna, unde hoc est Parti-  
cipium adiunctorum, quod adiinet, turpissimum  
nobis videtur, cum arcessere ab Rún, litera,  
Rúnir, sermones, quæ ad Gr. *feið* facile re-  
ferriri possunt, potius quam ut eam petamus a  
Verbo At reyna, experiri, periclitari, et si  
hue digitum videatur intendere *Droplavgarða-*  
*na-saga minor*, cujus verbi de homine mago,  
qui Grimum Droplogidam exulēm indicare  
debuerat, hæc fere sunt: Han reynði ep-  
fir mörgo.

*40) Observa talem usum verbi hujus, et confer  
Poëma Solar-lið vers. ult. lin. 2 cum var. c.*

## X.

a) Ristv nú FIÖRNIR  
 Láttv á flet vaþa 41)  
 Greppa gyll-skálar  
 Mep 42) gymna höndom.

## XI.

Ulfr 43) mvn rápa  
 Arfi NIFLÚNGA  
 a) Gamlar gran-verþir 44)  
 Ef b) GVNNARS missi 45).

## X.

*Surge jam, FJÖRNER!*  
*Fac ut in sedilia grassentur 41)*  
*Virorum fortium aureæ phiale*  
*Per manus famulorum.*

## XI.

*Lupus 43) potictur*  
*Hæreditate NIFLUNGORUM,*  
*O senes barbā honesti!*  
*Si GUNNAR pereat;*

Birnir

- a) *Ristu þú F., S. non sine intentione adloquii; atque secundum Ejus dictum has quatuor lineas uno sibi versu comprehendinimus.*  
 a) *Gamlar, omnes Codd. quod simpliciter et usitatè foemininum est plur. non facile conciliabile cum contextu.*  
 b) *Gunnar missi, S. o: Si ego Gunnarem amittam. Et deinde Misfir, non Misfir in Modo Indicandi, Membr. et L. exquisitè.*

41) Non potuit Auctor facile ullo verbo signifi-  
 cantio in hac re uti, quam isto *At Væfa,*  
 etsi metaphora hac non omnino videtur ca-  
 rere virtù nimis superflacionis; et adtende si-  
 mul, quam probè meminerit Auctor id quod  
 paulo antea dixerat: *Kvaddi þá G. — af missi*  
*förem;*

42) *Mep ornatus et exquisitus est positum,*  
 quam i vel a, quibus etiam uti, in manu erat  
 Poëta.

43) Probabiliter intelligitur Attalus rex, et lu-  
 pina saevita et vafritie præditus; atque hoc  
 sic satis precedit: Verum tamen non tenuis  
 suspicio est alteri nostrum, nempe J. John-  
 sonio, portius legendum esse *Elfr s. Elfr,*  
 amnis, nimurum Rhenus; quam conjuncturam

firmat hec ipsa Oda vers. XXVIII. lin. 5. et  
 Snorrius in Edda sua, sub Auri appellationi-  
 bus, necnon *Volfunga-fuga* Cap. XLVI. pag.  
 100 sub finem.

44) Eleganter formatum nomen de Senibus.  
 Ovidii verba nota sunt: Barba viros hirtique  
 decent in corpore seræ; etsi hodie Barba au-  
 toritas collapsa sit apud homines Christianos  
 (nam de Judæis non loquitur), quo jure  
 quave injuria?

45) *Missi* hic est impersonaliter accipendum; et  
 sanè Auctor facile dicere potuerat *Misfir*, eti-  
 am impersonaliter in Indic. modo, atqui id  
 noluit, et Subjunctivum præterit, propter  
 exquisitiorem loquendi rationem.

- Birnir c) blac-fiallar<sup>46)</sup>  
 Blta d) pref<sup>47)</sup> tavnnom  
 e) Gamma grey-stópi<sup>48)</sup>  
 Ef GYNNARR f) kömrap.

*Ursi fusca pelle præditi* 46)  
*Mordebunt segetes dentibus,*  
*Dele&tabunt caninum collegium* 48),  
*Si GUNNAR non redit.*

## XII.

- c) *Blac-fiallar*, uno c, Omnes, fortè euphonizat causa.  
 d) *pref*, S; parum interest, dum vox sub ultraque scriptione sit obscura, sicut etiam est.  
 e) *Gamma*, omnes Codd, *Gumna*, nomen adpell. posset alicui in mentem venire, i. e.  
 hominum, quod etiam tamen variis de causis laboraret. Sanè *Grey-stóp* in se ipso  
 est *Canum* collegium, sive plurum eorum consistorium, quod nullā eget voce peri-  
 phrastica ad ulteriore illustrationē, quā si adjiceretur, id foret adversus regulas  
 Eddicas, quarum opinamur antea nos fecisse mentionem ad hunc Librum. Et si  
 vel maximè ista supervacape periphrasis admitteretur, decesset tamen aliquid oratio-  
 ni, sive verbum aliquod, sive particula *Meþ*, inter, cum; edem rediret res, si  
*Gamma* acciperetur pro *Odini* nomine, in Nominativo *Gamni*, quod tamen prorsus  
 inauditum est, etsi nobis non ignotum sit *Vidris-grey* nuncupari Lupos, supra ali-  
 cubi in *Odis* Helgianis.  
 f) *Kemrap*, S. per æ, nihil, nisi ad errorem inducendum, et alias in errorem inducendos.

- 46) *Blac-fiallar* Adjectivum hic est, nam si Sub-  
 stantivum forer, deberet esse *Blac-fiallar*.  
 Consule ea in *Völundar-Qvida*, Oda I. hujs  
 Tumi de Vólundo ipso: *Sat á ber-fialli*, et  
 si quid ad eum locum adnotavimus.  
 47) Quantum meminimus e lectione Traducis Ed-  
 ðe Snorriæz Cod. Worm. quas Tradux no-  
 bis nunc ad manum non est, pref inter fru-  
 gum nomina recensetur in eo libro, quemad-  
 modum etiam in Libris J. Olavii Grunnavi-  
 censis, quantivis pretiis sanè, et dubitandum  
 non arbitramur, quin ea vox originem suam  
 trahat a Gr. τρέφω, nutrie. Satis tamen li-  
 center Author hic eo modò frugis nomine  
 usus est pro Sato L. agro frugifero. An ursi  
 sint aduentes frugum, dicant, qui eorum  
 oeconomiam nobis inelius noverint. Sanè  
 homo adprimè doctus, G. Pauli, in Notis suis  
 ad Carmina Egilli Skallagrini monuit, ursos  
 baccarum admodum esse aduentores; quidni  
 ergo et aliorum vegetabilium?

- 48) Nimurum propter admirationem. Ursi unde-  
 que persecutioni obnoxii sunt, ut rapto-  
 res ac malefici. Ergo adeò in res suas insti-  
 tuunt, ut quam rarissimè ab hominibus, at-  
 que hominum custodibus, nempe canibus,  
 videri possint. Unde adeò Author hic non  
 innimerò usus est, si quidem unquam usus  
 fuit, Verbo *At gamma*, quod, nequid men-  
 tiantur, in hac re nobis non nihil suspectum  
 obvenit. Denique totam regis orationem ed-  
 tendere opinamur, ut dicere velit: Se perem-  
 tō, quod ap̄tē hic ei in mente venit, si se-  
 qui voluisset, suas regiones, quibus impera-  
 bat, in vastum redactum iri, vel si sub At-  
 tali potestatem venirent, et feris undique,  
 vel, si mavis, hostibus inundatum iri; quod  
 sine dubio verum evenisse putamus, proba-  
 bili ratione inducti, nimurum illa, quod paul-  
 lò post fristrum necem Gudruna'soror eorum  
 hunc regem interfecit, ut in hac Oda poste-  
 riū, et in *Atla-málon*, traditum est.

## XII.

- g) Leiddo land - ravgni 49)  
 h) Lýpar óneisir  
 Grátendr 50) gynn - hvata  
 Or gaipi HÚNA 51).  
 Pá qvad þat inn öri 52)  
 i) Erfi - vörþr HAVGNA 53).  
 Heilir farit nú ok horskir 54)  
 Hvarts yckr hvgr teygir.

## XIII.

- k) Fatom léto fræknir

## XII.

*Deduxerunt terræ regnatorem 49)*  
*Homines honesti,*  
*Flentes pugnæ concitorem,*  
*Ex ædibus HUNNORUM 51)*  
*Tum fatus est ille adolescens 52)*  
*Hæreditatis HÖGNIANÆ custos 53):*  
*Sospites nunc eatis, ac fortæ 54)!*  
*Quod vos dicit animus.*

## XIII.

- Pedibus fecerunt vegeti*

## Um

- g) Hæ quatuor linea unum sibi versum seorsim faciunt in S. quemadmodum ex quatuor sequentes etiam versum separatum; neque est, ut improbemus hanc distinctionem.  
 h) *Lýpar*, S. per f; si *Lýbar* per i tenui scripsisset, de satellitibus loqueretur.  
 i) *Aſfri - vörþr*, S. Istud *Aſfri* notat superiore, quod huc nihil adtinet.  
 k) *Fatom*, L. et ut videtur etiam ipsa Membr., insolenter et ambiguum, pro *Fatom*, an *Fetum*, quod præferit S.; in posteriori acceptione utcumque procederet, præter tamen necessitatem. Mox *Léton* in pers. secunda, omnes Codd. quod neutiquam in oratione, neque re, consistere potest.

49) Gunnarem nemepe. *Rægnir* in specie est Odini nomen proprium, at absolute nomen Regis adpellativum in hac Edda, sed perrard obviuim. Vid. infra Vers. XXXV. lin. 4.

50) Grátendr modò est nomen Subst. pro Adj. Grátandi ornatè positum. Idem etiam valet de sequenti *Gunn-hvata*, pro quo *Gunn-hvatan* in Adjeb. possuisse Audiori in manu erat.

51) Omnes norunt, Hunnos fuisse nationem in Germania, et quidem eam speciatim, cui Atalans imperabat; hic autem, per licentiam poeticaam, ponuntur pro Germanis in genero. Quibus hac acceptio ad palatum non est, illi utcumque possunt in sensu jungere *Gunn-hvata hana*, i. e. Pueri acres juvenes (nempe

*Gunnarem, Högnium et comites), quando-*  
*Gunn - hvata* forer Accus. plur. Adject.

52) Consule suprà Vets. VI. lin. 3 cum nostrâ adnotatione.

53) Sine dubio Nifungus, qui deinde intererat ultio parricidii patruj, unacum Gudruna, ut constat ex *Atla - Ædilem* inom. *Grænlænkona* vers. LXXXVI. sq. et ex *Völfsunga - saga* Cap. XLVII. pag. 103. Quod autem *Erfi - vörþr* poetice netet filium, etiam vivis adhuc parentibus, satis patet ex *Oda, Gudrúnar-Hvætt* inferius; verba ejus: ól ek mér jöf *Erfi vörþr* *Erfi vörþr* *Jónacurs fono* (*Jónom*)

54) Vel, si navis, Prudentias; utraque acceptio hujus vocis suis rationibus nititur. Inspice Gloss. Tom. I. hujus Edda sub voce *Horskr.*

Um fiöll at þyria 55)  
 Marina \*) mél-greypo  
 Myrkviþ inn ókynna.  
 Hristiz avll HÚNMÖRK 56)  
 Þar er harþ-mópgir fóro.  
 Ráko þeir l) vann-styggva 57)  
 Völlo al-græna.

*Montes pervolare*  
*Equos lupata fligentes*  
*Opacam sylvam ignotam:*  
*Concussa est universa HUNNORUM-syl-*  
*va 56)*  
*Quà animò sævi ibant;*  
*Cursum persecuti sunt per virgarum*  
*fugitantes 57)*  
*Campos usquequaque viventes.*

## XIV.

m) Land fá þeir ATLA

## XIV.

*Terram adspexerunt ATTALI*

Ok

- \*) *Melgreipo*, per i, S. pro more suo. *Facili et simplicius in terminatione potuerant Libri efferre Melgreipa*, per a in fine. *Melgreifo*, L. ex varietate. *Greif* in hoc foret ab *At grafta*, fodere, et ad glareatum in priore parte satis commodè adiplicaretur.  
 l) *Vann-styggva*, omnes Libri, quod adhuc ut sapientiam peccat in literarum harmoniam poeticaam, propter antecedens *Ráko*; præterea hic obscuritas in verbis et re non est mediocreis, ut alias saepe in hac Oda, qualem non sentiunt, qui onus translationis imponunt, at illud nullo digitô adtingunt ipsi.  
 m) Hic versus 16 lineis constat in S. et sanc necessariis.

55) De sensu hujus verbi insolentis proprio consule Gloss. modo citatum pag. ult. Deinde animadvertendum est, quod Author hic adiplicat, prorsus insolenter in hac constructione, particulam Infinitivi modi indicem *At*; vernum enim verò hoc fecit, ut euphonie serviret, nam rigidiusculum fuisset posuisse *Um fiöll þyria*, etsi unctione in metro processisset. Id miratur tamen, cur adeò elegans Author hic non potius adiplicerit amabile sunum pareccon *Of*, vernum in hac re voluit singularis esse, quemadmodum alias est in hoc poëmatio.

56) Etsi Author hic interdum humi repit, monstrat tamen subinde, ferente occasione, quod

facile in sublime adsurgere possit, idque super omnes verisimilitudinis terminos, uti hoc loco, præter alios.

57) *Vann-styggva*. Haec duæ linea adeò sunt poeticae, ut nihil possit suprà. Author tribuit Campo, rei mortua, sensum personæ viventis; re autem ipsa nihil aliud subest, quam Campos fuisse apertos, et sylvarum virgulorumque penitus vacuos. *Vann*, positum hic est pro *Vand* l. *Vond*, Dan. *Vaand*, svavioris elocationis gratia. Simil advertendum est, Verbum *Ráko* þeir antecedens haud sanc protrinum in eo usu, pro fôro þeir *Völlo* &c. i. e. permeabant campos.

Ok 58) *lip-skialfar* n) *diúpa*

Bicka-greppar 59) *standa*

Á borg inni há

Sal vm svdr-piopom 60)

*Et turre profundas,*

*Feroce viri [ibi] consistunt*

*In arce illa sublimi,*

*Eadem populos australes includen-*

*tem 60),*

*Sleginn*

n) *Diúpa*, Omnes, Adjectivo omnis generis ac indeclinabili, quantum quidem perspicere nobis licet. *Diúpar* facili negotiō ponere poterat Auctor, quando omnem scrupulū Lectori examisset, sed videtur de industria sectari verborum et styli obscuritates.

58) *Lip-skialfar*, splendide Attali arcibus trubuit. Ex Edda Snorriana, et nostra item, notum est, *Hlid-skialf*, g. f. fuisse speciatim dictum de solo Odini, munndum universum circumspiciens; consule Prologum ad *För Scirnus* in Tome I. atque ibidem No. 1. item *Hlid-skialf* in Gloss, ejusdem Tomi. Eodem autem iure Auctor singularis hic applicat *Lip-skialf*, uti superius adplicuit *Vatnöll* vers. II. lin. 3, et hoc est una inter ceteras Ejus exaggerationes. De cetero mire adhibet vocabulum *Diúpa*, pro *Háfa*, sublimes, celsas; quemadmodum et princeps Poëtarum dixit Cælun profundum.

59) Hic locus unus est inter indissolubiles hujus poëmatis; sed utcumque interpretandus erat, cuius interpretatione veritatem tamen non praestamus. Interca conferri volumus vocabulum *Bocki* in *Hrofsti-faga Kraka*, de Viro strenuo adhucitum, et *Stór-bocki*, in plur. *Stér-bockar* in *Eyrbyggja-faga* Cap. ult. de Proceribus insolentibus et nimium imperiosis. Verumtamen hac originatione adoptata, potius ex regulis scribendum foret *Bycki*, per y in priore. Similiter celare notum, quod *Byckia*, caniculan notet in *Olafsi-f. Trygve*. Ed. Skalholt. his ferè verbis: þar er makligt at byckinr eis Þór. Denique fieri posset, ut *Bicki*

hic vocetur ipse rex Atthalus, quando sensus foret quomodounque: Hominis insolentis (perfidii) milites consistunt &c. Perfidii, inquit, ut Auctor fortasse de industria regi huic scelerato tribuerit nomen Sycophantæ noti et Praefatione ad *Gudrunar-Hvast*. Item simul monemus *Borg* in sequenti linea de moeinibus urbis facile et rectè accipi posse; conf. quod ad eam rem adtinet, *Egil-sagam Skallagrímsonar* de Expugnatione ac dreptione Londini Scanorum.

60) In hoc versu revertitur Poëta ad dilatationem suam, de qua observavimus nonnihil ad Vers. I. n. 6. et in hac re feliciter ostendit ingenium suum excellans ac verborum copiam, in qua re alias principes meritò habentur inter Latinos Ovidius, et inter Nostrates prosaicos Auctor *Laxdæla Magnæ*, quisquis ille demum fuerit. *Sofr-bjöþir* hic nihil aliud quam populum Germania notat; in vulgus enim notum est, quod Germani olim a populis septentrionalibus dicti fuerint *Svdr-mensi*, homines australes. *Sleginn*, in seqv. lin. quod adtinet, conferri sanè debet ipse Auctor hujus Poëmatii, vers. XXX. lin. 3 cum nostra versione et adnotacione. Quantum vero ad vocem complexam *Seði-meistr* pertinet, posterior ejus pars nihil aliud sonat, quam asserem,

Sleginn o) fess - meipom  
 Bvndnom 61) ravndom  
 Bleikom 62) skilodom  
 p) Dafa 63) darrapar.  
 En þar drack ATLE  
 Vin i val - havllo 64).  
 Verþir fato úti

Cinettam [intus] sedilibus jugis,  
 Colligatis 61) orbibus,  
 Albicantibus clypeis,  
 Obstaculo 63) hastati ordinis:  
 Ibi autem ATTALUS potabat  
 Vinum in regia divina 64).  
 Custodes excubabant,

At

o) *Ses*, uno s in fine, Omnes, disjuncte ab sequenti. Apage istam necessaria litera, nempe alterius s, extrusionem; nam istud *Ses* non aliter accipere hic possumus, quam de *Sefs*, sedili. Si alii secus possint, iis licet, dummodo id plausibili ratione faciant. Mox *Maugom*, pro *Meipom*, præfert S. neque id inepte de Sessoribus ab omnibus aulæ lateribus constitutis, et hæc lectio nihil cedit alteri, nisi aliquantum præstet, dum tamen *Sefs* cum ea per Hyphen jungatur; non enim, quod semel dicendum fuerit, si non antea dictum sit, a nobis impetrare possumus, ut accedamus sententia celebris Ichi, P. K. Ankeri in Praefatione et Glossario ad LL. Cimbricas ab se editas, qui tales distinctiones vocum compositarum ad artificium prisca simplicitatis refert.

p) *Dafa*, hic omnes Libri, ut supra unus eorum, et mox *Darraþr*, L. ut ante.

rem, axem, tabulam ligneam, insidendo æytaram; sed alias ea vox de arbore integra accepitur, quemadmodum e. g. in *Hava-málom* et quidem *Rána-petti* sub initio, item in Oða Helgiana 12 vers, V. lin. 6, ne alia plura hic adducamus. Sanè videre est, Auctoren hic pro solenni suo facere, du... vocem istam, præter omnem usum, adpliqat asseribus. Denique verbūl monendum est de variata constructione in linea 3tia, greppay flanda, in Nominativo, non enim in Accusativo. Greppa flanda (viros consistentes) quod in manu erat, et hoc unum est ex artificiis hujus Autoris.

61) Aut clypei plures in unum fascem super sedilia suspensi erant, et hinc sensum sequitur versio nostra; aut singuli clypei, ligaminibus sibi insertis, adpensi erant in parie-

tibus; consule Egils-ságam Cap. de Cæde Berg-öundi, et *Ganulangs-ságam* in Commentario pag. 141. unácum tabula ænea ad pag. 139 pertinentem.

62) Bleikr modo hic pro *Hœitr*, albus, positum est, et sanè Bleikr et Gr. Λευκος respice videntur unum idemque esse, et si Vir doctus in Glossario ad *Ganil*, ságam aliter sentiat, sub voce *Blik*. Notum est autem, albos clypeos olim in magna fuisse auctoritate, vel ex his verbis magni Poëta Thorbjörni Hornklovi, ubi loquitur de adparatu militari Haraldi Pultchricomi ad celebre illud ac decretorium prælium *Hafursfjörlense*: *Illadnir ýðro þóir (knerrir præcesserat) hölda oc hvitra skialda.*

63) Respic ad N. 20 superiorius.

64) Consule vers. II. lin. 3 cum adnotatione.

At varþa þeim GVNNA RI  
Ef þeir *g*) hér vitia qvæmi  
Mep geiri giallanda 65)  
At vekia gram hildi 66).

*Prohibitum GUNNAREM et suos,*  
*Si hoc venirent visere*  
*Cum hasta clarisona 65)*  
*Ad excitandam regi pugnam 66).*

## XV.

Syflit fann peirra  
Snemst *r*) at þeir i sal qvomo 67)  
Bræpr hennar bápir  
Biðri var hon ligg drycchin 68).  
Rápinn 69) ertv nú GVNNA RI  
Hvat myntv ríkr 70) vinna

## XV.

*Soror eorum sensit*  
*Ut primum in ædem introibant 67)*  
*Fratres ejus ambo,*  
*Poculis non erat ebria 68).*  
*Proditus nunc es, GUNNAR!*  
*Quo paciō potens 70) obsistas*

Vip

*g) Hér*, non est in S. et potest sanc abesse, 'sapit tamen genium Auctoris.

*r) Er þeir i haull qv.* in aulam, S. simplicius; Alias *As* in Textu potest nudè accipi pro quod, quando versio proximè antecedentis aliquid mutande foret, nempe in Citissimè.

65) *Gjallanda* facile ob rem ipsam abesse poterat, sed ornandi gratia ab auctore adpositum est.

66) Merito suspicari potuit rex Atthalus; Niſlungos cum magno agmine ad convivium suum esse venturos, quod et illi facere debuissent, si mens illi non deixa fuisset. Inde adeò prudenter istas vigilias ordinavit.

67) Diversam relationem ab *Atla-málom*, *Volsfaga* et *Niflunga-saga*, Auctor hic sequutus est, unde cunque eam nactus. Verisimiliter autem narrat fratres Niſlungos statim in aulam intronissemus esse, sine ullo obstaculo a parte regis Atthal, nimisq; et propter, quod ii tam infrequentes aderant.

68) Mira adnotatio Auctoris hac est, quod inu-

lier illustris ex lauto convivio non fuerit aliquantum ebria; sequi opinamus eam veram esse, ut regina abstinuerit a poculis, propriea quod, quantum in se erat, fratribus insidiösè invitatis ad convivium, opitulari decreverat.

69) Hac, usque ad finem versus XVII, sunt verba regine. Simil observandus est usus Participii Ráþunn, haud sanc protritus, neque piget tamen pro eo adferre hoc ex *Sigrdar-Quidia Ida*, et quidem parte hujus posteriore *Fafnir-Málom*. Reginn mik ráþ. En han þik ráþa mva.

70) I. e. Quantumvis potens sis in tuo regno domi.

Vip HÚNA harm-bravgdom.  
Havll gáck pú s) or fnemma 71).

HUNNORUM dolis pernicioſis?  
*Aulā exēas tu citō 71).*

## XVI.

Betr heſpir pú t) brópir  
At pú i brynio farir 72)  
Sem hiálmom u) aringreyptom  
At x) siá heim ATLA  
Sætir pú i savplom 73)  
Sól-heiþa daga.

## XVI.

*Rectius ageres, frater!*  
*Si indueres loricam 72),*  
*Quam ut [cum] galeis ferrō firmatis*  
*Viseres domum ATTALI;*  
*Sederes tu in sellis 73)*  
*Sole sudos dies,*

\*) Nái

- s) *Or fnemma*, excidit ab S. si vel or tantum posuisset, nihil peccasset, ad rem, eti forte aliquid ad Poësin hujus Odæ.  
t) *Gvnnar*, S. quod etiam poësis tolerat.  
u) *Armgreyptom*, L. ut ante.  
\*) *Síá heim*, omnes Codd. non *Heim* at *siá*, quod ad poësin lepidius foret, nisi in his Odis.

71) In transitu observandus est talis usus adverbii *fnemma*, nam in hodierno nostro sermone inutiliter restrictior est, ad certum nimirum temporis spatium. Sed pro usu Nostri consule lin. 2 hujus versus, et ex *Alvis-málom* in Tomo I. Eddæ hujus, vers. VII. lin. 1. 2, hac verba: *Sætir þínar Er ek vil fnemma haſa*, & Consensus tuos citò quidem cupio obtinere. Confer vocem in Gloss. ejusd. Tomi.  
72) *Færir* modò posuit pro *Hefdir* farit, lor. induisses; et cum soli fratris loquatur, latenter tamen objicit ei imprudentiam, quod cum cohorte armata ad Attalum non venerit.  
73) Vix est, ut aliquid magis figuratè dici pos-

sit, magisve poëticè ac splendidè, quam hæc dicta sunt ab Auctore, cùm inducit sororem regis eum solum velle collocatum in multis ephippiis, sed re ipsa intelligat ejus equites bellicos. Et sanc hæc non vacat phantasia quadam poëtica; quemadmodum et sequens *Sól-heiþa daga*, quod sanc ornatè et svaviter ac muliebriter dicitur est; quod tamen ultimò digitus intendi videtur ad tempus anni, quod hæc res gesta est, nimirum anni gestatem; nisi regina latenter innare voluerit fratris, multò rectius futurum fuisse, ut ille cum suis diem perpetuum ex equis cum Attalo rege pugnasset.

\*) Nái 74) navþ-favlva

Létir nornir gráta,

XVII.

Hlúna skiald-meyiar 75)

Hervi 76) kanna.

En ATLA sílfan létir þú

*Funera necessitate pallentia**Faceres ut nymphæ fatales deplorarent.*

XVII.

*HUNNORUM virgines clypearas 75)**Perniciem pati,**ATTALUM verò ipsum faceres*

I orm-

<sup>\*)</sup> Nár, Omnes, non Nárr, quorum utrumlibet admittamus, non videamus, quo pædō ad contextum applicare possimus. Quod Nár sit νέφος, et inde ductum, neinim Philologizæ non penitus ignarum latere debet; sed quid illud huc facit, si vel maxime scribamus Nár in num, plur. et referamus ad nymphas geniales defunctorum? Eodem res abit, si Nár-exponamus Propinquas, ab Ná, prop̄, tanquam tales Nymphæ, *Eylgior* nobis vocata, olim credita fuerint sese continuisse apud cadaver mortui, propter antecedentem, dum in vivis erat, cum eo conjunctionem, aut simpliciter eum deplorasse ob conjunctionem memoratam, sine ulla in posterum praesentia apud ejus cadaver. Duos genios cuiuscunque homini nascenti attributos fuisse statuit Horatius, neippe Album et Atrum, quam opinionem eum alicunde habuisse oportet, etsi Philosophis, saltem posterioribus, hoc in re aqua hærent, imo ne quidem eam mentione dignam reputent. Notanda interim sunt mulieres duæ, bona et mala, cum Gislio Sursonio toties inter quietem conversantes.

74) Necessariò hic reposuimus Nái, pro Nár; de quo in varietate lectionis satis nugaram dedimus. Conf. et *Hrafna-galdr Opini* vers. penult. lin. 7, et Gloss. Tom. I. h. Edd. sub voce Náir. Hic autem intelligendi sunt Attali regis adseclæ. Navþ-favl ad fatalem lethi necessitatem pertinet; et Nornir in ult. lin. designant Nymphas propitiias; respice ad var. h. l. sub finem.

75) Locus hic est notabilis ac doctus in primis, de exercitu militari olim in Europa a mulieribus usurpatu. Conf. saq̄e hujus Poematis versum XLIV. lin. 8 sqq. *Völundar-qvidam* in *Introductione prosaica*, Odas Helgianas de Sigruna principe, et Odam I. Brynhdilnam,

mecnon *Gudrunar-Qvidam* II. vers. I. lin. 3 ex varietate lectionis.

76) *Herflegr*, foedus, atrox, turpis, notumocabulum est apud Nostrates olim arque hodiè. Ab hujus priori parte mutuati sumus expositionem vocis simplicis et plenè nobis alias insudita *Hervi*, cuius ultimos natales esse opinamur aressendos Verbo *At hversa*, dispate, e conspectu subducit, deficer; inspicie Gloss. Tom. I. sub eo Verbo. Nisi quis manuerit vocem istam referre ad *Harm*, dänum, calamitas, torices in ea notione usurpatum Antiquis, tam in prosa quam in poësi. Nemini autem literato ignotum esse poterit, literas *m*, *f*, et *v*, esse unius elementi, et que adē facilis negotio inter se lubenter permutari,

Iorm-garþ koma.  
Nú er lá orm-garþr  
y) Yckr vñm fölginn 77).

*In carcere serpentinum includi;  
Nunc autem ille cancer colubrinus  
Vobis est reservatus 77).*

## XVIII.

Seinaþ 78) er nú systið  
At samna NIFLUNGOM.  
Lángt er at leita  
þ) Lýpa sinnis til  
Of 79) rósmo - fiavll RÍNAR  
Recka óneissa.

*Nunc nimis tardum 78) evenit, soror!  
NIFLUNGORUM copiam colligere,  
Longinquum est querere (petere)  
Hominum auxilium,  
Per palustria (coenosa) montana RHE-  
NO propinqua,  
Alacrium virorum insignium.*

## XIX.

Fengo 80) peir GVNNAÐ  
Ok i fiotor setto

## XIX.

*Comprehenderunt GUNNAREM  
Et in vincula congecerunt*

Vinir

y) Ochr, nobis, S: ineptè, nisi soror blanditie quadam se dicat participem futuræ calmitatis; hoc modo ex idiotismo Sermonis posset procedere.

þ) Lípa, S: ut prius var. h. in altero Alphabeto, ubi nos vide.

77) Hæc consentient verbis Brynhildæ Budliados ad Gunnarem in Sigurdar-Qvida ult., *Mundv i öngun, Orm-garþ tagiþr.*

78) Seint koma ófvinnum manni ráð i hug, est proœmia nota Nostratum, reipse verissima, quæ oppidò quum in hanc rem congruit. So- nat autem proœmia hæc latine verbis tenuis: Serò homini imprudenti in mentem veniunt consilia [salutaria].

79) Rosmo; hoc vocabulum ex regulis Grammati- cis deberet esse Rosma in nominandi casu.

sed vox nobis ea terminatione penitus ignota est, etsi Rosm, in gen. neutr. audierimus, quod usualiter significat quisquiles, excrements; undes, in re ambigua, nobis visum est, hujs loci explicaciones dare, quæ Versio prefers, opinantibus istud Rosmo esse nomen adpellativum, non proprium, de quo ultimo Germani ipsi nobis melius disperserint.  
80) Oppidò quum ornatè et eleganter adhibet Poëta verbum Arsfá hoc loco; consule sane Gloss. Tom. I. h. Eddæ, sub eo verbo.

Vinir BORGVUNDA 81)  
Ok býndo fastla.

BURGUNDORUM [81] amici  
*Atque strixè vinixerunt.*

XX.

Sjö 82) hió HAVGNE  
Sverpi hvöfö  
Erenom átta  
Hratt han i eld heitan.  
Sva skal ø) frækñ  
Fiandom veriaz 83).

XX.

*Septem [viros] 82) cecidit HÖGNUS*  
*Gladiō acutō,*  
*Oðavum autem*  
*Impulit in ignem calidum;*  
*Ita virum ferocem deceat*  
*Se ab hostibus tutari 83).*

XXI.

¶ Ita Membr. et L. sed Frakuliga, S. adverbialiter, et fortasse ad metrum hujus Odæ rectius, etsi et alterum per se procedat.

81) Plinii auctoritate Burgundi ab initio erant species Germanæ nationis, habitans ad mare orientale s. Balticum. Ea natio sine dubio varias postea fecit migrationes in Belgium, Galliam, atque etiam, ut opinamur, in Daniam, et quidem notam hujus insulam, que *Bornholm* hodie nomine cluet, antiquitus in Danico sermone *Borringsholm*, et apud Scriptores nostrates priacos *Borgandarholmr*, in *Jónivikinga*-þætti *Olafr f. Trygg.* Tom. I. et in *Orni*-þætti *Stórvifsonar* ejusdem. Histor. Tom. II. Adeò ut saad verisimile sit, distam insulam nomen suum antiquius a predicta Burgundorum natione meruisse, etsi Dani hodie, euphoniz servientes, istud aliquantum immutaverint. Interim in re aliquantum ambiguous tutissimum nobis visum est hic per Burgundos intelligere Frisiae incolas, unde Attalus rex ortus erat, teste *Niflunga-faga* Cap. XLII. pag. 132. Neque demum omnino

improbabile est, *Borgunda* hic esse cognendi casum singularem, et Attalum regem solum intelligi eo nomine, ob rationem nuper additam.

82) Multum haec amplificat *Wolf. faga* Cap. XLVI. pag. 99. Verba ejus: *Sidan bardis Högni af mikilli hreyfti ok dreng/kap ok felldi hina flæstu kappa Atla konungi tuttugu. Han hratt mörgunu i þanni eld er þár var i höllinni. Allir urdu á titt fáttir ar varla fæl flíkan manu; i. e. Deinde (ne)mpre postquam frater suus Gunnar comprehensus et in vincula conjectus erat) pugnabat Högnus magna cum animi fortitudine et virilitate, prostravique summos athletarum Attali regis numerò viginti. Etiam trudebat multos in eam flammam, quæ in aula erat accensa. Omnia-consensus erat, vix inveniri (visum iri) tantum athletam.*

83) Epiphonema Authoris hoc Heroe dignum.

XXI.

HAVGNI vardi  
Hendvi GVNNAReS 84).  
Frágo fræknan  
Ef fiör vildi  
Gotna a) Þróðan 85)  
Gvlli kavpa.

HÖGNiUS vim propulsabat  
*A corpore GUNNARiS 84).*  
Rogarunt fortēm [heroēm],  
Num animam vellet  
Homīnum regnator 85)  
Aurō redimere?

XXII.

Hiarta skal mér HAVGNA  
I hendi liggia 86)  
Blódvgt or brióstí  
Skorit bald - rípa 87)

Cor mihi HÖGNiK  
In manu ut jaceat, edico 86)  
Sangvinolentum peccatori  
Exsecutum potenti equiti

Saxi

a) *þrōþom*, S. populis (Gothicis), vel populis simpliciter. Neque sanè improbanda ea  
lectio, boni enim reges commodis suorum civium vivunt.

84) De hac defensione Högnii nihil quidquam  
alibi nobis lectum est nisi quod adlatum in  
Not. præced., sed sine dubio hec Auctoris  
relatio est vera de viro tam forti, et fratre  
tam amabilis, ut Högnius erat Gunnari. Huc  
non incommodè adpliuerimus notum effa-  
tum Gretteris Robusti, ægri ac sauciati, de  
fratre suo Illugio, eum protegente: *Berr er  
hverr á bakiño nema bróðr egi.*

85) De Högnio hic sermo esse videtur, potius  
quam de Gunnare, propter quod Auctoris  
verba de illo proxinè præcesserunt. Interim  
tamen dissentientes consulere potuerint hujus  
Poëmatis vers. XXXVII et XXXVIII. et *Wolf* fa-  
gam Cap. XLVI. quæ rem liquidius enarrat  
his verbis: *Nā eru þeir bádir í fótr settir Gunnar  
ok Högni, þá mælti Athi kóngr til Gunnars  
konungs, at han skyldi fegja til gallfins,*  
et han vill líf þiggia. Han foarar: *fyr* skal

ek sia hiarta Högna bröðnur míns blöðngt; i. e.  
Jamque illi ambo in vincula conçetti sunt  
Gunnar et Högnius. Tunc rex Attalus Gunnari  
regi locutus est, postulans, ut aurum  
(sc. Fateris thesaurum) indicaret, si vitam  
obtinere vellet. Hic Gunnar respondit: Prius  
videro cor Högnii fratris mei sangvinolentum  
(Quam sc. id indicem). Mirum interim est,  
neutrūm fratrum ad hanc conditionem obla-  
tanūlūm responsum dedisse, quod fortasse  
ut nūc est, exciderit ē poëmatē nostro.

86) Compone hec verba Tyranni in *Atla - Málom*  
vers. LV. *Takilj er Havgna* 'Ok hyldit meip knif  
&c. cum nostra adnotacione.

87) Conf. *Egis - dreckam s. Loka - seunam in Tomo*  
I. hujus Eddæ, et quidem his verbis: *Fetyrr  
er beztr Allra ball - rípa*, et adnotacionem  
ibidem.

Saxi b) Slipr-beito 88)

Syni Þiódans.

*Sicā lethæ acie præditæ 88)*

*Filio regio.*

XXIII.

Skáro peir hiarta

HJALLA or briósti 89)

c) Blóþvæt ok á bióþ lavgðo

Ok báro þat fyr GVNNAr,

XXIII.

*Exsecuerunt cor*

*HJALLIO è peccore 89)*

*Sanguinolentumque patinæ imposuerunt,*

*Idque GUNNARI obtulerunt.*

XXIV.

b) *Slipr*, divisim, omnes Libri. Mox *beittæ*, S. quod ad exacuendi aëtum magis pertinet. c) *Beðþogr*, Id. facili confusione, et tamen notandæ, literarum l et e, Mox vocularia & exclud. L. et simul monet Chartas eam addere, supervacuæ, ut censem; opörer hunc Librarium tam Sermonis nostri vulgati, quam poëticæ, et præsertim in hac Oda, si tamen Diis placuisset, peritum fuisse; tamen quod ad prius, quomodoenique procedit, sed ea tamen mutatione nihil erat opus, et hoc adhuc unum est argumentum, quod iste Liber si Membrana nostra progenies.

88) Ex auctoritate poëmatis *Völu-spá*, *Slipr* vocatur Aminis infernalis, qui stercora volvit atque gladios. Hanc auctoritatem qualemcumque versio nostra sequitur. Noh tamen obstinate refragabimur iis, qui fortasse maluerint *Slipr* hoc loco simpliciter de vagina gladiis accipere, ut tyrannus jubeat, suppicio adhæberi gladium exacutum ab vagina recentem. Tertia opinio est, quod *Slipr* hic positum sit pro nôta voce *Siödr*, quo designat usualiter lacunam in acie ferramentorum; ut ad eo-tyrannus, ad cruciatum intendendum, tale ferramentum jussicerit adhæberi.

89) Qua occasione, quoque consilio, servulo innocentí hoc fecerint ministri Attali regis, constat ex *Atla-Málom* Vers. LVII. Verum secundum ejus Poëmatis relationem misellus ille cum vita evasit, beneficio intercessionis

Högñii, adspice versum dicti poëmatis LX. Non minus opere pretium est hic conferre. *Völf sagom* Cap. XLVI. pag. 99 et 100, que aliquanto amplius rem narrat, sed de cetero Auctori præsentis Poëmatis consentit. Verba ejus: þá mælti ráðgjafi Atla, höngs: Se ek beitra ráð; tökun heldr þrælinum Hialla, en forðum Högnus, et aliquanto post: Ná þrifð heir þrælinu f annat finn, ok fláru fir honum hiartat ok bárn fyrir Gunnar konung; i. e. Tunc loquutus est consiliarius regis Attali: Potius consilium perspicio (sc. quam ut Högnio vivo cor exsecetur, ut Attalus in antecedentibus præcepéra), comprehendamus nempe servum Hjallium, et Högnium servemus. Comprehenderunt ergo servum altera vice, et cor ei vivo exsecuerunt, atque ad Gunnarem tulerunt.

## XXIV.

pá qvap̄ pat GVNNAŘ  
 Gvnna drottinn.  
 Hér hefi ek hiarta  
 HIALLA ins blavpa.  
 Óliskt hiarta  
 HAVGNA ins frækna,  
 Er 90) miök bifaz  
 Er á biópi liggr.  
 Bifpiz hálfo meirr  
 Er í briósti lá 91).

## XXV.

Hló pá HAVGNE  
 Er til hiarta skáro 92)  
 d) Kvicqvan kymbla-smip̄ 93).

## XXIV.

Tunc fatus est GUNNAR  
*Hominum dominus:*  
*Hic habeo cor*  
*HJALLII trepidi,*  
*Dissimile cordi*  
*HÖGNII intrepidi,*  
*Quod 90) multum tremit*  
*Jacens in patina,*  
*Tremuit dimidiq̄ magis*  
*Cum in pectore jaceret 91).*

## XXV.

Tunc ridebat HÜGNIUS  
*Ubi cōrde tenuis secabant 92)*  
*Vivum coni galearum concinnato-*  
*rem 93),*  
 e) Klecqva

d) Kvicqvan, Membr. et L. sed Qvicqvan, S. quidni scripserunt *kvicqvan*, quod multò erat svavius et rectius?

90) De corde servi necessariō hic sermo est.

91) Han (Gunnarr konungr sagði: hiarta má hér  
 sá ens blanda, ok er óliskt hiarta Högna ens  
 frækna, því nū skéfþ miök, en hálfu meira  
 (minna apud Björnerum, perperam) þá i brió-  
 sti horum lá. *Volf. saga Cap. XLVI. pag. 100.*

92) Vide et admirare animi fortitudinem Herois  
 nostrī in tam crudelē supplicio. Accedit hoc  
 rex Danorum inclitus Regnar Lodbrok, cu-  
 ius morituri in carcere angvino hæc ultima  
 verba sunt in nobili Carmine suo, quod Krá-  
 ko-Mai, nomine cluet: *Lifs ern lidnar þundir*

*Lætiāndi fkal deyia; i. e. Björnero interprete:*  
*Vita præterierunt horæ, Ridens moriar. De*  
*Halfo s. Alfo rege, in Historia ejus et Heroum*  
*sugrum, habentur hæc Cap. XIII. þat munu*  
*seggir At fógnum giöra At Hálfr kóngr Hlæian-  
 di dō, i. e. Id homines relationibus prædi-  
 cabunt, quod rex Halillus tidens moriebatur.*

93) Absurda videri possit hæc principis regii  
 appellatio, saltem sudax nimium, ersi illi  
 ut homo prælis advestrus, sxpis verisimili-  
 ter usus fuerit galez, quam faciunt bellatores  
 hodierni, et forsitan suis militibus ordinave-  
 rit

e) Klecqva han sítz hvgdi 94).  
 Blópvgt pat á biópf) lavgdo  
 Ok báro fyr GVNNAR,

*Ille de flendo minimè cogitavit 94);*  
*Id sangvinolentum in patina colloca-*  
*runt*

*Et ad GUNNAREM tulerunt.*

## XXVI.

g) Mærr qvap pat GVNNARR  
 h) Geir- NIFLÚNGR 95).  
 Hér hefi ek hiarta  
 HAVGNA ins frækna.  
 Ofskt hiarta  
 HIALLA ins blaþpa.  
 Er 96) ltt bifaz

## XXVI.

*Serenus fatus est GUNNAR*  
*Bellicosus 95) NIFLUNGUS:*  
*Hic habeo cor*  
*HÖGNII intrepidi,*  
*Dissimile cordi*  
*HJALLII trepidi,*  
*Quod 96)parum tremit*

Er

e) *Klecqva*, Omnes, non enim *klavcka*, *klaveqva*, *klavka*, ut in Tom. I. pag. 604 Col. I. nullo majore jure, quam posuerunt *Gleggra* (*Gleiggra*) pro *Glavgra* (*glavggvra*) in Epilogi hujus poëmatii; analogia interim tamen aliarum vocum hanc scripturam quadamfemus fulcit, ut in *Gérvu*, pro *Görva* (*giörva*) facere, planè, etsi ratio tam nonnihil distet. Porro *Sitzt*, membr. et L., at *Sist*, S. utrisque relinquendum.

f) *Lavgdo*, excidit ab S.

g) *Mær*, gen. fém. ut semel supra, L.

h) *Geir* (*Geirr*) *Nifflúng*, dývisim, L. et S. forte pro utraque priori voce legi debeat *Gerr*, perfectus, consummatus; etiam divisim, aut *Gerr*, paratus, accinctus, nempe ad patientium supplicium, aut ad omnes eventus subeundum.

rit certam formam, ad quam adaptarent issa  
 galearum insignia, — quæ vulgo antiquitus  
 Herkumki adpellata sunt.

94) Aduiamus hic Anthonem *Volf. sagæ* pag. 100;  
 ejus verba: *Nú gengu þeir eptir eggjan Atla*  
*köpgs at Högna, ok skárn ar honum hiartat.*  
*Ok fui var mikill þrótr hansi, at han hlö, áme-*  
*dan han leid* (Leid opinamus esse elegantius)  
*þessa qvði, ok aðir undruduz þrek hansi, ok þat*  
*er fidan at miennum haft; i. e. Jamque, se-*  
*cundum initiationem Attali regis, illi (fa-*

muli I. liiores) Högnium adgressi sunt, et  
 cor ei vivo execuerunt. Atqui tanta ei erat  
 vis animi, ut interea, dum patetnr hunc  
 cruciem, pideret. Eamque fortitudinem  
 omnes admirari sunt, que res exinde in po-  
 steritatis vivit memoria.

95) Vel strictius ad verbum: *Hastatus, hastæ*  
*utende adsvetus, Nifflungus.*

96) De corde Herois, non autem corde servi,  
 hic sermo est.

Er á biópi liggr.  
Bifpz svagi miök  
Er i briófti lá.

*Jacens in patina,  
Non tremuit sic multum,  
Cum in pectore jaceret.*

## XXVII.

Sva skalv ATLI  
Avgom *i*) fiarri 97)  
Sem [k] pú] mvnt  
Meniom 98) verpa.  
Er vnd einom *l*) mér  
*m*) Avll ym fólgin

## XXVIII.

*Ita tu, ATTAL!*  
*A meo conspectu procul abesto 97),*  
*Uti tu aberis*  
*A monilibus 98) procul.*  
*Mihi soli concessa est*  
*Omnis abscondita*

Hodd

*i)* *Fiarri*, ad posteriorem lineam transfert S. et vocem hanc transversa lineola subduxit L. in Textu; at *Fiannus* ex Chartis, ut ait, adfert in margine; lectio nullius pretii, qua sensum ceterorum turbat, vel si de hoste caperetur.

*k)* *Mvnt*, nudè, omnes Codd.

*l)* & semper, inserunt Chartæ, teste L. in marg.

*m)* *Orþ*, verbunt, &: indicium, S. lectio haud sànd adsperrnanda; mutatis mutandis; mox *Félginn* in Accusandi casu masc. gen. S. Etiam notanda hac lectio propter genus *reð Hodd*, de quo merito ambigitur. In ceteris Libris est ea vox (nempe *Hodd*) fæminini generis, vel nèutrius, sed magis fæminini.

97). Locus hic est unus inter scrupulosos hujus Poëmatis, quo quid faciamus, incertum sàne habemus. Unum sensum utq[ue]nque dedimus in Versione, qui ipse nondum nobis plenè satias facit. Alter sensus foret hic: Ita tu, Attale! procul ab auri istijs conspectu eris, quemadmodum [procul aberis] ab ejus possessione er us; i. e. aliis verbis: Tantum aberis, ut aurum in tuam possessionem unquam veniat, ut id ne tibi quidem licetum futurum sit oculis tuis conspicere. Utrumlibet sensum adoptemus, sàne hic non medio-crier eluet magnanimitas hujus Herois.

Verba hujus statim post visum cor, fratri vivo excutim, hec sunt ad tyrannum Attalum in Vols. sag: *Svo mantu Atli látta þitt líf, sem ná látum víði*; i. e. Ita tu, Attale! amittes vitam tuam, quemadmodum nos duo (fratres) nostræ nunc amittimus, & violenta morte morieris. Hunc autem sensum subesse verbis Poëta nostri, haudquaquam perspicere possumus.

98) Sc. aureis thesanis Fæmeris; et *Meniom* hic est pluralis & Noun. sing. gen. neutr. *Men*, non autem & *Meniar*, monumenta, gen. fam.

Hodd NIFLÚNGA.

Lifra nú HAVGNI 99).

## XXVIII.

99) Ey var mér týia 100)  
 Meðan viþ tveir lífþom.  
 Nú er mér engi  
 Ær ek einn o) lífik.  
 Ríð skal rápa  
 Rög-málmi 101) skatna

Gaza NIFLUNGORUM,

Nunc in vivis non est HÖGNIUS 99.)

## XXVIII.

Semper mihi erat dubium 100),  
 Dum nos ambo viximus;  
 Nunc id mihi nullum eit,  
 Cum ego solus supersum:  
 RHENUS dominetur, faxo,  
 Metallo humanorum dissidiorum auc-  
 tori 101),  
 102)

n) *Ey — tyia (tyea), Omnes.*o) *Lifi, S. extruso Pronominis suffixo, more suo.*

99) Nú veit ek einn hvor gullit er, ok mun eigi  
*Högní segja þér*, i. e. Nunc ego solus scio,  
 ubi aurum conditum sit; sanc Högnius id  
 tibi non indicabit, verba regis sunt ad Ty-  
 rennum in *Völf. saga* pag. 100.

100) Hoc vocabulum unum est inter insolentias  
 hujus Poëmatis. Contextus tamen persvatis  
 nobis, ut ei sensum in versione positum tri-  
 bueremus. Præterea huic nostræ opinioni  
 adspicitur *Völf. saga* l. modò citatò; verba ejus:  
*Mér lék i hug ymbl, þá er vid liflum bádir;*  
*en ná hef ek einvalðt fyrir mér: skal nið Rím*  
*ráða gallinu, fyrri eus Hyndir* (hámir, apud  
*Björnerum mendosè) beri þat á höndum fer;*  
 i. e. In diversa eniūs mihi agebatur (an  
 sc. indicarem tibi aurum Fafnerianum, vel  
 aliquid tecum inde communicarem) dum nos  
 duo (fratres) vivebamus; nunc autem con-  
 silium meum obstinavi: Rhenus púri domi-  
 nius esto, potius quam ut Hunni id gestent  
 in brachii o; eò ornent manus suas et bra-  
 chia. Componere hoc sanc versum proximè se-  
 quentem, quatuor lineis prioribus. Quod ad

vocabulum illud insolens *Tyia*, dubium, am-  
 biguum, adinct, verbulò monere voluius,  
 nostram opinionem eò tendere, ut id forma-  
 tum sit primariò à *Tveir*, *Tvō*, duo, secun-  
 dariò autem et proximè à *Tvi*, quod in Com-  
 positis notum est, sed solitarium sibi vix ac  
 ne visquidein, arque absolutum. Jam verò  
 licitum est, secundum regulas originationis  
 in Lingua nostra antiqua, *Vi* et diphthongum  
*Y* inter se permutare, quamadmodum in *Tvi-  
 svær* et *Tysvar*, his numerò; *Björgvín* et *Björ-  
 gyn*, *Bergz*, Norvegiz civitas nobilis. Hic  
 adeò, præter contextum, et ei suffragans ar-  
 gumentum è *Völf. saga* superius in hac ipsa  
 annotatione adductum, est fundus nostræ  
 Versionis loci hujus ferè desperati.

101) Locus classicus hic pertinens, nimirum ad  
 vocabulum complexum *Rógmálmr skatna*, con-  
 tinetur in *Sigurdar-Qvida* II. parte I. his ver-  
 bis pumilioris *Andvarij*, cui *Lokius* hoc au-  
 rum priuinitus extorserat: *Þat skal gull Er*  
*gnist átti Bræþrom tveim At bana verda Ok*  
*avþlingom áttu at rógi.* *Man minus fár Mangi*  
*niéga.*

102) Svinn p) ás-kvunna 103)

Arfi NIFLÚNGA.

## XXIX.

I q) veltanda vatni

104) Lýfaz val-bavgar.

Heldr enn á höndom gyll

Skíni HÚNA börnom.

r) Ykvip 105) er hvel-vögnom

p) As kwnna, divisim, Id.

q) Vellanda, bulliente, fervente, Id. suspecte.

r) Ykvip (ykvip), Omnes.

nióta. Versus ille proximè ibi subsequitur prosam secundam, ubi nos periclitati sumus conjecturam, quinam isti oīlo principes fuerint.

102) Hoc epitheton fluvio, tanquam personæ, attribuit Poëta oppidò quam audacter et simul eleganter.

103) Car As-kwnna de hereditate ista, sive auro isto Fasneriano, post cædem Sigurdi a Niflungis injuriis occupato, hic dicas. Auctor, rationem habet idoneam in Oda Sigurdi II. modo citata, et quidem ejus Introductiōne prossica, item versus Poëmatis i. s. 6. 9., ut Prosa altera et tertia.

104) Mirè hisce quatuor lineis insultat rex ty-  
ranno et ejus subditis.

105) Ykvip hic modo positum est pro Vikip, du-  
jus permutationis exempla suprà dedimus sub  
N. 110. Hic autem adhuc unum exemplum addimus ex Hryggjar-slyki, nobili ejus Ex-  
emplari membraneo, quod Morkinskinna, no-

102) Sciens, Divis notæ 103)

Hæreditati NIFLUNGORUM.

## XXIX.

In aqua [se] volvente

104) Illuminantur (depurantur) insig-  
nes annuli,Magis quam si in manibus aurum  
Fulgeat HUNNORUM filiis.Inflectite 105) vos ad iter rotata ve-  
hicula,  
Haptr

mine cluet: þar þurfti vða til at yqua et taka menu, i. e. Passim admovende erant naves (vel earum cursus stendentes) ad homines sus- tollendos, nimirus Danos captivos, . quos Haraldus Sigurdi in mare deponi fecerat. Hac cædem operâ etiam notare licuerit ex Ed- da Snorr, vocem Kyvra-vððvi pro Kvika-vððvi, musculus vitalis ad verbum, re ipsa in sermone medico musculus pollicis, quod ex- emplum etiam facit pro nostra adserione hu- jus literarum permutationis, et si aliquantum differat in earum siccâ. Rem ipsam quod ad- tintes apud Poëtam nostrum, Attalo regi hæc verba tribuenda sunt, respondenti ad ultima Gunnaris verba super auro Fasneriano, quam nostram sententiam satis adstruit Volfi fuga pag. 101 ubi hujuscem verbi immediate hæc subjungit: Atli konungy fvarar: Farit (scrid, Björner, mendosè) á biott med bauingian, ok fvar var gjört; i. e. Rex Attalus respondit: Hinc asportate vindictam, atque ita factum est.

Denique

Haptr er nú i böndom 106).

*Captus nunc est in vinculis.*

XXX.

- ATLI inn ríki 107)  
Reip glavm-mavnom 108)  
109) Sleginn róg-pornom 110)

XXX.

- ATTALUS ille potens 107)  
*Vetus est sonipedibus mannis 108),*  
109) *Spiculis militaribus 110) cinctus,*  
Sifiúngi

Denique *Hvel-vögum* non malè hic posuit  
Auctor, nam sunt etiam *vehicula*, quæ rotis  
carent, ex. gr. *trahæ*, item *Vegar*, hodie ma-  
gis *Vögar*, in *Njalt-saga*, *vestaculi species*,  
*Cap. de Cæde Höskuldii Njalsonii*, ex plurimis  
Librorum lectione.

106) Heic tyrannus de victoria sua superbians  
insultat infelici regi, leviro suo, ad suppli-  
cium crudele abducendo.

107) Vel per se ipse potens, vel speciatim pro-  
pter triumphum de suis leviris, et spem anci-  
Fafneianæ unacula regno ad hisce validæ.

108) *Glavm-mavnom*, sanc quam splendide for-  
matum nomen est, et prior pars ejus apta sa-  
tis ad presentis supplicii pompa; posterior  
pars necessariis venit ab voce nobis insaudita  
*Mani*, m. in casu Nominandi sing., sed tamen  
reæ et rationabiliter a *Món*, pila equina,  
de qua consularis Gloss. Tóm. I. hujus Operis.  
Erunt fortasse, qui existinaverint multò  
simpliciorem et planioriem lectionem esse  
*Glavm-mavrom*, sed nos tamen nihil hic mu-  
tantum esse deprecimur. In *Mavnom* antem  
figura Numeri est, ut supra Vers. XVI. lin.  
5 cum nota nostra. Denique in transitu ad-  
ferre; licet opinionem nostram, quod nempe  
nostrum *Món*, s. *Mavn*, cognatum sit Lat.  
*Mannus*, de cuius origine hesitant Etymolo-  
gi. Quod Latini voces suas ab Septentriona-  
libus periverint, multis sanc quam incredi-  
bile visum iei arbitramur, sed unde illi ex-  
gr. petiverunt vocem *Savis*, de cuius origine  
ne ullum iota' quidem legere est apud Etymo-

logos? Unde? nisi a vocabulo nostro Eddico  
*Svas*, toties occurrente. Eadem ratio obri-  
nere poterit etiam in aliis vocabulis, de quo-  
rum origine Philologis aqua hæret.

109) Ad hanc applicationem Participij pass. *Sle-  
ginn*, conferre juvat superius apud Auctorem  
hujus Poëmatis Vers. XIV. lin. 6 cum varie-  
tate lectionis ac nostra adnotacione. Item ex-  
positionem vocis hujus in Eddæ nostra Tom.  
I. sub ea ipsa in secunda notione.

110) In Eddæ Snorr. *Rög*, gen. f. an neutr., in-  
ter pugna vocabula recensentur. *Porn*, spina,  
proprietà, quæ vox ex regulis poëticis appli-  
cata. ad pugna vocabulum, oritur jus, ha-  
ste, lanceæ, pili l. *spiculi*, adpellatio. Pa-  
rum autem interest, utrum per *Rög-porn* ha-  
stas tantum hic malium intelligere, an hastas  
tyranni ministros, nisi hoc ultimum ali-  
quanto est figuratus; quæ figura etiam firma-  
tur a precedente *Glavm-mavnom*, numerò  
multitudinis, cum tamen ibi de tyranno solo  
sermo sit. Scilicet Attalum regem validum  
ac numerosum praedium adhibuisse in educate-  
ione regis Gunnaræ ad supplicium, et triun-  
phandi gratia, et ne è manibus suis elabere-  
tur, vel fortasse ab aliis huic benevolis eripe-  
reetur, et ille sanc sibi, in hac re mettere po-  
terat ab ipsa conjugæ sua, sorore Gunnaræ.  
Ubi autem iste cancer angvinæus, ubi tyran-  
nus Gunnarem ad necem excruciat, situs  
fuerit, ambigi potest, et ambiguitur inter  
scriptores hujus Tragœdiae. Auctor *Nifflun-  
ga-saga* tradit, cum in media regis sede, quam  
Safa

Siflúngi peirra 111).

\*)

Gvdrún sig-tifa 112)

Sororius eorum 111).

\*)

GUDRUNA ducum bellicorum 112),

Varnapí

\*) Hic una linea excidit ab omnibus Libris, hoc modo non incommodè supplenda, ut opinamur: *Gatiiz harma*, i. e. Animadvertis trumnas aut calamitates.

*Susa* et *Susat* nominat, fuisse collocatum;  
*Völf*, saga rem in medio relinquit. Nos in  
ambiguo sequimur circumstantias rei apud  
Postam nostrum, et statuimus hunc supplicii  
locum extra urbem aliquanto spatio, majori  
l. minori, in tyranni territorii situm fuisse,  
inducti hujus versus parte priore, collata cum  
priore parte vers. XXXIV. Cum nobis ut  
cunque facere arbitramur, præter hæc loca,  
illustre Poëma *Ödströnar-Grát*, quod graphi-  
cè depingit luctum hujus regni Principis ob  
crudele necem amici sui, nempe regis Gunnar-  
sis. Verba ejus adponere non pigebit:  
Nam horskr konungr *Havrø* svegia þvæt han  
hrgdi mik *Til* hildpar ser Kyrikk konungi Of-  
koma mundo. Nam ek at heyra — *Hve þar af*  
*strixhom Strengir gull*. *Vilda ek falkis Fjöri*  
*biarga*. *Letom flóta Far lond yfir Una ek alla*  
*fle Atla garþa*. *Já kew hin arna Urfkevan-*di** Móðir Atla, etc. per totum hunc versum.  
Ex hisce, præserimi versus ultime adducto,  
opinamur rudo concludi posse, istum supplicii  
locum extra sedem regiam Attali situm  
fuisse. Præterea fieri potest, ut Attalus æsti-  
væ oblectationis ergo alias arcas in territoriis  
suis extra urbem primariam sitas haberet,  
quemadmodum mos est hodiè regibus viris  
atque proceribus. Apud harum arcum ali-  
quam, nihil est, cur non locus istum ser-  
pentinum, ad nocentes et inimicos plecten-  
dos, fieri curaverit, crudelitatis sua de-  
lectandæ gratiæ. Ad talem ejus æstivationem  
sedem forte venerint primò. Niflungi invitati;  
sed venerint sànd in ipsam urbem primariam,

ut narrare videtur Historia, nihil tamen mi-  
nus portuit tyrannus ille vivum regem Gunnar-  
rem ad hunc supplicii locum transportasse,  
atque ipse illic oblectamento gratia, presens  
adesse neci ejus cruciabilis, uxore sua interea  
in primaria sede reliktæ; mater verò fortassis  
eum filio æstivabat in aliqua dictarum arcum.

111) Nempe fratrum Gunnaris et Högnil. Et  
sane, invide movende causa, Author rectè  
et aptè adposuit tyranno nomen *Siflúngi*.

112) Ita honoris gratia Niflungs adpellat Poëta.  
*Tívi*, *Tívar*, speciatim et antiquis usitata est  
Divi nomen, sed posteriores id latius extende-  
runt, ex. gr. Sighvatus Poëta, ubi de Olao  
Sando rege extincto sic loquitur: *Lyg ek ne-  
má Olafri rigi Yf (If) sín qviqvir tívar*; istud  
Tívar hoc loco an reges sonet solos, an ho-  
mines quoconque, in ambiguo relinquimus;  
contextus tamen favere videtur posteriori opi-  
nioni, et quidni? Nótum enim est, quod nos  
homines ab initio non tenemus partem accep-  
rimus imaginis divinae. Expressis verbis ta-  
men *Sig-tívar* de Diis usurpantur, in nobili  
Carmine *Völv-spá*; item in *Loka-seuna Tom-*  
I hujus Operis Vers. I. lin. 6. II. lin. 3, col-  
lato vocabulo complexo *Sig-tíva synir* in ejus  
Glossario. Alias *Sig*, prior vocis pars, ex  
Ediæ Snorr. autoritate et priscorum Poëta-  
rum usu, nihil aliud quam pugnam notat  
etsi quibusdam libuerit eam vocem in compo-  
sitione ad victoriam trahere. Denique verbo  
ménendum, utcumque de lacuna judices prox-  
imè antecedente, *Tár Sig-tíva hic in sensu*  
*posse jungi*, de lacrymis ob eisdem fratrum  
pri-

Varnapi vjp tårom.

113) Vapin s) i pys-hayllo 114).

XXXI.

115) Sva gángi pér ATLI  
Sem pú vjp GVNNAR áttir  
Ejpa opt vñ fvarpa  
Ok t) ár of ncfnda 116)

Lacrymis abstinentia satagit,

113) Ingressa turbulentam aulam 114).

XXXI.

115) Ita res tibi cedant, ATTAL!

Ut tibi cum GUNNARE intercesserunt  
Juramenta sæpè jurata,  
Atque olim solenniter verbis concep-

ta 116)

117)

i) Ypis hauollo, S. obscurè.

t) Apr of efndá, antea factò præstita, S. contra mentem loquentis.

Principum ab regina non fusis quidem, sed cognationis merito fundendis; atqui ab calliditate muliebri tantisper retensis, donec Illa eorum necen in marito ulcisci posset, atque ut ei, et ejus famulis, credulitatem instillaret.

113) Confer supra regis verba ad pincernam suum: Ristv nū Förrner Lättu á flet waha Greppu gev-fðáli, ubi animi fervor ad secunda pocula propinanda eo verbò significatur. Ita haud absimiliter hoc præsente loco significatur iracundia fervor in animo reginæ, gestu ejus externo aulam ingredientis demonstratus.

114) Pys-hayllo, vel ob hominum ibi præsentia multitudinem, dixit Poëta, vel ob certamen ibi paullo ante commissum, qm posterior opinio nobis videtur probabilior, propter vers. XV. XX et XXI. antecedentes hujus Poëmatis; quibus consentiunt *Volf*, saga Cap. XLVI, sub initio, et *Niðunga-saga* Cap. CCCLXIII pag. 489 cum seqq.

115) Tonus hic versus in re ambigua tribuendus videtur persone Guðrunæ, eo momentò intrantis regiam, qm rex Attalus cum suis carnicibus Gunnarem regem ad supplicium abduxit. *Attis kónungr fvarar: Farit á brett-med*

bandingianum, ok svo var gjört. Guðrún queþr nū mann med fér, ok hittir Atla ok meilti: Gángi pér nū illa, ok epir því sem pér heldud ord vid mik; i. e. Rex Attalus (ad ultima verba Gunnaris, conf. supra vers. XXVIII. lin. 4 seqq. et XXIX. 4 prioribus lineis) respondet: Hominem vindictum hinc abducite, atque ita factum est. Jamque Guðruna homines secum advocat, Attalum convenit, et loquitur: Nunc tibi male cedat res, atque ad eum modum, qm tu servasti promissa mihi data, *Kolt, saga Cap. XLVI* pag. 101. Cujus ultima verba sliquid subobscuri, saltēt ambiguous, in se habere videntur; nam quæritur, qua in re constituerit promissa ista regis erga uxorem? Nostra opinio èd vergit, ut Ille Èi promiserit plenam amnestiam necis Brynhildæ sororis sum, et præterea, quod in posterum futurus esset fratribus uxoris, et eorum regnum ac potestatem omnibus modis sustenturus.

116) Magna subtilitas et elegancia in hac et duabus antecedentibus lineis inest; è autem ipsa regina dicere vult: Ita tibi omnes res infelicitate procedant, uti processit fratribus meis foedus amicitiæ tecum initum, ac iuramento frequenti

D d d

117) At u) fólinni fvþr-havlo

Ok x) at sigtýs bergi 118)

117) *Per solem a meridie vergentem,**Et ad (per) divinam arcem 118),*

y) Hylqvi

u) *Sólina*, Id. in Accusandi casu. *Sollinni*, vel *Soltiuni*, L.; turgida aula, sonaret ut cunque hominum numerò refertam domum; sed jejuna aula sonaret vacuam hominibus domum; atqui hæc satis sunt coacta et suspecta. *Sudr-haufl* foret Aula Teutonica, nempe vel Attali vel Gjukii.

x) *At*, tantum L. et S., sed *At* à, Membr. quorum illud à meritò ejiciendum est. Deinde *Sigifis*, S. *Sigiffr* foret ipse Attalus vel Gunnar. *Berg*, foret arx regia. *Siggyf*, L. obscurum.

frequenti abs te confirmatum. De hoc autem foedere nihil memorat Edda nostra; illud autem scilicet contractum fuisse eo tempore, quo Attalus Guðrunam in matrimonium duxit, vel etiam quod tempore Gunnar Brynhildam, Attali sororem, uxorem obtinuit.

117) Nihil obstitit hic componere Volundi verba in Oda sua, versu, qui sic incipit: *Eipa skalva — Alla vínum &c.* ubi nostra Versio fluctuabat in pariculas Ad et Per; quod ad prius adinet, nempe illud Ad, id nunc nobis satis firmari videtur è loco modò excita-to, ut mos fuerit Veterum, juvantum per aliquam rem sibi carissimam et plurimi estiman-tam, eorum ergo mos fuerit, ei ipsi rei inter jurandum ad sistere atque dextram imponere. Verum hac subtilitas locum non habet in hac linea, sed admodum congruit in tribus se-quentibus. Quid ergo dicere velit regna per hæc: *At fólinni fvþr-haufl?* quid autem, nisi, ex garrulitate muliebri, ornativè et amplificativè, adjectit istud Solis epitheton per-petuum *Svþr-haufl*, a Masc. *Svþr-hafl*. Vel etiam majoris incitationis gratia hic præcise loquuta est de tempore foederis ejus jurati, quod fuerit pomeridianum.

118) *Sigtry Odini nomen est in Edda Snorr.*

hujus autem Divi in Germania olim auctorita-teu et cultum floruisse, nobis non est dubiu-m. Verba Brynhilde Budliados, Germanæ muliebris, nota sunt in Oda illius hoc Tomo superioris, quæ cluet nomine *Sigordrifo-mál*, vers. III: *Öpin hví veldr* At ek tigi mättak *Bregja blunn-flaxom*, que verba hoc non sine ratione adplicantur. Multò tamen clae-riora arque energetica sunt verba Auctoris nostri in *Helga-quida Hundings-bana II. h. T.* hæc nimurum: *Dagr Hligrsonn blötaþi Öpin til fvþr-hefnas; Öpin lépi Dag geirs fuis;* atque Dagi principis responsum ad sororem suam Sigriwan, Helgi conjugem: *Eins veldr Öpin* *Aval bólvi þvlat med svíningom Sak-rúnar bar-* Si nihil aliud foret, ex his saltē locis adap-tare poterit. Odinum olim Germanorum fuisse Numen, quod et anabant ac metue-bant, rebus ita ferentibus. Quid autem Berg hic sit, aliud præter Fanum Divi istius, ex more prisca religionis pagane, firmiter ex-structum, atque adeò munitionissimum, petræ l. arcis lapideæ instar, non opinetur facilè extricari posse. In transitu conferendam cen-semus *Drotplavgorsona-fagan* uniuersum de Fano Bessi, quod circumquaque clathris lignis mu-nitum erat.

v) Hvlqvi 119) hvíl-bepiar

Ok at hríngi ULLAR 120).

121) Ok meirr þápan

Thorum 119) conjugalem,

Et ad (per) ULLERI 120) annulum:

121) Atqui post inde

z<sup>1</sup>) Men-

9) *Hulgvi*, L. et S.

119) Hic locus est unus ex multis obscuris hujus Poëmatii. Quid de eo dicamus aliud, quam ut istud *Hvlqvt*, celandi notionem in se quomodoquaque contineat, quando quam proximè ad verba Auctoris sensus hujus lineæ fuerit: [Ad] occultum quiescendi locum; et tenuis nostra opinio est, nihil aliud hac linea significari, quam id, quod etiam homines nostrates hodie usurpat sub nomine *Lok-reckia*, *Lok-hvila* etiam antiquitus, i. e. ad verba: *Clausum cubile*; quid autem clausum sit, nisi abditum et occultum? *Hvíl-bepiar* denique, ut insolenter, ita ssvaviter et eleganter formatum est.

120) An *Ullr*, Ullerus, positus sit heic pro se ipso; sive pro Odino, è permissione Eddæ Snorriæ, cuius alterutrum aræ iste annulus consecratus fuerit, an verò pro ipso rege Attalo, e nostro sententia ad *Egilf-sagam*, quasi *Valdr*, potens, in ambiguo relictum sit, nam utrueque opinio suis initior rationibus. Quod ad posterius adinet, Attalus vir opulentns potuit possidere multas armillas eximias, sed unam inter omnes maximè egregiam, ad quam juramentum fecerit.

121) Nostra opinio fuit sub initio hujus versus in annotatione, persona Gndrunæ has 4 ultimas lineas etiam tribuendas esse; sed re amplitud animo perspensa, non admodum relinquitur *Ei*, qui illas Auctori narranti velit triduere. Prior tamen opinio nostrum animum titillat, propter antithesin in re ipsa adversus antecedentia. Né ordine harum 4 linearum aliquid simili videbimus: is autem com-

modissimus videtur statui hoc modò: *Ok a)*  
*meirr þápan dró β)* *bitvls-skör γ)* *dölg-ravgn*  
*Men-vörþ til δ)* *davþs. a)* *Meirr*, i. e. post  
*omnia illa promissa jurata.* *þápan*: ab re-  
*gia Tyranni.* *β)* *Skör* vix ferè aliud hic esse  
*potuerit, quam equus, et quidem equus suc-*  
*cussor deterioris notæ, cui fortasse tyrannus*  
*imposuerit ad finem suum ad supplicium du-*  
*cendum.* *Skör*, vel *Skókr*, per se potuerat  
*esse plenum de tali equo, nomine ductò a V.*  
*at skaka*, quatuore, concutere; sed Auctori pla-  
*cuisse videmus, fortasse tenuis illustrationis*  
*gratia, adponere vocem *Bitvls*, cui nos neque*  
*in re contradicimus. Quod ad verbum*  
*Dró antecedens adinbet, mirificè id hic ap-*  
*plicuit Auctor, nam sānè alias potuerat per*  
*metrum dixisse *Bar*, gestavit, portavit; nimi-  
*rūm indicare voluit, regem, ad supplicium*  
*abducendum, in posteriori fuisse equorum re-*  
*giorum deterrimo, qui eum potius trahere*  
*diceretur quam vehere; quemadmodum etiam*  
*exempla vidimus in patria nostra de maleficiis*  
*ad supplicium abductis.* *γ)* *Dölg-ravgn* in  
*Dandi casu hic ad beneficium vel commodi-  
*tatem positum est, et intelligitur ipse rex*  
*Attalus. Deinde *Men-vörþ* est viri, et qui-  
*dem viri illustris l. potentis appellatio, quæ*  
*Gunnarem significat.* *δ)* *Davþs* hic rotundè  
*positum est pro *Darþa*, quod exquè facile per*  
*metrum dicere potuerat Auctor. Atqui no-*  
*tum esse arbitramur vel ex Annalibus nostris,*  
*qui nunc sub prelo sunt, quod *Davðr* facili*  
*negotio pro *Dandi* supponatur in Lingva no-*  
*stra.****

z<sup>1</sup>) Men-vörþr bitvls  
Dólgi-ravgni dró  
Til z<sup>2</sup>) davþs skokr,

*Moniliū custodem,  
In voluntatem duci bellico, traxit  
Ad necem lupati concussor.*

## XXXII.

Lifanda gram  
Lagdi i garþ lann  
Er skriþinn var  
z<sup>22</sup>) Skatna mengi  
Innan ormom.  
En einn GVNNA R  
Heipt-móþr havrpo z<sup>23</sup>)  
p) Hencli z<sup>24</sup>) knispi.

## XXXII.

*Vivum regem  
Collocavit intra id septum,  
Quod perreptatum erat,  
z<sup>22</sup>) Agmen hominum,  
Interius angvibus;  
Solum autem GUNNAR  
Iracundia animo aestuans z<sup>23</sup>)  
Citharam pede z<sup>24</sup>) pulsabat.*

## XXXIII.

z<sup>1</sup>) *Men vörþir*, L. ex varietate, monstrorum in Lingua, et sensu cassum, leviter tamen mutari potest, vel in *Men-verþir*, Nom. plur., vel in *Men-vörþr*, Nom. sing. sed neutrum nobis significat.

z<sup>2</sup>) *Davþ skokr*, divisim, Membr. et S. sed *Dauþskokr*, conjunctim, L.

þ) Ita satis perspicue Membrana praeferre videtur; sed *Hendi*, manu, L. et S. contra Snorrium in Edda sua, uti et contra *Daudi Niflunga* et carmen *Gunnars-Slag*, neconon *Atla-Mál in Grænlenzko*, Poëma proximè subsequens, vers. XXII. Mox *Knyþi*, per ꝑ in priore, S. quæ varietas jam ante uno et altero loco occurrit, per se non improbanda.

z<sup>22</sup>) Nota hic transpositionem verborum, Autori hujus Edgœ alias insolitam, nisi in verso praecedente et paucis aliis. Adeoque hac linea in sensu jungenda est cum secunda, *Lagdi* &c. Quod ad *Skriþinn* adtrinet, illud tam nobile epitheton est de reptilibus, ut nihil possit supra.

z<sup>23</sup>) Quod et necesse erat, propter frandem ad finis sui, et fratris ab eo necem perpetrataum.

z<sup>24</sup>) Quid ergo dicimus, post multas animorum fluctuationes de sensu hujus vocis? quid enim

aliud? nisi quod istud *Hencli*, pedem, poëticō more, olim sonuerit, a Nom. sing. *Henkil*, inusitatō, *Hækil*, quod alio versum interdum adPLICatur. Cum nostra versione faciunt ipsum nostratum *Hækil* in composite voce *Hökvi-brækkr*, (de qua consule *Gunnlangs-faga*: Interpretē pag. 81, nota 57.) atqne Danorum *Ankel*, talus, Germ. *Knochen*, facilī mutatione. Et nihil exquisitus dici potuit, quam quod Poëta dixit hisce duabus lineis.

## XXXIII.

- Glymðo strengir 125).  
 126) Sva skal gylli frækn  
 e) Hring-drifi 127)  
 Víþ fíra halda.

## XXXIV.

- ATLI lét 128)  
 Lanz líns á vit 129)  
 Jó a) eyr-skán 130)

## XXXIII.

- Clarum sonuerunt chordæ 125);  
 126) Ita animō ferocem decet  
*Annulorum dispersorem* 127)  
*Aurum adversus [adpetentes] homines*  
*detinere.*

## XXXIV.

- ATTALUS permisit (*ire fecit*) 128),  
*Suum prædium revisere* 129),  
*Equum ferri adtritorem* 130)

Apr

- a) *Hring-drifi*, S. per i grave in penult.  
 dit ibidem.  
 a) *Eyr-skán*, divisim, L. S. et Membr.

Et vocula *Víþ* in sequ. lin. hanc lineam clau-

125) Non ab re est hoc adducere verba Oddru-  
 ne, amicæ Gunnaris ac sororis Attali regis:  
*Nam horskr konungr Havarpo svegia — — Nam*  
*ek at heyr Or hlesseylo. Hve þar af stríþom*  
*Strengir gyllo.* Atque simul notanda est mira  
 brevitas Auctoris et abstinentia ab rebus,  
 quas aliundē intelligi putaverat, commen-  
 morandis.

126) Epiphonema Auctoris quantivis pretiū in  
 hisce tribus lineis contineatur de animi con-  
 stantia apud regem Gunnarem, idque in se  
 ipso sānd quam est elegans, tam in re, quam  
 in verbis.

127) Posterior pars vocis rectè formata est è re-  
 gulis Sermonis nostri, si analogiam spectare  
 velimus. Magis tamen placuit Poëta prisco  
*Hring-drifi* loqui, apud Snorrius, ut ope-  
 namur.

128) *Lét — jö;* notanda sane est hæc applicatio  
 verbi notissimi *At láta*; nam ita rara est, ut

nihil possit esse rarius. At si rem rectè pen-  
 sitamus, neque elegantiâ caret, neque auflori-  
 viate etymologica. In manu erat Auctori di-  
 cere: *Atli lét fara I. venna ði Ire, currere*  
*fecit; atq[ue] istud pratulit, ut exquisitus.*

129) *Lond*, de fundo, tralatitium est apud Veteres, præsertim in Legibus, non nunquam etiam in Historiis; unde nos adeò eum sen-  
 sum vocabuli hic adoptavimus, cum præterea valde dubium sit, Attulum hoc tempore extra suum regnum, vel suam regionem, fuisse constitutum. *A vit quod adtinet, consulen-*  
*dum censemus Gloss. Tom. I. Eddæ hujus,*  
*sub voce Vit.*

130) Istud *Eyr-skán* satis obscurum est in utra-  
 que parte hujus complexæ vocis. Nostra ta-  
 men animi fluctuatio super ejus sensu illi de-  
 mun constituit, ut putaremus, priorem ejus  
 partem nihil aliud sonare, quam ferrum; re-  
 spica ad nostram annotationem superius sub

Aptr frá morpi 131).

b) Dyrn var i garpi 132)

*Retrò ab cæde 131):*

*Sonitus extitit in area 132)*

Dyav.

b) *Dyrkr*, L. in Textu, obscurè, sed *Dyrr* in margine, ex aliis, ut ait.

N. 6, quod nunc addimus ex Ormij-pætri Stérvöfisfonar in Ol. s. Trígg. ed. Skalholt. Jörundi Goda (magis Ormus, præcesserat) várō ges-  
nir avsförir einir, þeir várō fua flörir ok járn-  
miklir, at þeir flóp hálft pond<sup>131)</sup> fámluflir.  
þeir fóro um báðinatil synir, en er skórnir komo  
til þórálfis, ták han skóna fóra ok lét saman, ok  
hélst á nockra flund; rétti sípan at Orni, ok  
várō þá allir rettir sem kerti. Ormr tók við ok  
beygdi í eino alla skóna fóra, sem áhr vöró, ok  
þötti þetta mikil afgráva hvarar tveggjá; i. e.  
"Jörundi Pontifici (Ormi adfini) donati sue-  
rant calcei ferri (I. soles ferre), uni equo  
calcando; ii aded magni erant, et adeò mag-  
nam vim ferri in se continebant, ut pondere  
suo equarent semilibram sine clavis. Cir-  
cumibant autem tabernaculum ostendendi gra-  
tiā; ubi verò calcei illi ad Thórlífum (de quo  
sequitur in narratione, quod Mækolfum in  
aliò roboris experimèto superaverit, atqui  
Mækolfus ille, eadem narratione tradente,  
prædictus erat robore, quo sex viri ordinati  
prædicti sunt) veniebant, sumsis quatuor illos  
calceos, et in manibus suis compositi, con-  
tinuitque aliquantisper, deinde ad Ornum  
poroxerit, atque ii omnes tunc in forma sua  
resti erant ad instai candele. Ormus eos ac-  
cepit, omnesque quatuor calceos uno mo-  
mento in priorem formam curvavit. Hoc ro-  
boris experimentum utriusque inter singula-  
ria vulgo habetur est... Inter ea notum est,  
ex elegante poëmate Alvis-málot in Tomo I.  
Eddæ hujus, quod Avr (atque aded Eyr) si-  
telluris vocabulum; atqui tam notionem hue  
minus quadrare existimavimus, itaque neces-  
sitate impulsi illam alteram amplexi sumus.

Posteriorem vocis partem quod adtinet, eam  
formatam esse censuimus a verbo *Atská*, cu-  
jis nominis Nominandi casus fuerit *Skár*,  
alias in Compositis obvius. Si tamen cui po-  
tius libuerit *Skán* hic, per contradictionem  
ducere at *Skór*, calceus, vel *Skáður*, *Skáður*,  
calceatus, haud obstinatè refutabilius.

\*<sup>132)</sup> *Hálft pond.* Hic verò tantula ponderis quantitas ratione carere videtur, cum præsertim antecesserit de insigni magnitudine calceorum, que vel justo minor calcei ordinariis fuisset, si tantum peperdissent librum dimidiā. In re ambigui credibili est hoc vi-  
tium a Librario esse natum, qui numerum ordinalem cardinali dimidiato subscriptum per negligenter inter scribendum transierit, qui-  
cunque denum ordinalis ille numerus fuerit;  
quod non est, ut quisquam hodie determinare  
queat, utpote istis calceis nunquam sibi vi-  
sis. Saltēn verba Auðoris è digitum inten-  
dunt, ut præter modum vulgare magnum  
fuerit pondus calceorum ad proportionem  
massæ ferre.

131) Verisimiliter a supplicio Gunnaris regis.  
Confer nostram adnotationem superius sub  
N. 120. Cum tamen Morþ regulis Edda  
Snorr, etiam poëticè notet pugnam sūplici-  
ter, fieri potest, ut rex Attalus in illo itinere  
aliquam velitationem haberet cum hoste ne-  
scimus quō, qui in suam regionem incurserit  
etsi de ea re Eddæ nostra et Historiæ taceant.  
132) Hę quatuor liner admodum pomposae sunt  
ac splendide, potissimum ea, que numero  
secunda est, unde scire licet Attalum regem,  
ab comitatu hand infrequentem, verum mag-  
no militem præsidio stipatum, ad supplicium  
abduxisse

Dravflom of prúngit  
Vapn-savngt virþa  
Váro af heipi komnir.

XXXV.

Ut geck pá Gydrún  
ATLA i gögn  
Meþ gyltom kálki  
At c) reifa giöld ravgnis 133).  
134) Þiggia knáttv pengill  
I þinpi d) havllo  
Glaþr at Gydrúno  
Gnadda nifl-farna 135).

*Ex equorum turba coarctata,  
Et cantu telorum militarium,  
Advenerant [autem] a montanis.*

XXXV.

*Tunc exiit GUDRUNA  
ATTALO adversum  
Cum aurato calice.  
Exhibitum officia regi 133) debita:  
134) Habere tibi licet, rex!  
In tua aula  
Lubenti, ab GUDRUNA data  
Spicula defunctorum 135).*

XXXVI.

c) Reifa, Omnes, sed simplicius videretur Reifa, tòdem sensu.  
d) Höldi, S. pudendo errore.

abduxisse regem Gunnarem (Conf. supra vers. XXX. lin. 2 et 3 cum nostris adnotationibus). Sane nullo efficaciore et significantiore verbo uti potuerat Author ad designandam regii comitatus multitudinem, quam isto þrungit in dicta linea. Deinde lin. 3ia præfert exsultationem tyranni et ejus comitrum, ab nefaria eade regis Gunnarii redeuntium (Conf. Vols. sagam Cap. XLVII. sub initio, que hic amicè nobiscum consentit) vel si mavis, ab aliquo parvo triumpho, quem ille in hoc itinere nactus fuerit.

133) Dæ Attalo rege hic sermo esse videtur, cui conjus sua, ab crudeli fratri sece reduci, simulandi causâ, hoc officium salutandi præstare voluerit. Deinde observare liceat, quod Ravgnir-solitarius, e lege etymologica, bonô

jure notare possit Regem I. regnatorem, origine vocabuli duæ ab Lat. Regnare. Simul consulendum Gloss. Tom. I. hujus Operis sub voce Regin.

134) Verba regine callide ad virum suum his 4 lineis continentur, ut eum ab omni ultiōe fratum suorum securum redderet.

135) Nisi-farna; hoc nomen, euphonie poëticæ gratiâ, contractum esse arbitramur ex Nissifarianna Gen. plur.; nisi potius alieni lubuerit Hypallage quendam hic statuere, et Nissifarna pro Accusandi casu plur. accipere, ut Guadda nisi-farna positum foret pro Guadda nisi-farianna. Postquam fratres regine exarmati erant, fieri poterit, ut ea, vel ipsa, vel per alios, eorum arma in suam redegerit potestatem.

## XXXVI.

Ymðo avl-skálar 136)  
 ATLA vín-havfgar  
 Pá er i havll saman  
 HÚNAR tavldvz 137).  
 Gymar gran-sípir 138)  
 Gengo inn e) hvárir 139).

## XXXVI.

Gemuerunt potoria 136)  
 ATTALI vínō gravata,  
 Ubi in aulam  
 HUNNI ad numerum congregati  
 erant 137),  
 Viri barbis promissis decori 138)  
 Cujuscunque ordinis introibant 139);

## XXXVII.

Skævapí 140) pá in skírleita  
 f) Veigar þeim at bera  
 Af-kár 141) g) dís jöf from

## XXXVII.

Magnis gressibus processit 140) illa  
 candido vultu prædita  
 Potiones iis adlatum,  
 Valde singularis 141) nymphā, pro-  
 ceribus

Ok

e) Hvárir, L. in marginis, i. ei acres.

f) Veigar, omnes Codd. Restituendum videretur Skálar, phialas, nisi hoc foret contra morem Auctoris in duobus hisce Poëmati.

g) Dys, per y, S.

136) Hic adsurgit Auctor, quantum quis possit adsurgere in verbis suis; re autem ipsa nihil aliud significat, quam hoc convivium apud Régem fuisse usque ad summam abundantiam foecundum.

137) I. e. postquam regis sulicorum, quos ille et uxor sua huic convilio interesse voluerunt, numerus erat complectus. Auctori proutum erat, aliis verbis mentem suum exprimere, ex. gr. gámo, komo, convenirentur; arqui hoc non ad lubitum est ejus fastidiosus elegantia.

138) Gran-sípir epitheton hic honoris gratia positum est, quemadmodum Gran-verþir superius Vers. XI lin. 3 hujus Odze.

139) Hvárir ambigua notionis est; unam in versione possumus; altera sonat Omnes, et referenda est ad Gran-sípir; tertia diceret Eos signillatim binos, i. singulos binos intrasse.

140) Vel; ad utraque, hac illac, regia scauna, per vices gradiebatur illa, nempe ipsa Guðruna, que hic videratur, omnis suspicionis de se removenda causā, egisse pocillatricem, quod et præterea ejus civilitatem et comitatem erga convivas multum commendat.

141) Vel miranda, stupenda; et sanè prodigiosas erat, quod se, post nefarium fratum cedem, regina præbere posset adeo hilarem et officiosam. Vel Divæ nomine insig-  
nitur

Ok avl-krásir valdī  
Navþvg k) nef-favlom 142)  
En níp sagði ATLA 143).

## XXXVIII.

144) Sona hefir pinna  
Sverpa deilir  
Hiörto i) hræ-dreyrog  
Viþ hunáng of tvggin.  
Mæltu knáttó mopvgr  
Manna k) val-brápir  
Eta at avl-krásom  
Ok i avndvgi at 145) senda.

*Et ledas conviviales dapes obtulit  
Invita, nasum pallenti 142) -  
Convicium verò loquuta est ATTALO 143).*

## XXXVIII.

144) [Nam tu] filiorum tuorum,  
*Ensium diribitor!*  
*Corda ab funere sangvinolenta*  
*Melle coedita commanducasti:*  
*Dixi [mecum], tibi licet, magnanime!*  
*Dapes ex hominibus cæsis*  
*Prandere pro convivalibus epulis,*  
*Atque ad sedes primarias 145) trans-*  
*mittere.*

## XXXIX.

h) Nef faulom, divisim, S. eodem ferè sensu.

i) Hefi ek þeirra, L. in marg. et Membr. a manu prima, sed deinde punctulis ibi subducta sunt, ut debuerunt.

k) Val-brápir, omnes Libri, Nymphas stragium, lectio nullius pretii et in se absurdia.

nimir regina honoris ergo, vel *Dis* nihil aliud  
signat, quam sororem usitatè et absolutè,  
etsi mentio suppressa hic sit fratrū ejus  
modò occisorum. *Jöfrum*, nempe præcipue  
Attalo ac deinde ejus auxiliis.

142) *Nef*, nasus, hic pro toto ore s. vultu, tropò  
licitè, accipi potest. Haud sine ratione hue  
componi potest ex *Alvis-malum* Vers. II. lin.  
2 et 3, *Hvi ert sra favl vñ nafar, Varts*  
i nōt meþ nám, cum notis 4 & 5. Item hoc  
Virgilii s. qua Æneide de mortura Didone: Et  
pallida morte futurā. Author hoc epithetō  
latenter fortasse adiudicat ad fatum regis propè  
imminens; vel etiam ad id, quod ille paullò  
ante interfuerat funesto supplicio, quasi inde  
pallorem oris contraxerit iex; inde, inqui-

mus, vel etiam revera ex mala animi conscientia ob istud maleficium. Ultima opinio est, regem Attalum rense fuisse vultu pallidò  
præditum, ut adeò hoc fuerit perpetuum ac  
genituum ejus epitheton. *Nef-favl* alias  
aquila epitheton est in *Völv-spá*, versu, qui  
incipit: *Hrymr ekr auðan*, Lin. 6 et 7.

143) Probrosum nimis illud et acerbè insul-

tans per duos versus proximè sequentes,  
144) Conf. Atla-mál in Grænlenzka vers. LXXIX.  
ubi tamen melleæ conditure nulla sit mentio;  
sed credibili est, reginam eam usum fuisse, sa-  
poris delicatioris gratiæ. Neque tamen de  
ista quidquam memorat *Volf. saga*.

145) Vel si mavis in Num. sing. intelligere se-  
dem primariam inferiorem, quam tenere sole-

bst

## XXXIX.

Kallara <sup>l)</sup> pú sípan  
 Til kniá pinna 146)  
**E**RP nē EITIL  
 Avl-reifa 147) tva.  
 Séra pú sípan  
 I fæti mipro 148)  
 Gvllz miplendr  
 Geira skepta 149)  
 Manar <sup>m)</sup> meita  
 Ne mara keyra 150).

## XXXIX.

*Non accies tu posthac*  
*Ad genua tua 146)*  
**E**RPUM, neque EITILLUM  
*Poculis alacres 147) duo:*  
*Non vides posthac*  
*In sedili medio 148)*  
*Aurum impertientes*  
*Hastis manubria adcommodare 149),*  
*Zubas demetere,*  
*Neque equos [in cursum] impellere 150).*

## XL.

*L*, pú pú, -L. quod, si rectum foret, sensum intenderet. In antecedente præfert *Calla ra*, o inter has voces suprascriptio, quod in ceteris falsitatis arguit eos, qui statuant hunc Librum a Membrana nostra proximè esse prognatum.

*m)* *Maita*, Omnes, per a, pro e. *Mæika*, L. ex varietate; forte a *Mækir*, machæra. Nostram scripturam vocis *Maita* adstruit usus et origo.

bat ex iun Septentrionalium primarius Consiliatorum regiorum ac maximus natu. Cons. Snorrius in *Ola Quicto* et *Hryggjar-blæki* in Eodem rege.

146) Moraliter hac dicit, ac bene exprimit savorem affectum parentum erga liberos, et liberis simul incumbens debitum submissionis officium, externis indicis monstrandum.

147) Mirè dictum de pueris, neque insinuavit; sed ita loquendò animum regis ipsa savitatem volvit magis exulcerare, cum respsé aliud parum subsit sententia, quam, in convivio L. compotatione tua præsentes.

148) Incertum est, num hic sermo sit de solio regis ipsius, è quo eum dicat non amplius virum esse, id quod sequitur duabus proximis lineis; an de sedili puerorum, ubi illud fuerit in regia; saltem inter honoratione suis se credibile est.

149) Hoc exercitum videri possit parum congruum fuisse illustribus pueris; verum tamen contrarium valuisse, ex usu prisorum docet *Rigi-pula* de exercitiis Jarli puerilibus Vers. XXXIX et XL, præsertim ultima linea hujus posterioris. Hoc est, in quo multi hodierni homines errant multipliciter, quod exigit mores prisci avi ad modum sui xvi.

150) Haec duae lineæ respondent ad *Séra pú sípan* *Gvllz miplendr*, non enim ad ista *I fæti mipro*, quod absurdum foret. Thrymus Thurisorum dominus, vir prepotens inter gigantes, hoc negotium sibi non duxit dedecori, de quo in Oda sua legimus Vers. V. lin. 1, 5 et 6. *Mara keyra* idem esse videtur atque *Heßau ríþa*, et *Heßa tömda*, in prius citata *Rigi-pula* vers. XLI lin. 3, et L. lin. 5. Nam vix est, ut illud *At keyra* ad aurigandi disciplinam restringatur.

XL.

Ymr varþ á beckiom  
 Af-kárr savngr 151) virþa  
 Gnýr vnd gvp-vefiom 152)  
 Greto børn HÚNA 153).  
 Nema ein GvæRÚN  
 Er hon æva n) grét  
 Bræþr sína ber-harþa 154)  
 Ok byri svasa 155)

XL.

*Confusus strepitus extitit per scamna,  
 Portentosus garritus 151) hominum,  
 Sibilusque sonitus sub. divinis texti-  
 libus 152),*  
*Deflevere pueros HUNNOS 153),*  
*Nisi GUDRUNA sola,*  
*Nam ea nunquam deploravit*  
*Suos fratres ursindæ sævitid prædi-  
 tos 154),*  
*Nec filios dulces 155),*

Unga

"<sup>n)</sup> Grétt, per duplum r, ut et *Gatt*, in fine versus, omnes Libri, pudendo vitiō, et contra suum ipsorum morem solennem, nam alias amant truncare literas duplicates.

151) Ad verba proximè cantus; quiequid autem sit de istis, verisimile est, cantum illum adēd inconditum extirisse, potissimum ex ebrietate convivarum, et forte partim è probris, quibus rex eorum ab uxore sua fuit proscissus.

152) De proceribus, et fortasse maximè de illorum feminis, hæc intelligenda esse, adparet ex illo *Und gvh-vefom*, quæ gestare olim non temerè erat aliorum, quam hominum illustrium; reges et reginas etiam sub hoc illustrium nomine hic et sèpè alias intelligere solemus; tunc enim eorum dignitatis epitheta nondum ad eam celsitudinem ac majestatem adsurixerant, in qua jam per multa secula constituta sunt.

153) Børn Húna de filiis Attali cepimus in Accusandi casu, quan nostram opinionem firmat linea ultima hujus versus.

154) Etsi Ber de ursa quam rarissimè occurrit in nostro Sermone, nec nisi in composito

*Ber*-fiell in *Völundar-Quida*, quantum meminimus, item implicitè in ejusdem rei vocabulo variato *Bersi*, alias *Bessi*, et in feminino simplici *Bera*, ursa; tamen eam significacionem hic adoptare nobis visum est in composite *Ber-harþa* pl. n. Cum interea celare nolimus, istud signata posse Duros in tolerando s. patiendo, sanc & significatio in rem oppidò bene quadrat, nam uterque fraterum supplicii cruciatus tulerunt cum incredibili animi duria et constantia; sed fortasse ambigui possit, an *At bera* in prisco Sermone pati notaverit, atque adēd hanc nostram conjecturam, ut nunc est, in medio relinquimus, usqueđum de illo usu Verbi antiquo aliiquid certius constat.

155) Reverà ita illi esse debuerant matri suæ, quæ matri, et ex hoc adfectu hic loquitur Author, nam ea aliud impiò suo factò erga illos ostenderat, quam ut sibi essent amabiles.

Unga ófróþa 156)  
Þá er hon víf ATLA gat.

## XL.

Gvlli o) særí 157)  
In \*) gagl. biarta 158).  
Hríngom ravpom  
Reisþi 159) hon húskarla.  
Skavp 160) p) lat hon vaxa  
En skíran málm výpa 161)

Adolescentulos imprudentes 156),  
Quos ea cum ATTALO genuit.

## XLI.

Aurum disseminavit 157)  
Illa cygnei pulli candore prædita 158),  
Annulis rutilis  
Condecoravit 159) ea famulos dome-  
sticos;  
Destinata 160) ad matutitatem per-  
duxit,  
At depuratum metallum grassari fe-  
cit 161);  
Æva

o) Særí, omnes Codd. non Seri 1. Söri, quod usitatus olim. Sádi præ omnibus istis frequentatur olim et hodie.

\*) Gull-biarta, L. in marg. ex aliis, i. e. Auri instar fulgida.

p) Læt, Omnes, vel pro Læt, Ijer, quod Librærii spreverunt scribere, cuius eorum contemptus exempla alibi sunt obvia; vel pro Lætr' præs. Ind. quemdammodum Renn, pro Renrr, currit, fugit, in Njals-saga et alias; ut et Seell, pro Seelr, furatur, etsi aliquid ob duplicationem literæ l hic sit discrimen.

156) Unga ófróþa, ad movendam commiserationem rectè posuit Auctor, et ad nefarium malum scelus magis inculcandum, ac magis detestabile reddendum.

157) Adparet eas, ista auri disseminatione quam plurimos voluisse sibi conciliare ministros sagittariorum facinoris, quod nunc meditabatur.

158) Consule suprà epitheton Heroine in skíralita, vers. XXXVII. et infra Vers. ult. lin. ult. Biört simpliciter, quod et de se ipsa dicit in Oda sua Ilda, quæ est ad Theodosicum regem, vers. I. Mær var ek meyia — Biört i bári, ex nostra acceptione. Candida Dido, apud Virgilium satis notum est.

159) Compone è versu Ode modò citata: mik Giuki Gvlli reisþi Gvlli reisþi, etsi de re non paullò honestiore ibi sermo sit.

160) Sua nimittum erga regem ac ceteros, qui cum eo interierunt. Ea ad finem propius perducere laboravit istis largitionibus. Vel Skavp hic sint fata, sensu ordinario, longè ante per se constituta, quibus ad effectum plenum perducendi ea hic strenua fuit administratio.

161) Hoc Verbo fervor distribuentis et abundans rerum distributarum significantur. Conf. supra Vers. X. lin. 2, et Vers. XXX. lin. ult. cum nostris annotationibus, que loca ad applicationem hujus Verbi energeticam pertinent.

Eva 162) flióp ecki  
Gápi fiarg-húsa 163).

Nihil unquam mulier  
Curavit æraria 163).

XLII.

162) *Eva* potest hic positivè sonare unquam, in hoc convivio scilicet, quemadmodum et sæpe facta reverà, etsi interdum sit privatum et negotiationis intentio, cum ea in sensu connexum. Deinde *Ecki*-gápi pertinet ad profusas è gazophylacis a regina factas largitiones.

163) *Fiarg*-húsa; talis aut similis ferð, necessariò et jubente contextu, est significatio hujus vocis, hic et infra vers. XLIV. lin. 6, quæ tamen in priore hujus parte *Fiarg*'ea labore obscūritate, ut nihil possit suprà, et tamen tota vis significationis ibi continetur. Cum ergò nobiles conjectores, sive gryphorum interpres, Oedipum et Hedericum reges a mortuis resuscitare nequeamus ad eam interpretandam, quid aliud nobis superest, quam ut hic etiam tentemus artem conjectandi qualitercumque. Ponamus igitur 1º *Fiarg* esse idem quod *Farg*, pondus quo quid premitur, it. tropicè ipsa res, quæ premitur; hoc autem loco notet Condensationem, constipationem, in unum locum, it. ipsas res constipatas: sermo autem hic foret de gazi pecuniaris, et quibusvis aliis rerum caritatibus s. rebus pretiosis, præter numeros ac geminas, uno conditorio inclusis, vel ibi coërdatiss propter abundantiam, quod conditorium haud incommodè, et fortasse magis propriè, Thesanii nomine adpellaretur, neque id sine prisca auctoritate. Talia verò plura in regia unius regis fuisse, monstrat summam opulentiam redundantiam. Neminem moveat istud i l. e ante a insertum in *Fiarg* s. *Fearg*; itidem enim factum videmus in *Síá*, *Stá*, pro *Sá*, is, ille, *Grá*, pro *Grás*, griseo, in nobili Poimáte *Grottu-savagr* item in *Glyáhr*, pro *Gladr*, latus, in *Völv-spá*, etsi ibi tamen nonnihil intersit. 2º Ut *Fiarg* hic, per literarum mu-

tationem, positum sit pro *Fialg*, quod celandi notionem in se habet, litera g in fine adoptata, ut vox plenis in ore sonaret, quemadmodum factum est in altero Participio pass. Verbi *At fela*, nempe *Folgiun*, pro *Falinn*, celatus, absconditus. De ista autem permutatione literarum r et l moveri posset controversia, quod diversi sint elementi; sed ad id respondemus, Latinos intelligo posuisse pro interlico, pelluceo pro perluceo, et pellicio pro perficio; item è contrario apud Gracos formatum invenitur Φραγέλλιον ex Lat. Flagellum. Denique conferri potest cum isto *Fialg* Græc: Φυλακή, etsi sensu usitato tantum restringit sit ad Custodias hominum s. Caïceres apud Lexicographos minorum gentium, 3º Parvula mutationes facta, nempe ut gravis accentus et elocutionis indice superpositò litera a, *Fiarg*-húsa scribendum esse in promtu fnepit cogitare, quod sonaret Pecuniarios, opulentas edes, Apothecas nimurum opulentiarum, et fortasse quoque terum carissimum. Hæc opinio ceteris præstare posset, duclà scilicet voce *Fiarg* a Fé, pecunias, et præsentim ejus Genitivo *Fiár*; analogia ei quidem non obest, sed usus, tamen videtur obesse. Nusquam enim *Fiárvgr* l. *Fiárg* lectum nobis est, at potuerit hoc loco g ultima litera subnexa esse, significationis distingvendæ ergo, nempe ab *Fiárv-hú*, quod vulgo Ovile notat, ad Verbum Pecoris edes. 4º Denique est, ut *Fiarg* referri possit ad Grac. πλόγος, turris, haud multam abludente scriptione. Probabile, inò necessarium erat, opulentias caritatum snarum locis quam munissimis, turrium instar, in tutam custodiad recondere. Πλόγος Græc, et nostrum

Berg,

XLII.

- q) Óvarr ATLI móþan  
 r) Hafþi han sík druckit 164).  
 Vapn hafþi han ecki  
 Varnapít han víp GVDRÚNO.  
 Opt var fá leikr 165) betri  
 Þá er pav s) lint skyldo  
 Optarr vm-fápmaz  
 Fvr avþlögum.

XLII.

Incautus ATTALUS, defessum se  
 Potandō 164) reddiderat;  
 Telum ille habebat nullum,  
 Neque enim cavebat a GUDRUNA:  
 Sapd is ludus 165) erat potior,  
 Cum illis placidē utendum esset  
 Mutuis amplexibus crebrō  
 In conspectu procerum.

XLIII.

- Hon beþ broddi  
 Gaf blóp at drecka

XLIII.

Ea, spiculi operā, culcitæ  
 Sanguinem dedit bibere.

Hendi

- g) Ölr var, L.'ex' varietate, et aliorum correctione, ut loquitur, i. e. Inebriatus erat, sed ea correktione nihil erat opus, proper proximè sequentia.  
 r) Haufþi, L. et Membr. sed posterior literam u subduxit.  
 s) Lint, per f virgatum, S. forte pro Lint l. Lind, byssa amiði, vel eo in cubili involuti. Fatendum tamen, hanc vocem nusquam visam, nunquam auditam, nobis esse, et si analogia Sermonis pro ea stet.

Berg, Biarg, Borg, haud multum inter se ablundunt, quorum primitivū fuerit nostrum *Byrgia*, operire, abscondere, vel aliquid tale in aliis lingvis; cognationem verò ac permutationem inter literas b, f, et p, intercedere, nemo harum literarum gnarus debet ignorare, ut adē fortasse hoc ultimum e nostris conjecturus videatur ceteris anteferendum. De cetero omnis hec res relegatur ad Etymologos nobis meliores; nos hic diximus, quod tenuis' caprus noster, ac doctrina nobis dicere permisit.

164) Et id quidem non demum nunc, verum jam anteā, quam Gudruna eum probris incessiverat; tum enim neque quidquam ad eam respondit, neque postea sibi prospexit de ullo adversus eam, si aliquid amplius machinaretur, praesidiō. Neque id quidem ei facile erat, nam amici sui et compotores etiam se inebriaverant.

165) Scilicet commercium inter conjuges jucundum ac fidum.

Hendi t) hel - fússi 166)  
 Ok hvelpa leysti 167)  
 168) Hratt frv hallar dyrr  
 Ok húskarla vakti  
 Brandi 169) brúdvr heitom.  
 Pav lét hon giöld braþra,

*Manu necis adpetente 166),  
 Catulos autem vinculis solvit 167),  
 168) Conjecit ante fores aulae  
 (Et famulos domesticos somniū exci-  
 tavit)  
 Torrem 169) fæmina ardentes;  
 Eam vindictam fratrum edidit.*

## XLIV.

1) *Helmissa*, L. ex varietate, miro lapsu, ac sine sensu; forte in eorum Librorum matrice  
 fuit *Helvissi* aut *Helvissi*, necis peritā, quod huic hallucinationi ansam præbuerit.

166) Haec tres lineaæ admodum tropicæ sunt et ornatæ; et priores dñe adiudicant ad id, quod in lecto dormiens rex fuit cæsus, ut ex *völfsunga-saga* Cap. XLVII. pag. 103.. constat. Verba ejus: *Um ƿvölditer konungr hafði drækit, geck han til svefn, ok er han var sofnadr, kom Gudrún þar.* Gudrún tekr eitt fverd ok leggr syri briðst Atla kóngi; i. e. Vespera, postquam rex potaverat, ad. somniū profectus est; ubi autem consopitus erat, Gudruna eō venit. Illa gladium cepit, et eo percussit pectus regis Attali. Confer etiam *Atla-mál* in *Grænlenzka* Vers. LXXXVII. lin. 5, 7 & 8. it. LXXXVIII. lin. 1 - 4.

167) Canes catenarii intelliguntur, quos vinculis excsolvit, ne suo latrato indicium rei, quam ea nunc agitabat, facerent; et mirè usus est vocē *Hvelpa*, parvulos canes, cum facilè per metrum dicere potuisset *Hvnda*; sed fortasse olim *Hvelpr*, adulutum canem significaverit, imò non fortasse, sed reverè significavit, teste *Veggmars-Quidia* de Cerbero, vers. VI. lin. 7 & 8. coll. cum versu ibi proximè sequenti.

168) In hisce tribus lineaæ oratio Auctoris est tumultaria et incomposita, quemadmodum et ipsa res, de qua agit.

169) Quomodounque hic intelligitur strues lignea, ante fores aule congesta, ut mos erat ædium combustoribus, sive hominum vivorum intra ædes suas combustoribus olim; consule Njals-sagan initio Incendii illius famigerati, et de Rögnvaldo in Ærvik, Thoralfstum Skialgum, Erlingi Skialgsonii, viri post celebrerint, patrem, in suis ædibus vivum flammis exurent: *þeir bero mikinn vid fyris skála dynnar, en alla spánu bárñ þeir at skálanum, slögú fidan eldi i alt saman ok viðkostó þá ena fórn* (antecesserat autem: *En er skálinn var algjorr ok skot umhverfti, þá let han [Rögnvaldr] þrála stytta heim eldívind mikinn ok blada köfja jafn hafa vegginnum öðverginum um skálanum) ok því næst tók skálinn alr at loga;* i. e. Illi congesserunt magnam lignorum copiam ante fores coenaculi; omnia autem secaentia lignea adgesserunt lateribus ædis; deinde ignem concicerunt in omnia simul, unâcum struibus ligni illis ingentibus (Postquam autem coenaculum erat fabricandò consummatum, et ambitus posticus, nempe inter parietes ac latera ædis contabulata, circum circa, tunc ille [Rögnvaldus] jussit servos domum vehere magnam vim lignorum ustilium, et inde extenuere

XLIV.

Eldi n) gaf hon pá alla 170)  
 Er inni vóro  
 Ok frá morþi þeirra 171) GYNNARS  
 Komni voró or myrkheimi.  
 Forn timbr 172) félló  
 Fiarg-hús 173) rvko  
 Bær bvdlunga 174)

XLIV.

Vulcano donavit ea omnes illos 170),  
 Qui intus erant,  
 Atque a cæde GUNNARIS ac fratrīs  
 Reversi fuerant ē tenebroso loco:  
 Veteres fabricæ 172) corruebant,  
 Gazophylacia 173) fumabant,  
 Ædes regiæ 174),

Brunno

n) þá gaf hon alla, S. quod tolerari potest, etsi aliquantò rigidius alterō. Et pá in hac lectione poterit esse parelcon, orationi serviens, sed ad rem nihil addens.

struere congeries, parietum altitudinem æquantes, undique circa coenaculum; mox inde ades coepit confagratr. Ragnvalds-páetr i Árvoik in Olafsi s. Tryggv. pag. 66-7. Tom. II. Huic igitur strui, ut ad prima revertantur, famulos domesticos excitatos congregantem ante foras aula, atque deinde accendente eo torre, quem ibi ipsa collocaverat, regina adhibuit, et Author hic tortem ipsum posuit pro pyra inde accensa. Quod Hratt in linea abhinc secunda illi posuit, id videtur fecisse ad celeritatem negotii designandam.

170) Eldi gaf hon, sanc quam poëticum est, pro vulgato Inni brendi hon, intus exussit, et Gaf hon quasi rem in suo dominio positam.

171) Istud þeirra in plurali hic turbat aliquid, non enim potest colligi ex antecedentibus aliud, quam quod Tyrannus fecerit Högnium cum cruciata interfici apud regiam suam domum; Gunnar autem solus inde abductus fnerit ad locum supplicii angvinea, quem in edita aliqua parte telluris, nobis Heidi, ab Hœd, situm fuisse, probabiliter colligitur ex precedente hujus Odæ vers. XXXIV. lin. ult. Quod verò iste supplicij locus fuerit sylva consitus, nihil impedit, atque adeò

Myrkheimr, domus opaca, vocari meruerit ob densitatem suam; sed èd Högnii excarnificati corpus, ad id humi illuc defodiendum, aut etiam sub dio abiciendum vel in alto suspendendum, spectaculi et delectamenti gratia, quod verisimilius, deportatum simul fuisse, non es improbabile, imò ferè necessarium, cum Author hic dicat: frá morþi þeirra Gunnars, quod de Gunnare solo nequam dici potuit.

172) I. e. ades; consule prosam ultimam in parte posteriore Sigurdarquide II. que cluet. Fafnir-mál, cum nostra ibi adnotazione.

173) Respic se ad versum XVI. lin. ult. h. Odæ, ubi aliquid super hujus vocis insolentis sensu et originatione nugarum datum est.

174) Bær bvþlængs, epexegesis duarum præcedentium linearum, qua rótundè comprehendit regium palatium. Et mirè usurpat Bvþlængs in plurali, cum facilè singularem Bvþlængs, nimurum Attali præsentis possessoris, usurpare potuisse; sed hoc est id, quod antea dixerat Forn timbr, ut aded palatium illud Attali multorum regum antecedentium fuerit possessio ac sedes.

Brunno ok skiald-meyiar 175)

Inni aldr-stamar 176)

Hnigo i eld heitan 177).

## XLV.

Fvll-rætt er vñ petta 178)

179) Ferr engi sva x) s¡pan

Brúþvr i brynio 180)

Bræþra at hefna.

Hon hefir priggia

*Vivæ etiam conflagrarent amazones 175)*

*Intus, atatis usu inhibite 176)*

*Concederunt in ignem ardentem 177).*

## XLV.

*De hoc satis commemoratum est 178),*

*179) Nulla sic in posterum*

*Fæmina loricam 180) induit*

*Fratres vindicatum:*

*Ea trium*

pióp

✓ þá, cancellatum hic infert L. rectius furcillis ejiciendum.

175) Mirum est, quod harum virginum potissimum mentionem facit Auctor arque specatim, cum antea de viris, barba promissa honorabilibus, locutus sit, qui convivio interfuerint. Haud improbable est, id Eum idœ fecisse, quod et innocentes, unacum rege ac ceteris illis barbaris intus combustis fuerint, cum illæ, neque consilio, neque actu, participaverint nefarium regum supplicium. Simil hinc liquet, non unum vel alteram virginem olim, sed vel multas, ibidem loci degentes, artificiis et exercitiis militaribus operam deditse.

176) Latenter, et cum affectu quodam misericordis, hic indicare vult, florem viralem et arcu harum virginum nimis mature, violenter abruptam esse.

177) Hec linea in sensu abundat, nam id antea dixerat Bruno, sed tamen non inepte additur ad intendendam narrationem et majorem affectum communovendum.

178) Auctor sibi ipsi callide aplaudit super narratione sua in hoc poëmatio, quam et nemo

ei negaverit satis plenam esse in tanta brevitate, essi quædam huc pertinentia, ex gr. sonnia reginarum portentosa, de quibus in Atla-malum, præterierit.

179) Sequentia comprehendunt epiphonema Autoris super fascinore Heroine sue, quod eam præter ceteras omnes futuras mulieres commendat ab virilitate animi et pietate erga fratres, qui vel ipsi antea cede mariti ejus dilectissimi summum lucretum adulterant; is lucretus quasi gravis ei fuerit, claret è Ia Heroine Oda. Callidè simili Auctor non responderet ad ea, que in hac statrum vindicta persecunda incidentur, et nefaria merito jure videi possunt, ut e. gr. jugulatio parvulorum ab ipsa matre facta, et concrematio innocentium undcum marito ejus Arcalo, homine nocentissimo et meritissimo.

180) Guðrunam scimus e præcedentibus armata, ut necessè erat, aggressam esse marium suum, non tamen loricitam expressè, quod interea vero haud est absimile.

F f f

Þiðp-konúnga 181)

Ban-orþ borit

Biört áþr sykti 182).

Enn segir y) gleggra i ATLA-MA-  
LOM IN OM GRÆNLENZKOM.

*Illustrum regum 181)*

*Necem patravit [ante],*

*Nitida quam periret 182).*

*Porrò magis dilucidè hæc enar-  
rantur in SERMONIBUS ATTALI GRÖN-  
LANDICIS.*

y) *Gleggra*, i inserto, S. *Glöggr* est ordinaria scriptio vocis.

181) Multum amplificat hic Auditor verbō þjóð-  
konúnga facinus Heroine.suz, dum parvulos,  
ipsius ex Attalo filios, sub ea voce com-  
prehendit,

182) I. e. in vita sua, dum in hac terra vixerat.  
Biört ante, ornandi gratiā adpositum est, ut  
superius vers. XLI. lin. 2, et alibi.

A T L A - M Å L  
IN GRÆNLENZKO.

---

a) ATLA-MÁL IN GRÆN-  
LENZKO-

EPOS ATTALI GRÆNLAN-  
DICUM.

---

I.

Frett hefir avld b) ofo 1) på  
Er endt vñ gôrdo

Fando inaudierunt mortales eas 1)  
turbas,  
Cum olim instituerunt

Seggir

a) Her hefr (hefer, habetur S. improbè) præmittit S. neque id quidem inepte de tam prolixo et gravi poëmate, i. e. hic incipit.

b) Ofo, omnes Libri, per O initiale, sive tenue, sive durum. In Sigurdar-Qvida tamen ultimâ, ubi hæ vox etiam habetur, scribitur per Ø initiale in Libro S., et per A initiale in Loka-senna vers. III. lin. 4, in ipso Codice regio, et quidem a virgatam, Afø. Scribat sanè utcunq; semper erit per se ipsam obscura, neque nisi ad svadela contextus interpretabilis. Ea autem interpretatio, quæ solo contextu nititur, nulla distinctionis vel Sermonis habita ratione, nihil aliud est quam ultimum effugium, ubi omnia alia defecérunt.

---

3) Vel, si navis in rædeō incerta, exponere vocem istam per absurditatem, indignitatem, que quidem summa erat a parte regis Atali adversus adhuc suos. Deinde monendum putamus, nobis lepidius videri, si sequens particula þá trajiciatur in linea sequentem; metrum sanè Adonicum, quod Author maximè sequitur in hoc Poëmate, atque inde sibi meruit laudem non tenuem, præter alia poë-

maris ornamenta, metrum istud, inquinamus, eam træctionem postulat, tametsi nos ab Libris nostris chartaceis, quorum auctoritas magna est, dispositionem linearum quod adtinget, noluerimus discedere. Dè cetero quod ad merita hujus nobilissimi Poëmatis adtinget, respice nostram adorationem ad Atla-Qvidam sub N. 2.

Seggir samkvændo 2)

Sí var nýtt 3) festom.

c) Æxto einmæli 4)

*Viri concilium 2),*

*Idebat confirmatum 3) sponzionibus;*

*Prolixa colloquia arcana agitárunt 4),*

d) Yggt

c) *Ortu*, L. hoc loco, item Vers. II. lin. 1, pro varietate lectionis, si *Ortu* dixisset, aliquid fuerat, eodem ferè sensu, a verbo *At orka*, quod non tantum est Valere, sed etiam Operari, facere, simpliciter. *Okfko*, divisim, etiam L. à lectionis varietate, quod quantumvis in se ipso nauci non sit, tamen non nihil suffulcit cæterorum Librorum lectionem, si nempè contraetè legatur *Okfko*.

- 2) Principia hujus malitiosi propositi, atque rationem impellentem a parte Attali regis, aliquando luctulentius tradit *Wolf. saga Cap. XLII. ed. Biörn.* hisce verbis: *Attli kóngr, ná ihngar hvar níðr munj komit þat mikla gull, er átt hefdi Sigurðr, er þat veit (ná) Gunnarr konge ok þeir bædr (Bádir).* Attli var mikill konungr (ok) ríkr, (vitr) ok fótmennur. Gerir ná ráð vid sína meun, hversu med Jkal fara, han veit at þeir Gunnarr eiga miklu meira fē, enn neinir meun megi vid þá jafnara. Tekr ná þat ráð at senda meun til þeirra bræðra ok biða þeim til veitsíu ok (at) farsu þá mörgeom hlutnum; i. e. Rex Attalus suo cum animo voluntabar, quid factum esset de auro illo ingeni, quod Sigurdus possederat; eam autem rem (nunc temporis) sciebat rex Gunnar et illi fratres (ambio). Attalus erat magnus rex (er) potens, (sapiens item) et multis hominibus imperans. Consultationem ergo cum suis instituit, qua ratione in eo negotio procedendum sit; novit enim Gunnarem ac fratrein multo plus pecuniarum possidere, quam ut ulli houines, iis possint æquiparari. Id adeò consilii capit, ut legatos amander ad fratres istos, et invitet eos ad convivium, cum promissu multis rebus illos cohonestandi. Hæc sine dubio erat vera et præcipua ratio istius maleficis, quod ulterius firmatur ex dicta Historiæ Cap. XLV. verbis ipsius regis ad suos adfines, cum ad convivium se sisterent: *Ve-*

*rit vel komnir med os, — — ok fält mey gull þat hit mikla, er vér erum til komnir, þat fē er Sigurðr átti, en Guðrnn á nái; i. e. Benē adeste vos nobiscum! — ac mihi tradite ingentium illam auri summam, que nobis nō debetur, pecuniam loquor, quam Sigurdus possegit, et que Guðrunn nunc competit. Alia autem postea prætexuit Rex Attalus, specie quidem honesta, sed reapse minus verisimilia, nimirum cædem Sigurdi, atque inde profectam mortem Brynhildæ sororis sue; consule citatum Cap. pag. 97 et 98. Denique monendum, istud Samkunda non esse protrecti usus, pro Samkoma, conventus; verum potius ea vox usurpatur in Evangeliis nostris de loco conventus s. synagoga. De convivio vocem usurpari videbimus infra in hoc Peñemate vers. LXII. lin. 3. Seggir, i. e. Attritus ac sui purparati.*

- 3) Hic mirè Author restringit vocabulum *Samkunda* ad consultationem aut consilium in conventu captum. Sed Nyr hic videtur positum pro *Knytr*, vel ut recentiores amant, *Haytt*, nodatum I. nexus; et adparet, regem adegissus suos consiliarios ad juramentum silentii in eo negotio, quod inter eos convenerat, et quod ulterius narratur in hoc poëmatे,
- 4) In hac linea amplificatio prioris continetur, et quidem figura Prothysteron. Per Einmeli etiam exprimitur ista consultatio in *Wolf. saga Cap. XLII. pag. 91.*

d) Yggt var þeim síðan 5)  
Ok í þá sama fonom GIÚKA  
Er vóro sann-rápnir.

*Postea res eorum suspectæ existebant 5),  
Itidem ut GJUKII filiorum,  
Qui reverè circumventi erant.*

## II.

Skavp æxto skíoldúnga  
Skyldo at fegir.  
Illa réz ATLA  
Atti han pó hyggio 6)  
Feldi stop 7) stóra  
Stríddi sér harþla 8)

*Fata principum rem ad maturitatem  
producebant,  
Ut illi morti propinquæ essent obnoxii;  
Malè evenit consilium ATTALO,  
Tamen ille possidebat animum sapientem 6);  
Dejecit columen 7) ingens,  
Sibimet adversatus est oppidò 8);  
ej) Af*

d) Ita L. clarè. *Ygr. S. Yggr.*, metus, L. et S. in margine, quibus quodammodo accedit  
Membrana ipsa, ersi ultimæ literæ scriptio non omnino sit sincera. Deinde *Líþir*,  
pro *síðan*, Lex aliis, sine sensu.

5) Nimur ea Consultatio in perniciem, ipsi regi et suis imminentem, evasit, neque id sine merito.

6) Id etiam de Eo firmat *Wolf*, saga loco a nobis superioris adducto sub N. 1. Si verò fuit sapiens, eò minus prudentia et attentionis possedit illa rex, teste vel ipso Autore, vers. LXX lin. 1 — 4. Simil notandus est usus elegans Verbi *At eiga*, pro *haſa*, quemadmodum in *Fjólfvins-málom* Tom. I. hujus Operis, vers. IV. lin. 2.

7) Revera hic intelliguntur fratres, Gunnar et Hognius, et hoc est figuratus, quam illam Stof accipere de robore ac potentia regis, ex tantorum Herorum adfinitate, speranda.

8) Vel, aliquanto validius: ipsi sibi magnum fecessivit incommodum. Hic autem usus verbi cum Dandi castu peregallis est, ut in nota Paroënia de famelico contumaci: *Sér fríðir vesfæll madr þó mat haſni*, i. e. Ipse sibi incommodat homo misellus, ersi cibum recusat. Conf. verba Guðrunæ in Odo quantivis pretiti *Gýðrúnar-Hiart* de fratribus suis: *Meir þóttuv nér um bríþa Er mik avþlindar Atla góði*. Item Aucloris verba de nostra Heroina inferius in hoc Poëmato vers. LXXII lin. 6. Et denique verba Olai Sancti de se ipso: *Ecki fríði ek konom*, i. e. Non incommodo mulieribus; illa autem amator erat mulierum, ut ipso de se facetur in sua Historia et quidem *Randolfs-þætti*.

e) Af bragdi bop̄ fendi  
At qvæmi brátt f) mágar.

*Properè nuntium legavit,  
Ut citò adessent adfines.*

## III.

Horsk var húsfreyja 9)  
Hugdi at mannviti.  
Lag heyripi hon orpa 10)  
Hvat peir á lavn mælto.  
Dá var vant vitri  
Vildi hon peim 11) hiálpa.  
g) Skyldo um sæ sigla  
En síalf h) né komfcat.

## III.

*Cordata erat materfamilias 9),  
Animum extendebat ad prudentiam,  
Statum orationis illa audiebat 10),  
Quam illi clanculum [inter se] agebant:  
Tunc res incommodæ erant [fæminæ]  
sapienti,  
Eos 11) illa servare cupiebat;  
Navigandum iis erat per aquas,  
Atqui ipsi facultas eundi non erat.*

## IV.

- e) *Bragdi*, tantum, S. ut plenè consulatur mensuræ poëticæ.  
f) *Magar*, per a tenue in priore, L. et S. i. e. viri, ut rem facerent magis indistinctam.  
g) *Skyldi*, S. absolutè l. impersonaliter.  
h) Sic S. Nem, L. et ita quoque Membri. per scripturæ compendium. Fortasse voluerint *Nem*, nulla. Mox *Hon scat*, ut varietatem adferit L. quod inter multa alia luculentum exemplum artificiali Librariorum in corrumpto.

9) De regina Guðruna sermo est.

10) Probabiliter colligebat, quem ad finem illud arcanum colloquium tenderet. *Drottning veit þeirra cinnali*, ok vunar et vélredi vid bráðr síná mundu hérmæd fylgia (*gruuar at vera mundu vélar vid bráðr heumar*, Exemplar. Msc. Chart. sub N. 8 in fol. Biblioth. Magn.) i. e. Regina sentit eorum singulare colloquium, et sperat (*suscipitur*) dolos subesse erga fratres suos; *Wolf*, *faga Cap. XLII. pag. 91.* Forte ex clanculum subauscultavit quedam verba

consultantium, et ex iis traxit conclusionem; forte et Attalus aliiquid antea imprudenter injecrit in sermone super suo et uxoris jure ad aurum istud Sigurdianum, et cum regina sentiebat clancularium istum conventum, rationabiliter ei in mentem venire potuit, nunc de auro isto, quomodounque adipiscendo, agi.

11) Nimirum fratres suos; et illud *Skyldo* lin. seqv. pertinet ad legatos regios. Per *Se ibidem Rhenus* videtur intelligendum.

## IV.

- Rúnar 12) nam at rista.  
 Rengdi þer VÍNGI 13).  
 1) Fárs 14) var han flytiandi  
 Apr han fram feldi.  
 Fóro pá sípan 15)  
 Sendimenn ATLA  
 Um fiörþ lima 16)

## IV.

Ea [adedò] literas 12) sculpere decrevit,  
*Depravavit eas VINGIUS 13),*  
*(Is pestem 14) portabat)*  
*Antequam proferret:*  
*Deinde post 15) abierunt*  
*Legati ATTALI*  
*Per fretum braohiosum 16),*

k) par

i) *Fár — flytiandi*, L. in Textu ipso. Si *Fár* scribatur prior vox, sensus eodem fere redierit. Hoc autem unum aliis exemplis accedit adversus Hominem anonymum, qui statuit hunc Librum esse Membranæ regiæ traducem.

12) Seilicet fratribus mittendas, et consiliis, ut sibi caverent ab Attalo et ejus amicis. De hoc autem indicio mirè dissentit *Atla-gvida* Vers. VIII. et in hoc ambiguo casu fortasse redditio est nostro Poëniate, nam epistolam runicam ad fratres mittente, nimis apertum et suspectum erat eo in negotio; altera verò caustela erat subtilis, quantum poruit. Utramvis indicandi rationem agnoscit et conjungit *Vols. saga* Cap. XLII. pag. 91.

13) *Aðr þeir stigi á land, fá Víngi rénirnar, ok rífti á adra leid*, ok fneri (fvo) at *Gudrún* fysi at þér kæmi á hans fund; i. e. Antequam (Legati) in terram adscenderint, Vingi runas inspexit et alio modo sculpsit, et (eum in sensum) invertit, quasi Gudruna hortaretur, ut fratres ad eum (Attalum) venirent; *Vols. s. eod. Cap.*

14) Istud *Fár* de hostili et subdolo sycophantæ instituto, vel tali mandato Regis, quod edidem redit, capiendum est, hac linea parenthesi clausa.

15) Hysterologia aliqua sive Prothysteron est in hac et secunda linea apud Audorem, ut ex proximi sequentibus adparet; adductus men-

tione Runarum, quas regina incidentat, Ille voluit statim subjicere in transitu earum corruptelam a sycophanta factam. Quo observeat tollitur contradicatio, quo videri posset inter Nostrum et Auditorem *Volsunga-saga*, sub N. 13. intercedere. Istud ergo *Sípan* in sensu supplendum est: Ær þeir váró bávir, postquam ad iter parati erant (legati); non postquam Runas depravaverat Vingius.

16) Respicit ad vers. III. lin. 7 cum annotatione sub N. 11: Rhenum tribus alveis fari certis locis, notum est ex *Geographis*, in primis *Cellario* in *Geographia antiqua*. De itinere Niſlungorum ad Attalum narratur in *Niſlunga-saga* Cap. CCCXXXVII. hoc modo: Niſlungar fara ná alla sína leid til þeſi er þeir koma at Rin, þar sem saman kemur Dína og Rin, og þar er breitt er árnar hittas; i. e. Niſlungi adedò pertendunt iter suum, donec ad Rhenum veniunt, ubi confluunt Duna et Rhenus; illuc amplius spatiū est, ubi isti amnes convenient. Non caret verisimilitudine, Legatum Attali eo ipso vadō transiisse Rhenum, quod Niſlungos transisse hic narratur. An verò fluvius Duna Rheno in fluxu suo

k) Par er fræknir bioggo 17).

Eð, ubi fortis habitabant 17).

V.

Avl-værir'vrpo  
Ok elda kyndo 18).  
Hvgdo vætr 1) vela  
Eð peir 19) voro komnir.  
Tóko peir m) fórnir 20)

V.

*Animis per potionem exhilarati sunt,  
Atque ignes accenderunt 18),  
Nihil fallaciarum suspicabantur,  
Ubi illi 19) aderant:  
Capiebant oblata munera,*

Er

k) þá er, L. ɔ: Quando, ineptè.

l) *Fela*, L. per varietatem; oportet istum Librarium magis gnarum fuisse Sermonis Germanici, quam sui paterni; et præterea ista lectio aliquid peccat in harmoniam literalem.

m) *Feinir*, varietas in Eodem; inclinat adhuc ad Germanos suos, nam ex nostro Sermone ea vox non potest exponi.

suo consocietur, dubitari meritò potuerit, cum in Livonia ponatur a Geographis; verum Auctor Niflunga-saga posuit nonius amnis celebris pro altero minùs inclivo; neque enim dubium est, multos annes minoris nominis in Rhenum se evolvere. *Lima-fjöldr*, sinus Limicus Jotia, a brachii suis multis, quibus se terre hac illac insinuat, nobis notus esse debet; Auctor autem sub ejus nomine h. I. signavit fluvium plurium brachiorum, quisquis demum ille fuerit, mira poëtica licentia, quam etiam alias sibi sumit, neque id omnino sine Eddæ nostra Snorrianae auctoritate.

17) Sermo de fratribus Gunnare et Hognio. Atque istud epitheton Fræknir iis non sine causa adtributum fuisse, claret ex narratione de eorum obitu apud Nostrum et in Vols. saga.

18) *Volsunga-saga* consentit Cap. XLII pag. 91 his verbis: *Var vid þeim tekit vel ok fyrir þeim giördir flör-eldar, ok fidar druckn [peir med gledi hinn bæta dryck]; i. e. Illi (legati Attali) benē excepti sunt, atque iis (in jucunditatem et commodum) accessi ignes magni; deinde poterunt lati potum optimum. Ea*

pars erat magnificentia domestica apud pri-scos, qua de re testantur Historie Islandicæ et Norvegicæ veteres; neque illa omnino adhucdum apud Nostrates exolevit, nam hospitibus sapè id comitatis et hospitalitatis officium offerunt, an ignem sibi accendi velint. Eundem morem adhuc tunc in Anglia obtine-re, notum est ex Anglorum fabulis Romanen-sibus quantivis pretii.

19) peir ad legatos Attali regis pertinet h. I. quemadmodum è contrario lin. segv. ad fratres Principes, uti et tres lignæ antecedentes. Peir signatè positum est et cum emphasi, nimirum ii, qui ab affini horum fratrum, et probabiliter amico, missi erant; nam si ab alio aliquo venissent, res in dubio esse poterat.

20) Jam dudum est, quod vox Férn, in pln. Fórnir, ad usum ecclesiasticum, sacrificia neuige l. Deo oblata, coarctata est; atqui hic habemus ejus usum genuinum et origini maximè consentaneum, nimirum ab Atfæra, ferre, adferre, offrire. Gáfa et Giöf pro eo frequentant recentiores.

Er peim frípr 21) sendi  
Hengdo á súlo 22)  
Hvgdop pat varþa 23).

## VI.

Kom pá n) KOSTBERA  
Qven var hon HAVGNA  
Kona kapps gálig  
Ok qvaddi pá bápa' 24).  
Glavþ var ok GLAVMVÖR  
Er GVNNARR átti.  
Féllzcat saþr 25) svíþri.  
o) Sýfti vm pavrf gésta.

Quæ iis præclarus 21) miserat,  
Suspenderunt [ea] ab columnæ 22),  
Nil istius interesse opinabantur 23).

## VI.

Tunc aderat KOSTBERA, +  
Ea uxor fuit HÖGNIL,  
Mulier oppidò circumspecta,  
Eosque ambo salutabat 24):  
Hilaris item erat GLÖMVARA,  
Quam GUNNAR in conjugio habebat,  
Æquum 25) non excidebat animo cor-  
date,  
Ea necessitatem hospitum procuravit.

## VII.

n) *Coff herra (bærra)* Membr. et L.; nos humilem, sed rectam, lectionem Codicis S. sequi maluimus, nam in illo altero obscuritas certat de palma cum adflectione.  
o) *Sylsi*, L. ex varietate, i. e. joculariter satis: Necessitatem hosp. esnrire, vel Se ipsam mori velle, aut esurire, ob necess. hosp. Carterum multi facile confuderunt s et l in Membranis transcribendis; harum enim literarum ductus in hisce distant.

21) Vel, si mavis, fortis, quemadmodum Gretter Asmundi f. exul adpellatur a magna viragine Thorbjörga Vatzfiordensi in *Grettis-saga*; illuc tamen major respectus haberet videatur ad celebratatem ejus hominis, quam ad robur (ac fortitudinem) illius, etiam si eō præter cæteros mortalis sua etatis, quantum scimus, valuerit. Auctor noster videtur, et id quidem jure, non admodum favere Attalo regi in sua narratione, nihil tamen minus ei interdum tribuit honorifica epitheta, dignitatem ejus nimirum respiciens, non personam, et hæc est una ex ejus laudibus.

22) De armis, clypeis nimirum et gladiis eximis. ab rege dono missis, hic sermonem esse oportet. Confer potest Egils-saga Cap. quod agitur de cæde Bergonundi.

23) þet varþa, sc. ut acciperentur munera ista regia; in ea re nihil periculi esse putabant fratres.

24) De legatis hic sermonem esse, non est dubium, sive fuerint omnino duo, sive eorum duo principes, intelligendi sint.

25) Mirè, et sanè ræða, hospitalitatis officium ad jus naturæ sociale hic refert Auctor.

## VII.

Bvpo peir p) heim HAVGNA 26)  
 Ef han pá heldr q) fari 27).  
 r) Sýn var svipvisí 28)  
 Ef peir sín s) gédi.  
 Hét pá GVNNARR 29)  
 Ef HAVGNI vildi.

## VII.

*Domum invitarunt HÖGNIUM 26),*  
*Si ille tum potius iret 27),*  
*Manifesta erat animi fallacia 28),*  
*Si modò illi rem suam advertissent:*  
*Condixit ergo GUNNAR 29),*  
*Si HÖGNIUS vellet,*

HAVGNI

p) Þeim, S. illos Hognium, : eum et fratrem, per se recte, nisi obstaret sequens Ef han pá &c.

q) Kæni, veniret, S.

r) Sín, per i, S. malé.

s) Ita L. et S. sed *Gædi* videtur fuisse in Membr. quod aliquanto propius accedit ad vulgatum *Gætti*, etsi illa altera lectio possit referri ad Verbum *Ek gáði*, gáði, Imperf. Subjunct. *Gædi*, *Gædi* infra vers. LXX. lin. 4, i. e. observo.

26) Per figuram Silentii intelligere debemus etiam regem ipsum Gunnarem, utpote primarium, ab Atralo invitatum fuisse. Quod vero Auctor hic verba facit de Högnii solius invitatione, id inde est, quod minor erat dignitate et autoritate; eum autem, unacum fratre Gunnare, in suam potestatem redigere, res momentosa erat Attalo, aurum Fafnerianum inhianti; et poterant sanè Legati dubitare,anne Högnius, unacum fratre rege Gunnare, ab Attalo ad convivium vocatus esset, nisi nominatum, expressè et specialiter, fuisse compellatus.

27) Nimirum ob vocationem sibi nominatum et specialiter factam, tanquam honoris alicuius gratia. Nimirum verisimilis est, Attalus veritum esse prudentiam Högnii excellentem, quemadmodum et fortitudinem; atque adeò destinavisse, ut ille sub honoris specialis praetextu illiceretur ad hunc conventum. Audierat fortasse, eum unacum fratre solo Fafneriana hereditate potiri, atque igitur

dum ille in vivis esset, dubius erat, an unquam ista gaza in suam possessionem veniret.

28) Istud *Svipvisi*, et ejus interpretationem, quod adtinet, conferatur Vers. hujus Ods LXX. lin. 3. Ratio sensi vertitur in vocis originatione. Conf. omnino J. Olavium in Gloss. Syntagnatis sui sub voce *Svipr*, qui priorem partem nostrae vocis illustravit, quantum fieri potest. De cetero hic loquitur Auctor de versutia Legatorum que propter alias circunstantias, aurum nimirum Fafnerianum et avaritiam regis Attali, non celari potuisse, si fratres usi essent oculis animi aperti.

29) Vide miram Auctoris brevitatem in isto, Hét pá Gunnarr; nam hic prætermittit rem principalem, *At fara til bodfins*, vel *Veistunnar*, venire et convivium; nimirum voluit istud intelligi ex antecedentibus. Promittere et condicere ad coenam, ellipticum est apud Latinos, sed hec ellipsis superat, et tamen res ipsa per circumstantias liquida esse potest.

HAVGNI því nistti  
Er hinn um ræpi 30).

## VIII.

Báro miöþ t) mærar 31)  
Margs var u) allz 32) beini,  
Fór 33) þar fiöld horna  
Unz pötti fyll-druckit.

## IX.

x) Híu 34) görþo hvílo  
Sem peim hægst pötti.

[Atqui] HÖGNIUS id denegavit,  
Quod alter in sermone proposit.

## VIII.

*Adtulerunt potionem serenae [feminæ],  
Multæ omnium rerum præbita sunt,  
Circumiit ibi multitudo cornuum  
Donec satis potatum esse visum est.*

## IX.

*Conjuges 34) sternebant cubile,  
Quemadmodum iis commodissimum vi-  
debatur;*

Kend

t.) *Merar*, Membr. et L. putida lectio. *Mörar* L. per varietatem.

u.) *Kauns*, L. ex varietate, mira lectio, forte variata ex Kyns (multi) generis, cum præ-  
sertim altera adoptata Margs allz non omnino videri possit carere pleonasmī culpā,  
ersi nos eam aliquos detorquere conati simus.

v.) *Héð*, S. ex häresi sua.

30) Istud Ræpi referri quidem poterit ad verbum At ræpa, loqui, et ita svadere videtur Contextus; verum ratio Sermonis nostri repugnat, nam si ita esset, Auctori dicendum fuerat, et quidem metro suo convenienter, Ræddi, quod Præteritum est ab isto Verbo. Adeò dubiò procui Verbum illud relictus refertur ad Alterum Ek ræp, Præt, Ræpi, ex elocutione nostra Rjepþ; de tali autem duarum harum vocalium, nempè it, cum una diphthongo æ, opinamur nos aliquid alias in hoc opere nugatos esse. Ut cunque res est, nostra versio hoc loco inter utrumque versatur.

31) *Merar*; morem suum sequitur, ut Adjectivum ponat pro nomine substantivo. Vide hujus Odæ vers. XXIX, lin. 1 et 3, et sanè ista scribendi ratio sua svavitate non caret, in Lingua nostra unique.

32) *Margs* — allz; observa similitudinem adaptentem inter hanc nostram complexam dictiōnem et Latinam; plerique omnes; major tamen ratio videtur esse in nostra dictione quam Latina. Conf. et vers. XCII. infra.

33) Fór eleganter adipicatum hoc loco, et inde Coicus potior intelligenda sunt, que olim in tanto honore erant, ut Historiæ nostræ testantur.

34) Nempe princeps Gunnar cum sua uxore; vel, si quis invenit, idem ille cum tota sua familia domestica præter fratrem conjugem ejus, ob versum sequent, lin. 1. a.; ne adeò Auctori haec circumlocutione eleganter signaverit Nostris concubis initium. Et sanè illud Görþo hvílo exquisitè dictum est ab Auctore; nam per metrum facile dicere poterat; Híu fóro i hvílo. In linea sequenti attendas svavem simplicitatem.

Kend 35) var KOSTBERA  
 Kvnni-hon skil 36) rúna.  
 Inti orþ-stafi  
 At eldi liósom.  
 Gæta varþ hon túngó  
 I góma bápa 38).  
 ƿ) Váro sva viltar 39)  
 At z) var vant at ráþa,

Gnara 35) erat KOSTBERA,  
 Ea rationes runarum 36) callebat;  
 Enuntiavit [ad eo] literas 37)  
*Apud ignem lucidum:*  
*Oportuit eam, lingvam cautæ*  
*Adplicare ad utrumque palatum 38),*  
*Ad eo [enim] depravatæ erant,*  
*Ut difficile esset interpretari.*

## X.

p) Sæfng fóro sípan  
 Sína pav HAVGNI.  
 Dreyndi drött-láta  
 ƿ) Dylði pefs vatkí.

Cubile adibant deinde  
 Suum illa et HÖGNIUS;  
*Somnium oblatum est populari animo*  
*prædictæ,*  
*Ea illud neutiquam celavit,*

Sagdi

- z) *Vara*, S. non erat (erant) contra mentem Auctoris.  
 z) *Var vant*, omnes Liðri, non *Vant var*, quod lepidius caderet ad numeros.  
 h) *Sæfng*, nudæ Omnes, abjecta Præpositione I. quod notandum.  
 e) *Dylði* (*dylði*) L. et S.

- 35) Nostra acceptio hujus vocis pro fundo habet sequentem lineam; alias autem Kendr notum significat ordinari.
- 36) Istrud Skil, quod primariæ distinctionem, et deinde distinctam notionem significat, bona cum ratione hic posuit Auctor, ad Heroine cum singularem in ea re intelligentiam amplificandam; facile poterat dixisse simpliciter: *kvnni hon rúnar*, atqui il multo minus sonabat.
- 37) Nempe in runica epistola Gudrunæ; et vide quam Veteres amavirint foca adsidere, confess. V. lin. 2 cum nostra adnotatiuncula. Mira etiam simplicitas in eo eluet, quod regina hic non utitur luce luminis accensi, sed foci tantum.

- 38) I. e. neque plus, neque minus, quam quod illi verissimum videri poterat, ne vel Legato Attali, neque reginæ Gudrunæ, injuriam faceret. Phrasis autem ista, *Gæta tango i góma bápa* est una ex rarissimis, sive Sermonem nostrum, sive libros priscos adtendantibus.
- 39) *Váro — viltar*; hæc est una e figuris audaciariis Auctoris; illi in manu erat jungere hoc adjæctivum cum precedente Substantivo *Orþbeta*, quod genus adtinebat, quando dixisset *Váro — viltir*; maluit autem, *out* ratio esset figuratio, recurrere ad id, quo remotius erat ad nexus Generis, nimirum ad *Runes* in 4 linea.

Sagdi horsk hilmi  
Pegars hon a) ræp vakna.

## XI.

Heiman göriz þú HAVGNI  
Hygdo at rájom.  
Fár er fyll-rýninn,  
Far þú i sinn annat.  
Rép ek b<sup>1</sup>) þær túnar  
Er reist þín b<sup>2</sup>) syftir.  
Biört hefir pér eigi  
Bopit i sinn þetta 40).

## XII.

Eitt ek mest vndromk  
Mákap ek enn hyggia

[Ind] narravit cordata principi,  
Ut primūm evigilavit.

## XI.

Domō abire decrevisti, HÖGNI!  
Animō considera decretum;  
Pauci sunt perfectè prudentes,  
I tu vice altera:  
Interpretabar ego literas,  
Quas tua soror sculpsit,  
Candida illa te neutiquam  
Hac vice ad se invitavit 40).

## XII.

Unum [id] præter alia miror,  
Quod adhucdum perspicere, nequeo,  
Hvat

a) Ræp, Membr. et L. cui lectioni lœcum hac una vice concedere voluimus, pro vulgato  
Ræp, l. Ried quod multis elegantioribus hominibus videtur nimium crassè et pin-  
guiter sonare in ore prisco; unde adeò in eo et similibus e simplex semper ponen-  
dum contendunt, quæ res interdum apud rudiores ambiguitatem significationis creat,  
elocutioni utique adversatur. Ita et supra Vers. II. raz pro réz, præferunt iidem  
Libri, lin. 3. quæ res præsentis temporis notionem pro Præteriti illuc obtrudit. Ræp,  
hoc loco S. è regula elegantiorum nuper adlata.

b<sup>1</sup>) þer, tibi, tuo usui, S. Modò ante Ræp, L. et S. quod foret præsentis temporis,  
sed respice ad var. a. proximè præcedentem.

b<sup>2</sup>) Styftr, L. Mirari subit, unde istud et in priori invectum sit.

40) In litteris a Legato syéphantia depravatis ex-  
tittisse oportet invitationem convivialem a re-  
gina factam, excisa negatione ad visitandum  
convivium, quam illa sine dubio interposuerat;  
et præterea ille facile mutare potuit Ba-  
ni, nec, in Bati, lucrum, utilitas, commo-  
duum, quod verisimiliter concludimus ex hisce

verbis Wolf. sagæ Cap. XLII. sub finem: Ek  
síð rámnirar — en suo er undir, sem boni ýdar  
liggi á; i. e. Interpretabar literas incisas —  
id vero (monitum) subest, quod mors vobis  
iunineat, scilicet si eundi propositum capia-  
tis; simul consulte vers. seqv. lin. 6. et 7.

Hvat på varþ vitri  
 Er slyldi villt rista 41).  
 Þvfat sva var c) ansat \*  
 Sem vndir veri  
 Bani d) yckarr beggia  
 Ef e) ip brállá qvæmip.  
 Vant er stafs 42) vifsi.  
 Epa valda aprir.

*Quid tum evenerit sapienti [faminæ]  
 Quare pravas literas sculperet 41):  
 Nam ita dictum erat,  
 Tanquam subesset  
 Nex vestra utriusque,  
 Si vos properè adessetis;  
 Deest fæminæ litera,  
 Vel [hujus rei] auðores sunt alii.*

## XIII.

- c) In hac lectione usum vulgarem sumus sequunti, quem etiam fulcit Poëmatum *Hrafnagaldr Ópins*, pro sua tenui auctoritate, Vers. XXII. lin. 1. coll. cum Gloss. Tom. I. sub eo Verbo. Verum *Ansat*, per m, præfert S. et aliquanto deterius *Am fat*, divisi Membr. et L.; unde illud m eō se intruserit, et loco expulerit rectum n, facile est conjicere; ea res provenit e scriptura compendiō, nimis virgula transversa super vocem a et similes, quæ communis sigla est utriusque literæ n et m, enuntianda in dictione et scriptione, quemadmodum res postulat. Ut ut ea sunt, non mediocris tamen suspicio hic posset exoriri, Poemam hic primo posuisse *Aufsat*; istud autem v a primis Librariis, ex eorum libidine haud incognita, in n mutatum fuisse; conglutinato autem u et f in unam literum, ut saep fit a rudiioribus Membranarum transscriptoribus, facile hoc monstrum Verbi *Ansat* enasci potuit. At *Aufsa* verò est indicium facere, digitum intendere aliquod, monstrandi causa, et istud à intendit significationem Verbi, et magis determinat.
- d) *Yckear*, S. rarum, sed non inservare in elocutione.
- e) *Mēþ*, simul l. und, L. pro varietate lectionis, rigidiusculè ad numeros.

41) *Ek — undradis um sva vitra kono, er hún hefir villt ríssid; Volt. saga l. c.*

42) Hic locus firmat conjecturam nostram sub N. 40, quod literas l. literam aliquam exciderit. *Volt. saga* autem nimis generaliter ac minus definitè hæc memorat, ejus verba: þar var

annad hvert, at henni var vant fálfvi, eða ha-fa aðrir villt; istud vant, quod defectum simpliciter notare debuerit, istud, inquit, solitarium sibi, hoc loco nimis vagum et indefinitum est, præsertim in comparatione cum verbis nostri Auctoris.

## XIII.

Allar ro ill-údgðar (f), qvad HAVG-  
NI), 43):

Äcka ek þeſs kynni 44)  
Vilka ek þeſs leita 45)  
Nema lavna eigm.  
Ockr mvn gramr gylli  
Reifa glóp-ravpo 46)

## XIII.

*Omnès [literæ] sunt suspectæ (inquit  
HÖGNIUS) 43),*

*Id mihi expectandum non opinabar 44),*  
*Nolo eam rem persecui (tentare) 45)*  
*Nisi gratiam referre nobis neces-  
sum sit.*

*Nos sanè rex aurō*

*Decorabit, favillæ instar rutilo 46);*  
g) Ovmk

f) Quali Högni, exultat ab S. neque oppidū necessarium esse videtur, cum præsertim me-  
tro officiat.

43) Hic intelligimus, ipsum Principem, corda-  
tum sanè hominem, literas ab uxore sua ac-  
ceptas jam obiter inspexisse. Et Allar per re-  
sultum, Autori non insuetum, referri debet  
ad illud in Vers. XI: Ríþ ek þær ránar. Hac  
est prima acceptio hujus loci; altera autem  
referri potest ad id, quod reticetur, nempe  
Koun, mulieres, tanguam, ex Principis sen-  
tentia, sāpē ad pejora animō suo declinantes,  
quod et certo respectu fecit mox ejus, quan-  
do ei suspicionem insidiarum ab Attalo ſēge,  
ad fine ſuo, ſtructarum movit. Hanc poste-  
riorem acceptiōne ſufficere videtur Vols.  
saga Cap. XLIII. sub initio, his verbis (quan-  
quam, ut opinamur, alieno loco poſitis, et  
referendis ad calcem Capitis p̄ced): Per  
ernd opt ill-vergar \*), ok á ek etki ſkop til  
þeſi at fara illa imót vid menn, nema þat se  
makligt; \*) illédigar, pro variante habetur  
in Exemplari inscripto ejusdem Historie, ante-  
citato; sensus autem loci adducti foret hic:  
Vos (mulieres) sāpē malē animatae eritis; ego  
autem id ingenium non possedeo, ut malē  
verter cum aliis hominibus, nisi id dignum  
sit. Varietas a nobis sub asterisco adlata,

quānam se non omnino probat, sufficit  
tamen lectionem Authoris nostri, nam illud  
illvergar apud Björnerum, et illverdag in  
contextu laudati Mſcripti, adhuc in obſcu-  
to jacent.

44) Hic rei magis quam verbis consuluiimus, ut  
Princeps velit, talem, i. e. fraudulentem ſibi  
invitationem non ab adīne, et multo minus  
ab ſorore, unquam ſperari potuisse. Hac  
acceptiōne admissa, Kynni ad cognitionem  
et admittantem quomodoconque refertur, at-  
que ea est subtilior altera, hac nimirum:  
Istius rei nullam cognitionem habeo, runa-  
rum nempe ſuſpectarum ab adīne meo et  
ſorore.

45) Nempe inimicitias cum adīne meo, e ſola  
ſuspicio, et ſine idonea ratione, incipere  
vel exercere. Respic, quod hanc et sequen-  
tem lineam adtinet, ad locum Vols. ſaga, a  
nobis modō adlatum sub N. 43.

46) Satis tenuiter hæc efferrunt in Vols. ſaga  
per, Men han oſi vel fagna, tantum, c. i. ille  
(Attalus) nos benignū accipiet. Gylli reiſa  
svavicer ac ſplendiſe, quemadmodum in Gud-  
runar-Qvida II. vers. I. lin. 6 et 7.

g) Óvmik ek aldregi  
Þótt vér ógn fregnim 47).

*Nunquam timeo,  
Etsi terrorem audiamus 47).*

## XIV.

Stopalt mvnop gánga 48)  
Ef ip stundit pángat.  
Yckr mvn ást-kynni  
Eigi i sinn petta.  
Dreymdi mik HAVGNI  
Dyliomk pat eigi.  
Gánga mvn yckr and-æris  
Epr ella hræpomk.

## XIV.

*Variè vobis evenerit iter 48),  
Si è [ire] studetis;  
Vobis non extiterit amicabile  
Hospitium (convivium) hac vice:  
Somniabam ego, HÖGNI!  
Non célo illud,  
Vos aduersum res cesserit,  
Nisi alias [nimium] metuo.*

## XV.

Blæio hygda ek pína  
Brenna i eldi 49)  
Hryti hár logi  
Hús mín i gögnom 50).

## XV.

*Stragulum opñabar tuum  
Igne comburi 49),  
[Atque] altam flammam emicare  
Per meas ades 50).*

51) Liggia

g) *Ounc, L. neotericus illud n. Oum ek, S. haud adsperrandum, unde istud primum est contractum.*

47) Astdudi ad suspiciones uxoris sua supra memoratas, et sanè quam hæc loquitur heroicæ. *Ogn de re per se terribili hic accipienda est.*

48) Vacillans et caduca erit vestra profectio, vel adhuc proprius ad verba: Cespitabitis inter eundum.

49) Hoc somnum reginæ Kostberæ ordine tertium est in *Wolfs saga* Cap. XLIII. ubi duo alia præmittuntur de fluviorum in ædes in-

fluxu, quorum noster Auctor non agnoscit nisi unum, et id quidem tribuit Glömvaræ regine, Gunnaræ conjugi; ut adhuc hinc appareat, Nostrum et diñe Historie Autorem diversas interdum secutor relationes esse, et si de catero in multis consentiant,

50) Definitius hoc exprimit *Wolfs saga*: *Hryti ell-drini upp af höllinni, fl. emic, ex aula sursum.*

51) Liggia hér lín-klæpi  
Þav er lítt rækit.  
Þav mvno brát brenna  
Þar er þú bláio h) fátt 52).

## XVI.

53) Biöru hvgda ek hér inn kominn  
Bryti vpp stocka 54)  
Hristi sva hramma  
At viþ hrædd i) yrþim.

51) *Hic jacent linteae,*  
*Quæ vos parum curatis,*  
*Ea citè conflagrabunt,*  
*Ubi tu stragulum videbas 52).*

## XVII.

53) *Ursus [porro] opinabar huc in-*  
*troisse,*  
*Trabes (spondas) effringentem 54),*  
*Ille adè concussit ungulas,*  
*Ut nos consternati existeremus,*  
k) Mynn

h) *Sát (sat), Omnes, detestanda libidine alteram duplarem consonantium abjecendi.*  
i) *Yrdom, S. vulgata terminatione, sed quæ distinctioni modorum officit.*

51) His quatuor lineis continetur interpretatio-  
sonni ab rege facta, quam ita exhibet *Wolf.*  
*Saga:* þat veit ek giðla hvat þat er: klædi vár  
liggia hér lit-rend (*lit-rekti, Mscr.*) ok muntru  
þau þau brenna, er þú hagdir bleiuna; Quid  
illud. *Lit-rend* l. litrekti hoc loco sonet, non  
adeo proumpt est decernere; priorem lectio-  
nem per *Coloribus tintææ (vestes)* reddit *Björn*-  
neri versio, qui eti rem ipsam fortasse non  
terigit, tamen eum propè inde abesse au-  
tomanus. Altera lectio sensu carere videtur,  
nisi quidem quoniodocunque immutata et cor-  
rupta sit a verbis nostri *Autoris*, *Litt rækt.*  
Quod autem, haec occasione in transitu di-  
cendum, opinamus *Rendr* in complexa voce  
*Litrekti*, neutro plur. *litrend*, ut et in  
similibus *Mórendr*, *Blárendi*, quæ ex Histo-  
riis priscis notæ sunt, nam hodie ferè obsole-  
verunt, eam partem ejus vocis ortam esse op-  
namur a Verbo *At renna*, quod non modò  
fluere, neutraliter significat, verum etiam

fundere, astringere; et olim fortasse tingendi l.  
colorandi significationem habuerit, propter  
infusionem liquoris colorifici. Simil adver-  
tendum est hoc loco discrimen inter *Aucto-*  
*rem nostrum* et *Wolf. saga*, quod lineas hujus  
vers. 5 et 6 adinset, et *Klædi* — *litrend* in  
*Wolf. f.* Neque etiam tenue discrimen est in  
reipso inter istud *Mvno* lin. 7 apud *Nostrum*  
in 3 persona, et *Mvntu* in 2 pers. apud *Auc-*  
*torem Wolf. saga*, nam prius indicat rem casu  
eventuram; alterum specat ad culpam in  
opere tintiorio.

52) *Brenna*, hic iterum ex linea proxime ante-  
cedente subaudiendum.  
53) Quartum somnium ordine in *Wolf. saga*.  
54) *Ok brant upp kóngi háfotit*, i. e. qui solium  
regis effregit, *Wolf. f.* haud paullè definitius  
et stylitus; in ambiguo tamen vertitur, ultra  
lectio sit genuina. Apud *Nostrum* verò *Stok-*  
*kay* videntur lectos et scamna figurata de-  
signare.

k) Mvnn oſs mörg heſdi  
Sva at vér, maettim ecki.  
Þar var ok pravmmvn 56)  
Peygi sva lítil.

*In ore tenebat nos multos,  
Ita ut nihil possemus 55),  
Ibi quoque erat turba 56)  
Non adeò parva.*

## XVII.

Vepr mvn par vaxa  
l) Verpa ótt snetnma.  
Hvita - biörn hvgdir  
Par myn bregg avftan 57).

## XVIII.

*Ibi eveniet tempestas  
Furiosa repente,  
Album ursum tu opinabare,  
Ibi procella ab oriente existet.*

## XVIII.

Avrn hvgda ek her inn fluúga  
At endlöngó húſi.

*Aquilam existimavi hue intrò volare  
Perpetuam ædem,*

Pat

k) *Munn*, Omnes, præpositione ſtabjecta, sine dubio metri gratia; sed poterit etiam vobula ista in sensu abesse, si verbum *At hafa* capiatur pro Capere, comprehendere, adripere, ut sit: Ore nos capiebat &c. Deinde notandum *Munn* in Auferendi casu positum esse pro *Munni*, etiam ut poësi consulatur.

l) *Vitta*, scias, S. Mox Ok, pro Ott, L. ex varietate, i. e. et quidem (citò).

55) *Ita ut nihil valeremus ad resistendum et nostram salutem conservandam.* Et istud *Maettim ecki* absolute, eleganter hic adPLICatur; *Maettum ecki*, prefert *Wolf. f.* Indicandi Modo, quod et benè procedit; sed Noster ordinem suum servar, nam antea posuerat *Frischi* in Subjunctivo.

56) *Vel*, si hoc restringere mayelis ad ursum solium, sensus foret: Ibi erat vehemens vestigiorum impressio, et haec acceptio fortasse magis accesserit ad proprietatem Verbi *At primum*, quod nos in Versione ad gestus con-

sternatorum, necessariò satis turbulentos, retulimus.

57) Satis tenuiter hanc regis interpretationem sic proponit *Wolf. saga*: *Par mun koma védri mikit, er þú ætladir hvita - biörn*, i. e. ibi magna existet tempestas, ubi opinabare (in somno) ursum sibum. *Wolf. f. ætladir*, ut modo vidimus, Noster *Hvgdir* lin. præced. uterque reſtē, et adprimè quadrant cum Latinis, in Verbis, quæ actum sompiandi l. apparitionem in sonnis oblatam, designant, ex. gr. Valerio Maximo, qui ex instituto de ea rescripsit,

Þat myn oſs driúgt deilaz 58),

Dreifpi han oſs öll blópi.

m) Hvgrpa ek af heitom 59)

At veri hamr ATLA,

*Id in nos largiter distribuetur 58),*

*Ille [enim] circumspersit nos omnes  
sanguine;*

*Existimavi è gestibus minacibus 59),*

*Istam esse formam ATTALI.*

## XIX.

60) Slátrum fýfliga

Siám pá rópro

Opt er þat fur n) öxnom

Er avrno dreymir.

Heill er hvgr ATLA

Hvatki er pik dreymir.

Lokit pvf léto.

Líþr hver ræpa 61).

## XIX.

60) *Maſtamus operosè,*

*Tunc videmus rubrum,*

*Sæpe boves significantur,*

*Ubi aquila in somno offeruntur:*

*Integer est animus ATTALO,*

*Quicquid tu somnias.*

*Finem fecerunt ei [colloquio],*

*Omnis sermo finitur 61).*

## XX.

m) *Hugdi hann; existimavi eum, S. minus commodè.*

n) *Oxonum, per o in priore, omnes Libri, consentiente originatione, non item usu.  
Oxon, L. pro varietate.*

58) Hæc distributio in malam partem accipienda, ut vel in sequenti linea adparet. Pro isto þat myn off driúgt deilaz in *Volf. saga* habetur. Ok mun at fult vita, i. e. ea res malum, credo, portendit, vel, ad malum imminens spectat, exquisitò quidem usu Verbi *At vita*, minus tamen definitè ad rem et sensum, quam apud Auctorem nostrum.

59) Istud *Af heitom*, vel aliquid aliud pro eo, penitus exultat ab *Volf. saga*.

60) *Han svarar: Opt slátrum ver aurliga (Örnlega, Björner) ok höggum þór naavt oſi at gamni; ok er þat syfir ýxnum, er örðu dreymir;*

i. e. Nos sèpè largiter (*audacter*) maſtamus, et magnos boves cedimus, nobis in oblectamentum, atque aquila in somno oblata boves significat. Ita hanc interpretationem sistit *Volf. saga* mscr. omissa Rópro ɔ: sangvinis mentione. Nobis cutius visum est è dicti libri auctoritate duas primas hujus versus lineas in Modo Indicandi capere, quam interpretandi.

61) Hæc linea habet speciem aliquam tenuis sententia proverbalis, quasi dicere velit Auctor: Nullum colloquium aled prolixum esse, quia aliquando tandem ad finem perveniat.

## XX.

Vöknoþo vel-borin 62)  
 Var þar fams dæmi.  
 9) Gættiz þefs GLAVMVÖR  
 At veri grand svefna 63)  
 Frábægt vip p) GVNNAÐAR  
 At fá tvær leipir 64).

## XXI.

Gavrwan hvgda ek pér gálga  
 Géngir þú at hánga.  
 Æti pik ormar.  
 Yipa 65) ek pik qviqvan.

## XX.

*Experredi sunt genere illustres 62),*  
*Ibi ejusdem rei exemplum provenit,*  
*Observavit id GLÖMVARA,*  
*Quod esset noxa somnorum 63)*  
*Adversus GUNNAREM obstaculum*  
*Obtinendi duo itinera 64).*

## XXI.

*Factum autumabam tibi patibulum,*  
*Teque ad suspendium ire,*  
*Vermes corpore tuo vesci,*  
*Me autem vivum te deprehendere,*

Görþiz.

9) *Gættiz*, per e, Membr. et L.

p) *Gunnarr*, .Idem, improbè, nam hic est Nominandi casus. De cætero hæc et sequens linea e lectione Codicium in poësi et sensu laborabant, cui vitio utcumque mederi sategimus, de nostro adposita voce *Frábægt*, cæteris intactis.

62) *Auctor morem suum servat, ut epitheto utatur pro nom. Substantivo, hic enim occipit sermo de rege Gunnare et uxore sua. Lin-seq. Sams dæmi etiam præferit Vols. saga Mscr. in contextu, sed ex varietate eam lin-neam exprimit per, þat er sumðagrír, id eadem diecula evenit, quod minus se probat. Sams dæmi; Björnerus edidit, vulgarius cæteris.*

63) I. e. præsignificata in sui ipsius (nempē reginae) somniis, que sequuntur 5 versibus proximis.

64) *Istud Obstaculum capiendum est pro quādam expegesi rōu noxa, quod antecessit. Tvær leipir pertinent ad successum in eundo et redeundo. Cæterum has quatuor lineas*

*clarioris et simplicius sic effert Wolf, saga XLIV: Glavmvör kona Gunnars segir dramma fina mar- ga, þa er heuni þótru (þótti, Mscr. etiam rec-tè) liklegir til svika; i. e. Glömvara, uxor Gunnars, narrat sounia sua multa, quibüs futuras insidias ostendi colligebat.*

65) *Ad hujus verbi sensum qualecumque, a nobis adoptatum, pertinent nota ista in Oddrúnar gráti de Gunnare et amica ejus Oddruna in negotio amatorio deprehensis: Melv þat spægir — Qvøþoz okkr hafa Orþit beþi. Qvi-gvan; èd terribilius erit somnium, quod opinabatur conjugem, suspensum et aīluc vi-vum, a vermis comedì, quæ res etiam eventu comprobata est, nisi quod suspensiō-nem adtinet.*

Görpiz ravk ragna 66).  
Ráp þú hvat þat veri.

## XXII.

Blópgan hvgda ek mæki  
Borinn or serk þínom 67).  
Illt er svefn 68) flískan  
At segja navp-manni.  
69) Geit hvgda ek standa  
I gögnom þík miðian,  
Emiðoþo úlfar 70)  
A endom báporum.

## XXIII.

Rackar þar 71) renna  
Rápað q) miök geyia,

q) *Lit., parum, S. viii recte propter sequens Glavmr hunda.*

- 66) I. e. Gunnaris ipsius, ut *Ragna* sit Gen. sing.  
a Nominativus *Ragni*. *Ragni*, quanquam insolenti, Cognatum vocabulum *Ravnir* de rege habemus sine ullo adposito, in *Atla-qvida* vers. XXXV. lin. 4. Si tamen ordinariè *Ragna* pro Genit. plur. magis libet accipere, a Nom. *Ragni* principes, sensus fortasse fuerit: Existebat discidium principum, alii verbis, disjunctio plena inter regem Gunnarem morientem ac reginam. Contentum verò hujus versus penitus abest a *Volf. saga*.
- 67) I. e. extrahi tuo corpori transfoso. Mer hótti blöðngt fverd borit i höllina hér (hér inn i höllina, Mscr.) ok varin fverdi lagði igénum; i. e. Existimabam cruentum gladium introferri hic in aulan, atque re gladio transfigi; *Volf. saga*; conf. lin. 5 et 6 hujus versus.
- 68) Nota-Svefn hic pro *dravm*, somnium, ponit,

[Post] exstigit interitus principis 66),  
Conjice tu, quid illud esset?

## XXII.

*Cruentam putavi macharam*  
*Auferrit ab indusio tuo 67),*  
(*Acerbum est, somnium 68) tale*  
*Narrare homini necessario).*  
69) *Lanceam putavi existere*  
*Per te medium transactam,*  
*Ululabant lupi 70)*  
*Ab utraque [ejus] extremitate.*

## XXIII.

*Canes ibi 71) currunt*  
*Multum latrare occipientes,*

Opt

et conf. *Grand svefna* superius Vers. XX. lin. 4.

69) Hic tandem, interjecta parenthesi, habetur declaratio illius, quod anteā minus liquide dictum erat lin. 1 et 2.

70) Hac eodem modo exprimitur in *Volf. saga*.

71) þar ellipticè hic adhibetur, pro, þar er þér fundus úlfar emia i dravmnum, ubi (quando quod) tú autumabas lupos ululare in somnio. Conf. supra Ver. XV. lin. ult. et XVII. lin. ult. Smáir hundar vilia aſi þar bita, ak er opt hunda-giall (hunda-gnöll, Mscr.) fyrir vopnum med blöði litudum; i. e. Catuli nos mordere ibi (sub ea visione) cogitant, et sspē quidem garritus (inurmur) canum in sonniis præviis index est armorum sangvine tinctorum; *Volf. saga*. Hic autem versiculos pertinet ad interpretationem Gunnaris.

Opt verþr glavmr hýnda  
Fvr geira r) flavgon.

Sæpè canum garritus  
Portendit lancearum volatum.

## XXIV.

- 72) Å hygda ek hér inn renna  
At s) endlavngó húsi  
Pyti af pióstí  
Peystiz t) vf becki.  
Brytí færr yekra  
Bræþra hér tveggja.  
u) Gérþit vatn vægia  
Vera mvn þat fvr necqvi.

## XXIV.

- 72) Amnem huc opinabar intrò fluere  
Secundum adem perpetuam,  
Fremere [quidem illum] ex iracundia,  
Grassari super sedilia,  
[Denique] frangere pedes vestros  
Fratrum duorum hic [in domo],  
Nihil aqua temperabat,  
Id (sine dubio) est alicuius rei præambulum.

## XXV.

- r) *Flavgom*, S. et L. ex varietate, in neutro plurali, rectè et usitatè Priscis. Istud aliterum femininum, quod Textus præfert, rarioribus accensendum est.  
s) *Endilaungo*, L. et S. usitatus.  
t) *Vf*, omnes Codd. non *Vm*, vel *Of*.  
u) *Verþit*, pro *var.* left. L. absurdè.

- 72) Duo somnia de fluviorum in ædes invasione exhibentur in *Volf*. f. et id quidem ex persona Kestberg; respice ad N. 49 supra. Prins ita habet: *Mér þótti her fata inn á Rárla flævng, ok bryti upp flecka i höllinu, Vider mihi viðebar huc influere amnem, cursu suo oppidò vehementem, qui effregit trubes (asserens) au-*  
*læ.* Pesterius autem sic: *Euu dreyndi mihi at önnur á felí her inn ok þyti grimmlega, ok bryti upp alla þolla í höllinu, ok bryti færr yckan beggia brædra, ok mun þat þyda nöcqvit, i. e. Porrid somniabam, huc intrò cadere amnem alterum, særíter sonantein, qui omnia aule sedilia subvertit, pedesque auborum*

vestrum fratrum confregit; quod utique aliquid omnini habere credo. Hoc ultimum somnum manifestè idem esse cum eo, quod Noster commemorat hoc versu, nihil dubiè est; mirum tamen ejus interpretationem ab eo omissam esse, quam in *Volf*. f. sic habet: *Han mælti, þar mun venua akkar, er þú hugdir áua, ok er ver göngum akkrinum (Cökrim, Mscr. in marg.) nema opt stórar agnir setr voru;* i. e. Ille fatus est: Perid indicari credo agros aque fluctuantis (labentis) speciem præbentes, et ubi nos agrum permeanus, spicæ magnæ perstringunt sæpè nostros pedes.

## XXV.

Konor hvgdak davþar  
 Koma í nótte hingat  
 Verit vart búnar  
 Vildi þik kiósa 73).  
 Byþi þér brálliga  
 Til beckia finna 74)  
 x) Ek qveþ af-líma  
 Ordnar þér dísir.

## XXV.

*Fæminas existimabam defundas*  
*Huc venire nocte præterita,*  
*Eas quidem non perfunctoriè ornatas,*  
*Quæ te virum sibi eligere cupie-*  
*bant 73),*  
 [Atque] te citè invitabant  
*Ad sua sedilia 74),*  
*Divulsas (ab alienatas) esse censeo*  
*Abs te divas [tuas tutelares].*

## XXVI.

Seinat er at segia  
 Sva er nú rápit 75).

XXVI.  
*Nimium tardatum (serum) est rem*  
*narrare,*  
*Ita nunc decretum est 75),*  
 y) Forþ-

x) *Ek, Omnes, per α, cui bono? Deinde Af líma, S. Lími in usu idem est ac Lími, virgula, ramale. Af-sinna, alias e Chartarum ductu malle, testatur L. in margine, i. e. diversum sentientes, discordantes; quidni igitur posuerunt Af-sinna?*

73) Hinc adparat, per istas Konor intelligendas esse Parcas infestas, sive mavis Valkyrias, et Davþar, ab regno mortuorum s. inferis profestas, eò illunc invitandi gratia. Istud Verit in lin. 3, negativè, possit suspectum videri de diris illis mulieribus, et pro eo reponendum Veri, unde sensus existeret: Pravè (perfunctoriè) ornatas, quod earum statui et characteri magis foret admodumdatum. Interes tamen nihil mutandum censuimus, ut Author dicat Parcas istas vestitum tristem et fustum, pro earum negotio, gestasse. Mulieres autem istas Volf, saga pro mortuis non exhibet, neque de ornata quidquam memorat;

verba ejus: Mer þótti her innukoma konur, ok vóru dapurlegar, ok þik höfði fer til manns; mā vera at þínar dísir hafi þat verit, i. e. Fæminas — tristom vultum præferentes, que te sibi maritum eligere cuperent; fieri potest, ut eas fuerint tue parce (mortæ, divæ genethliæ) tuae.

74) Beckia finna et præced., tanquam ad convivium, quemadmodum supra de fratribus ab Atalo invitatis: At bispia yfir Gunnar At íþr beck komit — at sefia heim Atla, Vers. III.  
 75) In hac et duabus sequentibus lineis eluet tenacitas propositi et animi constantia apud Heroëm; rem semel destinatam mutare non vult;

y) Forþvmka fôr þó  
Allz þó er fara z) ætlap.  
Mart er miök glikligt  
At mynim skamm-aer.

## XXVII.

Lito er lyfti  
Letoz þeir fusir  
Allir vpp-rifa  
Avnnor pav 77) lavtto.  
Fôro fimm saman 78)  
Fleiri til váro  
Hálfo húskarlar  
Hvgat var því illa.

*Haud sanè iter defugimus,  
Quandoquidem ire constitutum est:  
Multæ eò tendunt [indicia],  
Ut nos ævi brevis futuri simus.*

## XXVII.

*Colores ubi illustrabantur 76),  
Illi se ostendebant promtos  
Omnes ad surgendum,  
Alii, viri et fæminæ 77), tardabant:  
Ibant adeò omnino quinque 78),  
(Plures [tamen] aderant  
Dimidiò homines domestici,  
Ei rei malè consultum erat).*

## XXVIII.

y) Forþome a, divisim, L. in Textus; audeant adhuc, qui velint, hunc Librum habere pro Membranæ nostræ traduce. Istud autem a ab suo Verbo distractum nihil hic sonat, si vel virgatum à scribatur.  
z) Ætilip, S. vitiosè hoc loco.

vult, etsi ipse fateatur, in duabus postremis lineis, sibi et fratri breve vite spatium, probabiliter è somniorum prodigiis, superesse. latenter tamen ait in linea vers. prima, se nusquam iturum fuisse; si ea prodigia scisseret, antequam eundi consilium ceperat. Alter partim sistitur continentis hujus versus in v'olf. f. nempe hoc modo: *Han fvarar, vandr görla nū at ráða, ok ná eigi fórdar fitt aldurlag (Endadæg, Mscr. pro var) en eigi öllkt, at ver verdum skammavir (skammavar, Björner), i. e.* Ille respondet: nunc difficile sit interpretari somnia (vel consilia capere), neque licet (cuiquam) effugere mor-

tem suam; vero antem haud absimile, quod nos &c. Björnerus erravit omitting negationem ante öllkt, et simul adeò in hujus ultimi membris versione, textui absont.

76) Ab luce matutina sc. et dicitio est oëgangs.

77) Nempe uxores Principum, et familia eorum domestica, saltem magna hujus pars, quod ex paucitate itineris comitum est colligere, conf. lin. 6 hujus versus.

78) Nempe Principes, et comites sequenti versu nominati, quamobrem, connexionis ergo, tres lineas hic subsequentes parenthesi inclusimus.

## XXVIII.

P) SNÆVARR OK SÓLARR  
 Synir vóro þeir HAVGNA 80).  
 ORKNÍNG þann æ) héto  
 Ær peim énn fylgdi.  
 Blíþr var a) bayrr skialdar  
 Bróþir hans qvánar 81).

## XXIX.

Fóro fagt-búnar  
 Unz pav fiörpr skildi 82).  
 Lavitto ávalt liósar.  
 b) Léto - at heldr segjaz.

## XXX.

GLAVMVÖR qvap at orpi

## XXVIII.

SNÆVAR ac SOLAR 79),  
*Si erant filii HÖGNII 80),*  
 ORKNINGUM nuncuparunt eum,  
*Qui illos etiam comitabatur,*  
*Comis scutiger erat*  
*Frater uxorius illius 81).*

## XXIX.

*Iabant speciosè ornatæ,*  
*Donec eos fretum diremit 82);*  
*Tardabant perpetuò lucide,*  
*Neque tamen (illi) rem sibi persu-*  
*deri siverunt.*

## XXX.

GLÖMVARA profata est,

Er

b) *Snevarr*, Membr. et L. *Gnæfer*, *Volfunga-saga* Björneri.

a) *Haito*, Membr. in præsent.

a) *Bör*, S. neoterici.

b) *Leto at*, divisim, S. perperam, et contra memtem Auctoris.

79) Respic ad Introductionem poëmatii *Gunnars*. *Slegr*, que Dráp Niſfúngi inscribitur.

80) *Hávarr* in *Vols*. f. Björneri, sed in Mscro. nostro ejusd. Historie abbreviatè nomen exhibetur, nempe *Hav*, cum subnexo generali signo compendii, unde facile est explore *Havgnu*.

81) Eum magnum athletam fuisse prædicat Vols. s. h. l. Frater autem erat Berz s. Kostberz, uxorius Högnii.

82) Atque adeò Regine eos ipsæ deduxerunt ad fluvium, qui navi transmittendus erat, vid.

vers. IV. lin. 7 cum nostra adnotatione. *Vols*. saga ramen earum deductionis mentionem non facit, nisi implicitè, his verbis: *Fólk fylgdi þeim til skipa ok löttu allir þá* (þá Mscr. pro var) *sararinnar en eigi tilði*, i. e. populus (domesticus) eos prosecutus est ad naves, et omnes illos (tamen) ab iriende dehortabantur, sed incassum. Hæc verba proxime subsequitur: þá mælti *Glæmvör*, ad *Vingium* scilicet, et deinde, þá mælti *Berz* nempe valedictionis formulam.

Er GVNNAÐR átti.

Mælti hon viþ VÍNGA

Sem henni vert þótti.

c) Veitka ek d) hvart verþ-lavnip  
At vilja ossom 83).

Glæpr er géstz qváma

Ef í göriz nacqvaþ 84).

### XXXI.

Sór pá VÍNGI

Sér rep han lítt eira 85)

Eigi hann 86 a) jötnar

Ef han at ypr lýgi.

*Quam GUNNAR in conjugio possidebat,*

*Ea loquuta est VINGIO,*

*Id quod ei dignum visum est:*

*Nescio, an mercedem retribuatis  
Enostra voluntate 83),*

*Culpa non vacat hospitis adventus,  
Si aliquid rei inciderit 84).*

### XXXI.

*Tunc jurabat VINGIUS,*

*(Et) sibi parum parcebat 85):*

*Auferant eum 86 a) gigantes (dæmones),*

*Si ille vobis mentiatur!*

### Gálgi

c) *Verkaþ*, Membr. cuius tamen vocis posterior pars rasuram passa est. *Ver ek*, L. pro varietate, simul mentionem facieus istius rasuræ.

d) *Hvert*, S. pravæ. Mox *Verþlavniþ*, conjunction, S. rare et eleganter; cæteri divisim, quod et de mercede conviviali potest accipi.

83) Subtiliter, et sine verborum injuria aperta adversus legatum regium, hic regina tangit suspicionem suam de ejus fraudulento propenso. Multò autem apertius id facit in *Volsunga*, *Vingi*, *Segir* hán, meiri ván, at mikil óhamningi flandi af þinni komu, ok munus fór tilindi gíðar i ferd þinni; i. e. *Vingi* inquit illa, multum vereor, ne ingens infortunium orietur ex adventu tuo, et sanè credo graves eventus in tuo itinere (tua legatione) extiruos.

84) Hæc accepimus pro generali sententia, oblique tamen restricta hic ad legatum.

85) Qui ultimas poenas perjurii sibi imprecatur, parum parcit saluti sum; et hæc sententia

Auctoris, ut simplex est, ita et in re energetica.

86 a) Mirè Auctor inducit sycophantam, perjurium facturum, de se in tercia persona loqui, tanquam de alio quodam, ut nihil se obstringeret jurisjurandi religioni, et perjurii poenæ luende. Hui acceptio subservit Yþr in 2. persona, lin. seqv. non þeim, illis. quando hoc ad Auctoris personam, sycophante mala imprecantem, simplicius forent referenda. Pro sequenti Þóðnar *Volf*. f. exhibet Gramir, de qua voce conf. *Harbarz-liðþ* in fine, ubi forsitan rectius exponeretur Dits potestates, tam de Diis, quam genitis minoribus, Alfis, semonibus, ac malis hominibus, in sensu accipiendo.

Gálgi görvallan  
Efhan á gríp e) hygdi,

[*Atque*] patibulum "[teneat] eum unic  
versum,  
*Si adversus pacem cogitaret!*

## XXXII.

BERA qvapj at orpi  
Blisp i hvg sínom.  
Sigli pér fælic  
Ok sigr árnip 86β).  
Fari sem ek f) fvr mælik  
g) Fæst 87) eigi því nítá.

## XXXII.

BERA verba fecit,  
*Benevolia in suo animo:*  
*Navigate vos beati!*  
*Atque felicitatem obtinete 86β)!*  
*Eveniat, quemadmodum ego adprecor!*  
*Paucissima 87) id abnuant!*

## XXXIII.

HAVGNI svarapí  
Hvgdi gott nánom.  
h) Hvggizk íp horskar 88)  
i) Hvegi er þat görviz.  
Mæla þat margir  
Miðsir þó stórvm 89)

## XXXIII.

HÖGNIUS respondit,  
*Benè cupiens propinquis:*  
*Bono animo este vos prudentes, 88),*  
*Quomodocunque res evenerit:*  
*Multi vulgò loquuntur,*  
*Tamenetsi magnum discriminem sit 89):*

Mörgom

e) *Hugdi*, L. in modo Indicandi.

f) *Fyrmæli*, junctim, S. eliso Pronomine suffixo; ille talia duplicare spernit.

g) *Fæst*, S. unde sensus: Non est, ut id possit abnui, quod eventus falsum probavit.

h) *Hogfse*, S. id. ex originatione, non item ex usu.

i) *Hvergi*, S. rectius *Hvargi* et *Hvorgi*, in utramlibet partem res evaserit.

86β) Magis succinctè, sed tamen eleganter Völs.  
s. hec tantum habet: *Fari vel med góðum tí-  
ma, ite felices bonis auspiciis.*

87) *Fæst*, per litot, ac deinde *Eigi*, pro *Megi*,  
possit, ut interdum in priscis legibus.

88) *Verit kátar, hversu sem med ockr fyr*, Völf. f.  
i. e. *Hilares este (feminae)! quidquid no-  
bis fiat.*

89) *Bonis votis an malis, scilicet, domo de-  
ductio fiat.*

Mörgom ræpr litlo  
Hve k) verþr leiddr heiman.

## XXXIV.

Sásk til fípan.  
Aþr i fýndr hýrfi 90).  
Pá hygg ek skavp l) skipto  
Skildoz vegir þeirra 91).  
Róa námo ríki 92)  
Rifo kiöl hálfan.  
Beysto bak-favllom 93)  
Brvgdvz heldr reipir.  
m) Haymlor 94) flitnopo.

*Multorum parum interest  
Quomodo ab domo deducantur.*

## XXXIV.

*Deinde utriusque inter se dirigebant ad-  
spectus,  
Donec in diversa ferrentur 90);  
Tunc, censco, fata rem decidisse,  
Distraha sunt itinera eorum 91).  
Remigabant vehementer 92),  
Ruperunt carinam dimidiā,  
Feriebant 93) reclinatis corporibus,  
Occupati impediō magno animi ar-  
dore,  
Stroppi [remorum] disrupti 94) sunt,  
Háir*

282) Inter nos, scilicet; quando necessariò in Textu restituì debet *Værime* (pro *Værime*) Verb. media forme, sive potius reciproce in sensu; quemadmodum in hoc ex *Hávamálom*: *Yfidgefendr ok endrgefendr Erys lengþ viuir* (pro *Ero fin à mihi*) i. e. Premium pro donis solventes, et dona donis contra retribuentes diutissimè sunt amici inter se.

283) Eptir þat deyr han, en han giordi sem hún hér. Síðan lét hán flá eldi i böltina, ok er kyrdin vahnadi vid ortan, þá vildn meun eigi þola eldina, ok hingges fáfrir, ok fengu suo bana. Lank þar af Atla kóngs ok altar híradar hans; i. e. Dein extinxitus est (rex), regina vero fecit, ut promiserat (sepulturam

nempe quod adtinebat). Postea ignem palatio injici curavit; ubi autem familia aulica evigilavit per terrorem, homines flammam (vivicomburium) pati recusarunt; aded in se ipsos per muros iactus grassata sunt, atque ita interierunt. Hic erat vita exitus Atali regis, toriusque hujus ministerii aulici. *Wolf. f. Cap. XLVII.* hoc adjicit, differenter etiam ab *Atla-qvida* vers. XLIII & XLIV.

284) Pro hoc regine encomo finali, quod verbis differentibus, non minus tamen splendidis, habetur in *Atla-qvida* vers. ult., pro eo *Volsunga-saga* substituit elegium Volsungorum et Giukungorum his verbis: *Volsungar ok Giukanger, at því er menu sagia, hafa verit*

Jóp at afreki  
Sems ól GIÚKI.  
Lifa mvn pat eptir  
A landi hverio  
285) Þeirra z) þrá-mæli  
Hvargi er þiop̄ heyrir.

*Puellam fortium factorum laude,  
Qualem GIUKIUS procreavit.  
Ista post supervivet  
In terra quacunque,  
Obstinata illorum 285) discordia,  
Ubi cunque homines inaudierint.*

z) *þrámæli*, obst. — rixa (jurgium), quod minus placet. Istud *mæli* in altera lectione non Verbi notionem, sed rei vel negotii, habere videtur.

*verit meztir ofrhugar (höfblingar, Björner)  
ok rikismenn, ok fvo finz i öllum forn - qua-  
dum; i. e. Volstungi e Gjukungi fuerunt,  
ut fami hominum s. et, virorum longe animo-  
sissimi (maximi heroës) ac potentissimi, at-  
que id (testimonium) invenire est in omni-  
bus vetustis poëmatibus.*

285) Scil. Attali et Gádrum; et *mæli* hic in *þrámæli* e nostra acceptione rem s. negotium significat, potiusquam verba l. sermonem, quem tamen sensum vulgarem *sicutus maluerit retinere, facili aposuerit vocem þrámæli p. contumax juriu s. altercationem.*

H A M D I S · M Á L.

---

a) HAMDIS - MAL.

S  
prvtto á tāi 1)  
Tregnar idir  
Græti álfa 2)  
b) In glý-stavmo.  
Ar vm morgin  
Manna bavlyva

---

MELOS HAMDERIANUM.

S  
ubitò exsurrexerunt 1)  
Deplorata negotia (gesta)  
Luſtis propitiorum 2) dæmonum,  
Lætitiam impeditentes:  
Primo diluculō  
Ærumnarum humanarum

Sútir.

- a) *Hampis*, omnes Libri per þ, ut supra in *Gudrunar-hvöt* sub var. d. prime. Deinde  
en forno add. S. conf. Prossam finalē hujus Odæ.  
b) In, Membr. sed i, L. et S. ad verbum, in latitiae impedimento ɔ: tristitia. Mox  
Gly stavmo, divisim Membr. et S. quod meritò rejecimus.

- 1) Vel exsilierunt, in memoria Gudrunn se.  
In Tāi potest esse metaphora ab animalium  
actione corpore a dñini adfectus. Est au-  
tem in hisce quatuor lineis sermo de luctuoso  
et crudeli suppicio Svanhilde, Sigurdi Faf-  
nericida et Gudrun Gjukiados filia.  
2) Nempe Svanhilde, atque adeo moerentium  
eiusdem flebilem interitum. De bonis autem  
Dæmonibus hic agi, nihil dubium est. Hæc  
ut sunt, tamen est, ut istud Græti álfa in  
mssc. sing. de Sole accipi possit periphra-  
stica adpellatione; nam dæmonibus l. genitis  
lucifugis Sol ex vetusta opinione infestus ac

tristis erat, quod ejus exortu deprehensi su-  
pra tellurem interirent. De oreade Bardar-  
dalensi habemus in *Grettis-saga*, que a die  
oppressa in saxum murata fuit. Conf. Cor-  
vinicum Odini vers. XXIV. et XXV. item  
*Alvis-mál* vers. ult. lin. 4 usque ad finem.  
Ea vero lectione adoptata, necessariò subau-  
ditur Prepositio *Med* l. *Vid*, ut Poëta dicat,  
luctus exortos esse unacum sole, quo nimi-  
rum oriente Gudruna è sonno evigilavit;  
simil tunc in lin. sequ. melius legeretur *I gly*-  
*stavmo*, quod varietas lectionis præfert.

Sútir c) hveriar

Sorg vm d) qveyqva 3).

*Dolores quicunque (omnes)*

*Curas accidunt 3).*

## II.

Vara pat nū

Né i gær.

Pat hefir lágnt

Lípit lípan.

Er fátt fornara 4)

Fremr var pat hálfo 5)

Er hvatti GUÐRÚN

Giúka borin

e) Sono sína únga

At hefna SVANHILDAR.

## II.

*Illud non evenit hodie*

*Neque heri,*

*Longum sanc tempus*

*Inde elapsum est,*

*(Pauca existunt magis antiqua 4),*

*Istud dimidió 5) prius accidit,*

*Cum (quod) GUÐRUNA acuit*

*GIUKIÓ prognata*

*Filios suos adolescentes*

*SVANHILDAM ulcisci.*

## III.

c) Hverar, L. et S. minus refit.

d) Qveiqua, per i, S. nec forte malè, sed usus Veterum stat pro altero. Qviquar, L. ex varietate, quod foret Curæ vivæ doloribus, si nempe Sorgvm legeretur, et tamen satis coactæ.

e) Syni, S. utrumque refit.

1) Hæ 4 lineæ continent sententiam generalem, naturæ humanae sanc congruam, quod omnes in adversis rebus constitutos, vel eas expertos, nobiscum fatevi opinamur. Hinc est sine dubio, quod Virgilius in Æneide sua nocti hoc epithetum dat: *Dono divini gratissima*, non modo propter quietem corporis, verum etiam propter quietem animi, que in cessatione curarum ac dolorum maxime censetur.

2) De conclusione hinc ducta, Eddam hanc quod adiunxit, respice *Ad Sigurdar - Quidam ultimam Vers. I. lin. 1 cum nostra adnotacione.*

3) Ex ræ hálfo videri quidem posset tutæ concludi, Autorem hujus Poëmatis floruisse

circa finem Seculi XI. vel paulo ante, quæ sic satis quadrant in etatem Æmundi Mulsicæ; respice Vitam ejus, Tom. I. hujus Operis præmissam. Aut Hálfo per numerum certum pro insigno incerto hic positum fuerit; Miklo, multo, tamen facile potuerat dicere. Priori modo Hálfo notaret terminum, ad quem, sive tempus per centum annos numeret auctor, sive per dimidiam partem sua ætatis; quod ultimum si locum habuerit, vero haud absimile fuerit, Eyvindum Skaldspiller, celebrem poëtam Norvegum, hujus Poëmatii et plurium Eddicorum Autorem esse, qualiter conjecturam nondum vidimus ab iis prolatam, qui oppugnant Æmundi nostri auctoritatem.

## III.

- 6) Systir var f) yckor  
 SVANHILDVR vim heitin  
 Sú er g) JÓRMVNRECKE  
 Jóm h) vim traddi  
 Hvítom ok svörtom  
 Á i) her-vegi ?)  
 k) Grám 8) gáng-tavmorm  
 Gotna hrofslóm.

## IV.

- Eptir er yckr prúngit  
 Piód-konúnga 9)

## III.

- 6) Soror vestra erat  
 SVANHILDE nomine salutata,  
 Ea, quam ERMANARICUS  
 Equis conculcavit  
 Albis et atris  
 In via publica ?),  
 Griseis [que] 8) currendo svetis  
 Viatorum jumentis.

## IV.

- Postea ad angustias redacta est  
 Res vestra principum illustrium 9),  
 Lifit

f) Yccar, Id. vulgata phrasē.

g) Hac leſtio, reckr, numerō vincit, nam obvia etiam est infrā vers. XVIII & XIX.

h) Offræddi, una voce, S. quæ conglutinatio, hic non procedit.

i) Hel-vegi, L. in marg. o: via lethali, commodè satis, sed alterum tamen meritò prefertur.

k) Grani, L. pro var. leſt. putidē, Gram, in Textu, L. et S. o: regi, hue parum congruē; sensus tamen foret: Regi ad eundum obsequiosis, quod re ipsa contra Historiam de supplicio hujus regi virginis; conf. Volf. ſagam, Cap. XLIX. sub finem.

6) Hic versus cum quibusdam verborum variationibus obvenit quoque in *Gudrunar-hvæt*, vers. II. uti etiam versus V. et VI. hujus Odø ibidem vers. IV. unde suspicio oriri possit, eundem non esse amborum Auforem, sed ea suspicio nihil valet, adø similis genit illi poëmatia sunt.

7) Ea vià potissimum virginem regiam ad. tale supplicium exponi pleuit tyranno, propter majorēm ignominiam illi faciendam, et ut magis obnoxia esset insultibus omnium equorum, quibus transeuntes vehebantur, præter eos equos, quos ille ad supplicium destina-

verat carnifices. Est or. ut *Hervig* simpliciter accipiatur de via militari, ut tyranus in Svanhildam turmas suas equestres imperum facere jusserit, quod talibus Principiū inostriū haud est absimile. Respic ad Not. 9 ad *Gudrunar-hvæt*.

8) Grám, et quod ad priores colores equorum adinet, vide nos ad nuper citatam Odam sub N. 11. ut et de *Gotna hrofslóm* N. 13 ibidem.

9) Vel: Post (omnis) vos in extremo reliqui estis illustres principes, quo et due sequentes linæ spectant.

Lifit einir er  
 Þáttá 10) ættar minnar,  
 1) Einstöd em ek ordin  
 Sem m) avsp i holti.  
 Fallin at frændom  
 Sem fvra n) at qvisti.  
 Vapin at villa  
 Sem viþr at lavfi.  
 Pá er o) in qvist-skæpa  
 Kemr um dag varman 11).

## V.

Pá qvap pat HAMDIR  
 Inn hvgom stóri.  
 Litt p) myndir þú pá GUDRÚN

*Vos soli superstes*  
*Ramorum 10) meæ familiæ:*  
*Ego solitaria facta sum*  
*Ut populus (arbor) in saltu,*  
*Caduca ab cognatis*  
*Quemadmodum abies ab ramis,*  
*Voluptate viduata*  
*Tanquam arbor fronde,*  
*Ubi illa in ramos grassatrix*  
*Adest die calido 11).*

## V.

*Tunc locutus est HAMDER*  
*Magnanimus ille:*  
*Parum sanè opinor te, GUDRUNA!*  
 q) Leifa

- 1) *Einstöd*, Memb. et L., nullo bono exemplo, pro *Einstöd*, quod reposuimus, cum presertim *Einstöd* in S. èd digitum intendat.  
 m) *Avsp*, literis transpositis, L. ex varietate. *Avsp* tamen etiam præfert *Edda Snorr.* in *Sylvis Nomenclationum*.  
 n) *Af quifom*, S. improbè.  
 o) *In qvist-skæpa*, gen. fæm. omnes Libri, et subauditur *Hrfþ*, quod procellæ est vocabulum.  
 p) *Mandir*, S. pro suo more.

10) Ante existincti erant Sigmundus, filius Sigurdi et Gudrunæ, item fratres Gudrunæ, Gunnar, Högnus, et Gottormus, ut et filii ipsius et Attali, Eruptus et Eitillus, de quorum cæde in *Atla-málom*, ac denique Svanhilda, Ejus et Sigurdi filia. De illa verò adplicatione vocis þáttir in re cognitionis, haud contempnenda scripsit G. Pauli ad *Egilis-sagam*

sub carmine Egilli *Sonar-Torreki*, his verbis:  
*Slæt mært bñð Minnar ættar Suñinn þátt Af*  
*fjálsum mér.* Conf. in eadem *Historia super-*  
*rius Snær-þátt*; *Haralds áttar*, de Erico Blód-  
 öx, Haraldi Pulcricomi filio.

11) Nihil potest melius, quam quod Poëta his  
 oculo lineis affectum muliebrem exprimit.

q) Leyfa dåd HÖGNA 12)

Er peir 13) SIGVRP

r) Svefn or vöktö.

## VI.

s) Saztv á beþ

En banar hlógo.

t) Bækvr 14) voro þínar

Inar blá-hvító

u) Ofnar vavlondom 15)

Flyto í vers dreyra;

Laudásse tunc virtutem HÖGNII 12);

Quando illi 13) SIGURDUM

E somno exsuscitarunt.

## VI.

Sedebas in cubili,

Atqui interfectores riserunt;

Stragula tua 14)

Illa cæruleo-alba (quæ erant)

[Ab] artificibus contexta

Cruore viri [tui] manarunt.

## VII.

q) Leifa, per i, Id. reliquisse, hinc alienum.

r) Vökþo svefn or, Id. parum interest.

s) Sic L. et ut videtur Membr. quæ hoc illac in hoc ultimo suo Poëmato parum liquida est ad legendum. Sed Satzu, S. ut sxius.

t) Beccr, Membr. Bükr, L.

u) Ofnar, Libri omnes, non Vofnar, quod magis serviret harmonia literarum poëtica.

12) Respic ad Gndrunar-hvæst vers. IV. lin. 4 cum annotatione. Ceterum ante hunc versum aliquid ex hoc poëmatio videtur intercidisse, quod continuerit opprobrium Gndrunæ adversus filios, quasi illi minus valerent animis quam fratres sui ipsius; sanè responsum Hamderis hic ex abrupto intervenit.

13) Consule Gndrunar-hvæst vers. IV. lin. 5 not. 19.

14) Vide eandem Odam vers. cod. lin. 7. not. 20.

15) Praetari artifices in nostro Sermone client nomine Vavlundr s. Völundr, quemadmodum ex. gr. Björnus de Skardsá dixit de Egillo Skallagrini f. Egill var hinn mefi Rúnavölundr. Hæc autem dictio traducta est ab celebri illo Völundo, sive Dædalo septentrionali, cuius Oda primum locum obtinet in hoc Tomo. Neque pigebit adscribere testi-

monium Niþunga-saga de eodem, Cap. XXIV. et si id tantum pertinet ad artificia manusxia: Velenut (Völundr) er sua fræg um allornadr-dífu heimfins, at sua þickias alir mennum meß mega losa haus hogteik, at hveris þá smid, er betr er gön enn annat smidi, at fá er Völundr hakadr at hogteik, er gjör hefir, i. e. Velentus (Völundus) aded clarus est (ab suis se. artificiis) per omnem mundi plagam septentrionalem, ut omnes homines eo modò maximè arbitrentur se laudare posse ejus dexteritatem, si Völundum ab dexteritate adpellent, qui concinnavit quodlibet opificium ceteris arte præstantius. De eo sequitur ibidem: Hann er alra monna hogteik og viðfrægaðr, Ille omnium hominum summus artifex est et fama maximè inclutus.

## VII.

Svalt pá SIGVRPR  
 Saztv yfir davpom.  
 x) Glyia pú ne gádir  
 GVNNARR y) pér fya vildi 16).

## VIII.

ATLA þóttiz pú strípa  
 At ERPS morpi  
 Ok at EITILS  
 Aldr-lagi.  
 Pat 17) var pér enn verra.  
 z) Því skyldi hverr  
 Avprom veria  
 Til aldr-laga  
 Sverpi fár-beito  
 At fér né stríddit 18).

## VII.

Tunc extinctus est SIGURDUS,  
 Tu mortuo adsidebas,  
 Neque risus curabas;  
 Ita tibi consuluit GUNNAR 16).

## VIII.

Putabas te ATTALO pugnare  
 Per necem ERPI  
 Atque per EITILLI  
 Etatis excidium,  
 Ea res 17) tibi majori malo erat:  
 Ita [solum] cuiilibet  
 Contra alterum utendum esset  
 In ejus interitum  
 Gladiō penetrante,  
 Ut ne sibi ipsi pugnaret 18).

## IX.

x) Glyia, S. malè extruso i ante x.

z) þar, et þuf, L. in merg. ut videtur, ex conjectura; prius quidem procedit, hoc sensu: Gunnar id voluit; sed posteriorius ineptum est.

z) Sva, omnes Codd. quod nentiquam patitur ratio poëtica, unde alterum restituimus, quod relatum ad voculum At in ult. lin. valet illud notum þuf at eins, ita solummodo.

16) Consule Sigurdar - quidam ultimam in hoc Tomo, et Volf. sagam Cap. XXXIX. pag. 80. Recte addo Poëta solius Gunnaris in hac re mentionem facit; invidiosè autem addit illud pér, nam facilè per metrum dicere potuerat: Gunnarr fya vildi.

17) Scil. filiorum interfictio; et magnum opprobrium, non sine sarcasmo, in hisce continetur, nam è clanculūm digitūm intendit

princeps regius: Si tu filios tuos ex Attalo non occidisses, nunc foremus quinque vindices necis Svanhilda.

18) Ne striddit; duplex negatio, pro simplici, intendendi gratiâ, ut alias apud Nostrum. Ille facile poterat dicere Striddi, sed noluit; alterum putavit efficacius ad sensum, quod etiam est.

## IX.

- p) Hitt qvap pá SAVRLI  
 Svinna hafdi han hyggio 19)  
 Vilkat ek viþ móþor  
 Málom skipta.  
 æ) Orz pickir enn vant 20)  
 Yckro hváro.  
 Hvers bipr nú GvDRÚN  
 Er þú at gráti né færat 21).

## X.

- 22) Bræpr grát þú pína  
 Ok býri svasa 23)  
 Nipia ná-borna 24)

þ) *Hit*, S. qui articulus est, hue incongruus.  
 æ) *Orz*, non *Ords* aut *Ordz*, Libri omnes.

## IX.

- Contra id profatus est SÖRLIUS,*  
*Sapienti animo 19) præditus:*  
*Nolo ego cum matre*  
*Verba commutare,*  
*Aliquid adhuc verborum deesse 20)*  
*Videtur utrique vestrum.*  
*Quid tu nunc petis, GUDRUNA;*  
*Quod propter lacrymus proferre ne-*  
*quis?*

## X.

- 22) *Fratres tuos luge*  
*Et gnatos suaves 23),*  
*Necessarios sanguine propinquos 24)*  
 a) Leipa

19) Hoc primariè referendum est ad rem præsentem, nempe hujus principis, præ altero, obsequium erga nastrem; deinde videri potest Auctor digitum hic intendere ad Eius ingenii characterem, fracti imprudentia præcellente; conf. infra vers. XXVI. lin. 1. ad 4.

20) *Ors pickir vant*, Idiotismus Lingue nostræ veteris, quemadmodum in *Olafi Helga saga*: *Konungi þotti orðs vant*, þá er annat var talat, regi videbatur siud verbum deesse, ubi unum erat prolatum, o: rex sermonem in longius protrahi cupiit. Itidem hic ex opinione Principis mater et filius jurgium longius protrahere cupierunt, nisi ille verbi suis intervenisset.

21) Pro more suo hic etiam dupliciter negat Auctor, majoris efficacie gratiæ. Simil ob-

servandum modo ante *At*, pro *Af* ex, ab Autore positum; nisi quis velit in sensu et una phrasij jungere *At fá at gráti*, pro simplici Gráta, lugere, lacrymare; sed ea accipito nobis minus plausibilis viderunt.

22) Hic versus sine dubio tribundus est per sonne Hamderis, consule *Gudrunar-hvárt* vers. VIII.

23) Svasa, swave filiorum epithetum, et intelliguntur hujus regim̄ filii ex Attalo, quos illa propria manu occidit.

24) Nempe nos ipsos fratres. Et Nárnna videretur hic esse superfluum, nisi, ut res est: Níþr non modo significet filium, sed quemlibet qualibet necessitudinis vinculo steri junctum. Evolve Gloss. Tom. I. hujus Ed- ðæ voce Níþr.

- a) Leipa nar rógi.  
 Ockr skalty ok GYDRÚN  
 Gráta bápa  
 b) Ær her sítiom fegir á mavrom  
 Fiarri mynom c) deyia 25).

*Ad bellum adliciendi propositō:  
 Nos quoque tibi, GUDRUNA!  
 Lugendum erit ambos,  
 Qui hic sedemus, morti properæ de-  
 voti, in equis,  
 Procul hinc moriemur 25).*

## XL.

- Gengo 26) or garþi  
 Görvir at eiskra 27)  
 Lipo 28) pá d) úngir

## XL.

*Excesserunt areā 26)  
 Ad fremendum parati 27),  
 Inde transibant 28) adolescentes*

Yfir

- a) *Leipa*, etiam *Omnes*; *Leidda* videretur esse simplicius et planius, nempe (*nos*) adductos, actos, ad bellum hoc. In altero subauditur *Æt*, vel *Til æt*, quod in sensu exprimit Versio.
- b) Hanc lineam in duas dispescunt L. et S. sed id non procedit propter laborantem ad iterationem in verbis *Sítiom* et *Fegir*, ac præterea sic deficeret una linea, post *Sízium*. Quod autem ista una linea, quam in Textu servavimus, videtur justam mensuram excedere, sciendum est, Autorem hujus Eddæ eam libertatem interdum sibi sumere, ita tamen, ut excessus iste non multum peccet in elocutionem metricam. Ut alia taceamus, conf. infra vers. XXIX. lin. 6.
- c) *Standu*, S. stabimus, constituti erimus, satis jejundū, tamen ut minetur, eos non reversuros.
- d) *Yfir*, et initio sequ. lin. *Ungir*, L. et Membr. duriusculē ad numeros.

25) Hæc dicendo Hamder usque ad extrema duicit sarcasmum suum adversus matrem lugentem, nunc enim nihil aliud ei restaret pro-pinquorum, quam hi duo (vid. infra vers. XIV.) filii.

26) Norabilis hic est adiplicatio Verbi *At gárga* de equitantibus, cum de certero adhiberi solent de iis, qui pedibus eunt.

27) *At eiskra*, et *Öskra*, quod notius est, et

significat immaniter vociferari, quemadmodum de bobus apud nos dicuntur, videntur esse synonyma, levi mutatione literarum. Hic autem latius extenditur verbum istud ad adflectum hominum bellandi propositō incensorum.

28) Admodum svaviter hoc Verbum adhibet Auctor, quemadmodum a nobis observatum est superiorius ad Odas Helgianas.

Yfir úrig 29) fiöll  
Mayrom Húnlenzkom  
Morþz 30) at hefna.

## XII.

Pá qvap pat Erpus  
e) Erno finni  
Mærr vñ lék 31)  
A mars baki.  
Ilt er blavpom hal  
Bravtir kέnna 32)  
f) Kopo harþan miök 33)  
Hornúng 34) vera.

Uda 29) montana  
Equis Hunnicis (Teutonicis)  
Ultum necem 30).

## XII.

Tunc fatus est Erpus,  
Strenuo itinere (cursu)  
Illustris lusitabat 31)  
In tergo equino:  
Inutile est molli viro  
Vias monstrare 32),  
Ajebant valdē asperum 33)  
Esse filium servilem 34).

## XIII.

- e) *Eino*, L. et S. ac Membr. inter lineas ɔ: una vice, satis jejund; at in ipso hujus contextu, *Erno*, integris literis visitur, quod alias valere posset, acri l. nimið aymð, si quidem *Sinni* notārit animum antiquitus, quod adhuc in ambiguo est; consule, si placet, vocem *Sinni*, *Sinn*, in Gloss. Tom. I. hujus Operis. *Erno* sinio, L. ex varietate, ubi prior vox est sincera et firmat Membranæ lectionem; posterior autem depravata et nihil significans.
- f) *Kóþo*, S. minus plausibiliter. *Kóþo* autem pro *Qyþo* (*quáþo*) eadem ratione dicitur, atque hodie apud Nostrates *Korti*, pro *Qyarta*, queri.

- 29) Hoc monstium perpetuum epithetum esse,  
ante monitius in hoc opere.  
30) Svanhildæ nimirum summè nefariam. Et  
hoc in sensu depender ab versu III. hujus  
poëmati.  
31) Ita ad verbum hoc expressimus; rem quod  
adtinet, atque ingenium regii principis, for-  
tasse, melius reddetur. Versabat se, aut  
lasciviebat, quod verbum de msgno gaudio,  
et gestibus ei conjunctis, adhiberi notum est.  
Auctor latenter dicit, Erpum domo absuisse,  
quando fratres inde profecti sunt, et iis casu  
quodam inter cundum obviam factum esse,  
eosque priorem compellasse verbis, que se-

quuntur, in quibus ipse sibi dicit convicium  
è fratrū suorum persona, a quibus sine  
dubio contentus erat, ut nato mininu-  
quam matri, præter illos, carus esset,  
teste Snorri in Edda sua.

- 32) Figuratè hoc dictum est, pro Hominem tū-  
midum itineris socium, presertim in negotio  
momentoso, habere.  
33) Erpus adhuc videtur continuare orationem  
è fratrū persona per ironiam adversus se-  
met ipsum.

- 34) Hornúng propriè ex *Gragafæ* auðtoritate est  
filius liberti ex domina, quæ eum manumi-  
sit; consule Gloss. *Hungruakæ* sub hac voce;  
sed

## XIII.

- Fvndo á strati 35)  
 Stör-bravgdóttan 36)  
 Hve mvn g) jarp-skamr 37)  
 Ockr h) fylltingia.

## XIII.

- Offenderunt in via strato 35)*  
*Magnis artibus præditum (versutum);*  
 $\vdots$  *36)*  
*Quo pactō (quid) fusco-brevis 37)*  
*Nobis auxilium feret;*

## XIV.

- g) *Jarp-skamr (-scamr)*, omnes Codd. quod uteunque retinuimus; suspicimur tamen potius legendum esse *Jarp-skarr* l. *Jarp-skadr*, fusco capite l. fuscis capillis præditus, a *Skavr* s. *Skör*, caput, capillus.  
 h) *Fylltingia*, Membr. &c. L. per unum l., quod, quamquam insolens, non audemus tamen reprobare.

sed id vocabulum latius extendit in *þorvalds-faga* *Vífðörla* Cap. 1. pag. 256; verba ejus de Thorvaldo puer: *þorvaldr var gjör hvervetna hornúngar bróðr fíns*, i. e. Thorvaldus ad omnia fratris (*cum spurius*) posthabitus est. Ex ea vocis applicatione *Hornúng* videtur esse idem quod Nostrates hodie, adpellant *Ollega-barn*, tanquam eum puerum, qui cubito obiecto a suis parentibus rejicitur,  $\therefore$  qui minime dignationis est inter liberos. Snorrius quidem narras in Edda sua, *Ervum* maximè cordi fuisse matri Guðrunæ inter filios, atque adeò illa non fuit ejus *Alloga-barn*, unde etiam illi a matre demandata est provinciæ præcipua in hoc negotio, nempe ut caput amputaret regi Ermanarico (teste eodem Audore); sed nihilominus potuit patri inuisus esse, itemque fratribus ingreas, propterè quod matri dilectior esset quam illi, et fortasse etiam eò, quod artibus virilibus eos superaret.

35) Nostro auctori consentit *Wolf*. *faga* Cap. LI. pag. 109. Dissentire autem videtur Snorrius; nam ex ejus narratione statim potest, *Ervum* domò unā cum fratribus abiisse.

36) Hoc epithetū latenter fortasse addidit Postata ad obliquum responsum, quod *Ervus* fratribus dat in sequenti versu, interrogantibus quid opere iis datus esset.  
 37) Nobis dubium non est, *Ervr* vi vocis esse idem quod nostrum *Jarp*, quod epithetum nunc restriktum est ad equos solos, et quidem ad eos equos, qui atro et rubro colore commiso prædicti sunt; sed sine dubio olim *Jarp* nigrum significavit, nam inventur in poëmatiis antioriis, ex. gr. Magni Nudipedis, Norvegiz regis, celebris bellatoris ac poëtae, hoc epitheton datum feminis venustis, neque desunt hodie, qui nigrum colorem conuicte et superciliorum in feminis magni faciant. Porro quod originem vocis adinet, conferendus sanè est Leonhardus Frischius in *Ewiesio suo Germanico*, quanti-vis pretii et summa cum cura elaborato, sub vocabulis *Rapp*, *equus niger*, et *Rabe*, corvs. Ex hisce opinamur nostrum *Jarp*-extitisse, literis transpositis et *J* præficio; nam de cetero perdifficile fuerit hujus epitheti originem ex nostra Lingva, aut aliis cognatis, eruere. *Huius nostræ* opinioni etiam adstipulatur.

## XIV.

Svarapi hinn fyndr-mæpri 38)

Sva qvaz veita i) myndo

Fvlltng frædom

Sem fótr 39) avproxim

40) Hvæt megi fótr

## XIV.

*Respondit ille diversa matre genitus*

38)

*Dicens, ita se laturum esse*

*Opem cognatis,*

*Ut pes 39) pedi.*

40) *Quid poterit pes*

4) Fóti

3) *Mundi*, S. in Subjunctivo, vulgatus; alterum est futurum Infinitivi.

latur nomen proprium regii adolescentis Erpr, nam propius accedit ad originem Germanam a nobis adoptatam. De cetero Snorrius testatur de tribus hisce fratribus, quod illi omnes crinibus corvi instar nigris fuerint, quemadmodum Gunnar et Högnus, atque reliqua stirps Niflungica; hec ex J. Olavii Grannavicensis versione. Verba Snorrii Islandica sunt: *þeir vöró allir svarir sem hrafn á hárlit, sem Gunnarr ok Högnr ok adrir Niflungar.* Denique in eo *Skamr* (usitatius *Skammr*) ab *A. Ská*, secare, amputare, decurtare, videtur esse contentus a parte fratribus adversus Erpum, sive ob staturam brevorem, sive ob etatem minorem.

38) Snorrius. Erpus facit, unicum fratribus suis, filios Jonacri et Gudrunz; quomodo autem id cum Auctore nostro concilietur, vel Auctor noster cum eo, nos nullam conciliandi rationem idoneam videmus. Nam, quam ut vgl. 1. starinatur Erpus solus horum fratribus fuisse Gudrum filius ex Jonacro, easter autem privigni hujus regine; vel 2. quod Erpus fuerit Jonacri filius spurius, non sibi et quadam concubina, verumtamen a Gudruna in filii locum susceptus, et ab ea pro filio, vel etiam præter ceteros filios, amatus. Utcumque demum res sit in hac controvrsia, Auctor sibi constat inferius

vers. XXII. lin. 9 coll. cum XX. lin. 3, in eo quod illic ex persona fratribus, Sörlí et Hamderis, eos vocat *Brafr fammæþra*. Istud autem *Fyndr-mæpri* est vocabulum, ut usum rarum, ita eleganter formatum.

39) *Véitir*, fert l. præber, subaudiendum. Deinde hic aliiquid videtur excidisse apud Antorem, quod vel concludi potest e sequenti fratribus responso lin 7 & 8. item ex Volsfaga Cap. cit. *Han (Erpr) svarar* (at han mundi veita þeim) slike sem hond hendi edr fôr fæti. Snorrius aliquanto diversius et brevius exhibet: *Han svarar, at han mundi veita þeim þvílikr sem hond fæti;* quam ejus narrationem ulterius confirmat casus paulo post incidentis, ita ab eo, relatus: *Lito sifpar er Sörlí geck, skridnadi han öðrom fæti ok þuddi ðk med heudinni. Þa mælti han: veitti nú hondin fætinum;* i. e. Pauli post Sörlius inter ambulandum, alteso pede in lapsum vacillabat, se autem manus sustentavit. Tunc ille fatus est, nunc manus auxilium prebuit pedi. Vix dubitandum opinamur, hanc Snorrii rationem præ ceteris esse genuinam; ista autem dissensio Auctribus suis vitio non est vertenda, qui sine dubio diversas relationes sequuntur sunt.

40) *Þeim þóttir* pat eigi vera lidsemð fôr, ok drápu Erp., i. e. lis (fratribus) id parum auxiliis visum

k) Fóti veita

Né hold - gróin

Hönd annarri.

*Pedem juvare?**Aut corpori [proprio] adcreta**[Una] manus alteram?*

## XV.

Drógo peir or skipi 41)

Skipi-jarn

Mækis eggjar 42)

At l) myn flagdi 43).

## XV.

*Eduxerunt è schidio (vagina) 41)**Laminam ferream,**Machæræ acies 42)**In gratiam Eriunyos 43):*

þverþo

k) Ita omnes Libri, non, *Fæti*, quod vulgatum est, nec *Föt*, quod etiam invenitur.

41) *Munn flagdi*, S. quid autem *Munn*:*flagd* aliud foret, quam *Securis*? Ut *At munu*:*flagd* diceret, Præter (ɔ: ultra) *securis*. Componere licet celebrem versum Greteris de *Securi*, comparata cum *Oreade*, ubi *securis* inter alia vocatur *Harðmynt*, duro ore prædicta. Item ex *Egil's-faga*: *Allr mudrinn braf or öxinni*, totum os (ɔ: tota acies) de *securi* dissiliit. Huc etiam pertinet ex cantilene *Haraldi regis Sigurdsoni* in *Einarum Thambaskelverem*: — *Nema Einarr kyssi Öxar munn inn þunna*, nisi *Einar* osculetur tenue illud os *securis*. *Munni* hodie hoc vocatur in *securibus* et *malleis*, terminatione mutata. Denique *securis* et *orens* habent quædam simplicia nomina communia, ex. gr. *Skráma* et *Gygr*, in *Edda Snorr*. Et *Hamar*-*röll* Greteri vocatur *securis* in versu nuper adlegato, dubiè an simplici adpellatione, an periphrastica ab *malleo* sun s. superiori parte, *mallei* formam referente.

visum est (sc. quod pes pedi, vel manus manui, quod eorum questione noster Auctor hic exprimit aliis verbis), atque idem Erpum occiderunt. *Volf*. *faga*. Quedam Exemplaria Eddæ Snorriæ: *þeir fôrnðu til, þat var allz ecki at fôr flyddiz vid hönd*, i. e. Illi (frates) ad id responderant, nihil prorsum pedem manu sustentari. Conf. Snorrium sub nota precedente.

41) Hinc verisimiliter colligitur. *Sheid*, *vaginam* gladii, ab *skipi* (*skidi*) assula s. tenuis lamina linea, deductam esse, propteræ quod

*schidio* ista olim adplicata fuerint ad istum usum. E diverso lin. seqv. *skipi*-*jarn* videatur nomen suum soritum esse ab similitudine cum tali tenui assula lignea.

42) Amplificatio cum exegesi, et mirè Auctor hic præter necessitatem multiloquus videri possit, sed res ita non est, nam cum agat de *particidio*, sive *strictius* *fratricidio*, non visus est sibi id satie veribus exprimere posse, nisi plura atrocia verba adhiberet.

43) Hoc aded poëticum est in hac re, ut optimi nihil supra dixerint.

Pverpo þeir prótt 44) finn  
At priþiúngi  
Léto mavg úngan 45)  
Til moldar hniga 46).

## XVI.

Skóko lopa 47)  
m) Skálmir festo  
Ok góð-bornir n) smvgo  
I gvp-vefi 48)

Minuebant vires suas  
Tertia parte,  
Fecerunt cognatum adolescentem 45)  
In terram cadere 46).

## XVI.

Quassarunt lacernas 47),  
Frameas adfixerunt  
Genereque insignes irreperserunt  
Divinis textileibus 48).

## Fram

- m) Skálmi á festo, L. ex varietate; Skálmi, sing. et á festo, nostro Textu aliquanto plenius, nam subaudiendum Sido, lateri, quod et nostra interpretatio tendit.  
n) Smvgo posteriorem lineam orditur in S. mollius, ut videtur, in elocutione metrica.

44) Vocabulum *þrótt* hic oppidū exquisitē applicatur, quemadmodum Robur in tali re de Copia militari ab Latinis. Synonymū ferē *Afī*, gen. masc. ab *Afī*, vis, robur, similiter a *priscis* Nostratibus in eadem re significanda usurpatum est.

45) Hoc epitheton vel ab ètate, vel ab alacritate et vigore adolescentis, decoris gratiā, hic addidit Poëta. Consule J. Olavium in Tractatu suo, quantivis preti et premium publicum adepto, Omnes Gordens gambe Dignes const, ubi ille, ut solet, subtiliter de talis epitheti applicatione suam profert sententiam.

46) Snorri relatio hec est: þeir (Sórlík ok Hamdir) voro fua reidir móður finni, er hon hafði leidit þá út med heiptyrdom, at (ok, Cod. reg.) þeir wilda géra þat, er henni þetti verfi, ok drápo Eyr (bráðr finn, quod ignorat Cod. reg.) þvíat hon unni hánom mestr; i. e. Illi (Sórlíus et Hamder) adeò ira incensi in matrem erant, propteret quod eos cum szvidicis domo deduxerat, ut statuerent (atque

statuebant) facere id, quod ejus animo maximè ægrè esse; idèò Eyrum interficerunt (fratrem suum), nam ille plurimum matris cordi erat. Et hac ratio necis nefaris atque invidiōis nostris quidem animis magis plausibilis est è, quam noster Poëta et Vols. saga præferunt; qui tamen nihil minus excusari possunt ratione, quam posuimus superius sub not. 39.

47) J. e. sordes et pulverem itineris ab iis discusserunt, vel, quod non minus videtur verisimile, sanguinem fraternalm inde decusserrunt. Deinde Skálmar festo, quibus nimurum usi erant in cede fraterna.

48) Idèò nunc ornamenta sibi indnere videntur, quod adpropinquant sedi regis Ermanarici (Jormunreki), ut è sequentibus est concludere usque ad lin. 10. Alias, quod semel advertendum sit, Jormunrekum a. Ermanaricum regem facit Italie Historia Theodorici Veronensis (s. de Berna), qui Gudrunus corvus atque amicus fuit, ut pater ex Oda hujus regine

Fram lágó bravtir  
 Fvndo vá-stigo 49)  
 Ok, syftor son 50)  
 Sáran<sup>51)</sup> á meipi  
 Varg-tre 52) vind-kayld

*Prorsum tendebant viæ,  
 Deprehenderunt foedas calles 49)  
 Et sororis filium 50)  
 Saucium 51) in stipite,  
 Dira ligna 52) vento frigida,*

Vestan

reginæ IIda. Verum quisquis fuerit Auctor hujus poëmatii, potuit ex diversis fontibus hunc regem trans Alpes in Germaniam traducere, quemadmodum etiam ex ejus verbis hic videtur adparere, ut eum habuerit pro Germaniæ incola, non procul a Jonacro rege et Gudruna, habitante.

49) Quod è sequentibus intelligere est; potest et reddi Calles improvisas, propterea quod nihil minus sperare poterant, quam illic sibi visum iri necessarium sump suspensum, id quod et per se in gravi negotio satis mali ominis erat.

50) Quem alium, nisi Randverem, privignum sororis sue Svanhilda; consule de ejus et Svanhilda regina supplicio nostram annotationem sub N. 9 ad *Gudrúnar-hvæst*. Snorrius expressè Svanhildam reginæ nomine adpellat, et in *Hyndlo-liðum* vers. XXII. lin. 6 et 7 Jormunrekus vocatur *Sigrðar mág*, sive gener *Sigrði Fafnericidæ*, quod vel etiam vocari potuit, quanquam Svanhilda cum illo nunquam venisset in thalamis consortium, modò si ei fuerit despónsa, de quo nullum est dubium et Snorri narratione saepius citata, atque etiam expressius in *Intruductione ad nostrum poëmatium Gudrúnar-hvæst*. Est tamen, ut quis conjiceret veller, Svanhildam aliquot annos cum rege Ermanarico in conjugio vixisse, atque tum demum ex Biçchii sycophante (vid. notam modò citatam) consilii supplicio adfectum fuisse ob negotium cum Randvere. Interea illa potuit liberos, unum vel plures, procreare, quo-

rum aliquis eadem vice fuerit suspensus, majoris invidie gratia, atque ipsa regina ab equis ad necem conculcata erat. Videmus in Historia Norvegica de rebus Erlingi Skackit (Pet.) et Sverriris regis cognitorum, quod Erlingus nihil veritus sit, parvulis vitam suspendit admovere.

51) Sára; mirò hoc nomine uritur Auctor de cadavere suspenso, cum tamen id propriè adhibentur de lesionib⁹ corporis, que ferro fiunt. Conjectura quadam possunt esse super hac re: 1) ut Sára nihil aliud sit quam *Sískr*, æger, quod sine dubio sunt omnes, quibus quocunque modo vivendi facultas adenta est; 2) fortassis pensilis ille transfossus fuerit hasta quadam, quemadmodum Odinus de se ipso narrat in *Háva-málom Cap. III. vers. 1.* Vel 3. per vulnera illa ad avium carnivorum maleficia possit respici, quod et maximè verisimili videretur.

52) Vel ei ligna, que maleficiis hominibus puniendis erant erecta. *Vagr* certè apud Priscos maleficiis in summo gradu vocabatur, qui non amplius esse potuit in civium suorum consortio, verum jure interficiendus erat, ubiunque deprehenderetur, ut videamus de Eyvindo Skreya, homine nobili sacrifego, in *Egil-saga*. Mox cum *Tre vindkavl* conferre licet Odini verba in *Háva-málom* loco nuper citatō: *Veit ek at ek hekk Vindga meidi á;* item Poëtæ anonymi in *Hryggjar-slyki*, Historia Erlingi Skackii, ubi de ejus suppliciis agitur, et *Gálgar*, patibula, vocantur *Vindga meidar*. Veruna prop-

ter

Vestan bæjar 53)  
Trýtti æ travno hvöt 54).  
Tilt var-at n<sup>o</sup> bipa.

*Ab occidente oppido 53).*  
*Festinatum est continuè volatili cele-*  
*ritate 54),*  
*Gratum non erat cunctari.*

## XVII.

Glavmr var i havllo  
Halir avl-reisir 55)

## XVII.

*Strepera hilaritas erat in aula,*  
*Homines [que] poculis alacres 55).*

Ok

n<sup>o</sup>) *Var at bipa*, Omnes, unde sensus: Cupido (iis) erat rogare l. possere. Quid autem rogarent? Nam *At bipia* simpliciter de ultione postulanda non procedit. Si *Heimta* dixisset Auctor, quomodo cumque procedere potuerat. Hinc aded necessariō, levī mutatione, reposimus quod in Textu est, verbulō illustrandum in nota. Nequid omittamus, noluius dissimulare, istud *Bipia* resolvē posse in *Bibi-a*. *Var at divisi* sim et adfirmatiō conservatis, hoc sensu linea: Cupido erat, ne cunctarentur, vel impersonaliter, ne cunctatio fieret (itinoris). Et illud vere edēm cum nostra Versione recedit; verumtamen ista resolutio verbi *Bipia*, in Conjunctionem et suffixum negativum, aliiquid coacti in se habet.

ter altitudinem suam, et præterea quod sub dio posita erant, credibile est, quod patibula hoc epitheton complexum meruerint. Per pluralem autem *Tre vindkavíði* videri possit innui, plura patibula eo loco stetisse, in quo suspensi erau. Randver, dictumque locum destinatum fuisse carnificine publice.

53) Hinc colligere licet, regnum, atque aded regiam sedem, Jormunreki s. Ermianarici sita fuisse ab oriente regionis Jonacri.

54) Detestabantur tam foedum spectaculum, atque aded cursum inde perrexerunt, quām celerrimē poruit. Cum *Trana* s. vel *Trani* m. (nam in utroque genere invenitur) nobis ignota avis sit, quod ad suam naturam, in casu ambiguo cepimus eam pro quovis volatili, ad summam cursus celeritatem designandam tropicē adplico. Trýtti antea im-

personaliter adhibetur, referendum fortasse origine sua ad verbum *At troþa*, terere, calcare, trudere.

55) Diversē et concisē magis narrat Snorrius hoc modo: Ubi autem illi veniebant noctu ad Regem Jormunrekum dormientem, manus ei et pedes impetrarunt; ita (ad ea vulnera) ille expperctus est, et suos inclamabat, iubens ut vigilarent. Snorrius autem hic ipse sibi consentit, ut solet, nam ante memoraverat de consilii matris, Guðrune, quā suis filiis dedit, nempe, ut cum delati essent ad regem Jormunrekum, noctu eum adgredierunt dormientem. Ei consentit gravis auctor, Bragiū Senior, in Poëmatō panegyrico de Ragnare Lodbrok (Hirsutibracco), cuius Fragmentum laudatus Snorrius nobis conservavit; ejus exordium hoc est: *Knáttir edr*

(ddr,

Ok til 56) gota ecki  
Gerþot 57) heyra  
Apr halr hvg - fvllr 58)  
I horn - vñ pavt 59).

Sonitum adeò equorum 56)  
Haudquaquam 57) exaudiebant,  
Antequam vir animosus 58)  
Cornu inclamabat 59).

## XVIII.

- 56) *Gota* per majusculam initialem exhibet S. quod non temerè facit in appellativis, ut adē significare velle videatur, nomen esse proprium patronymicum, quando tamen refutis scriberetur *Góta*; avia horum juvenum Grimhilda, Gjuki regis uxor; *Gornesk* kona, in *Gudrunar-Qvida* Ida, ab Gothorum gente aliqua oriunda, nam plures populos hoc nomine in Germania et extra eam, certum est extitisse.

(áðr, err). uid, illau *Gýrmyndrekr* at *vakan*  
Medr dreyr - fár dröttir *Draum* i sverda flavni.  
*Röfja* vord i renxi Randvcs hofod-nidla. Pá  
er hrafn - bláir, hefndu *Harma* Erps of barmar.  
J. e. Contigit olim (ante, acri) Ermnarico  
ad malum evigilare, Unaðlun sangvine piðo  
satellitio, Somnium in turbulentem ensium  
concursum. Tumultus anguis in edibus Rand-  
veris necessarii principalis. (o: parentis),  
Quando corvi instar lividi ulciscerantur acer-  
bas injurias (nempe necem Svanhildæ Erpi  
fratres). Hoc forte, prater alia, untum ar-  
gumentum fuerit adversus eos, qui in dubi-  
um vocant hujus Historia veritatem *quidam*,  
quod *Gudruna* Gjukas et rex *Ermnaricus*  
coxi coxerint, nam plausibiliter satis  
Bragius Senior poëta stanni posse videtur.  
*Ragnaris Lödbroke* synchronous, de quo hoc  
carmen pepigit. Ex calculo autem chrono-  
logico, in primis *Torsæi* in sua *Dynastarum*  
Serie, notum est *Ragnarem* floruisse seculo  
VIII. Duos autem Bragios poëtas fuisse,  
quod hic in transitu observare licet, vix est  
ut dubitetur, alterum hunc, qui *Ragnaris*  
elegium cecinist, et a Snorri vocatur *hinn*  
*gamlí*, s. Senior (ex nostra versione, quem-  
admodum *Hæten Gamlí*, rex Norvegia in-

clytus, vocatus est respectu filii sui *Haconis*  
*Junioris*) et sine dubio pater fuit alterius  
Bragii, qui apud Snorrium sub simplici no-  
mine *Skáld* aliquoties adlegatur, quique de  
*Björne Jarnsida*, *Ragnaris* filio, *Svecie* rege,  
*Carmen panegyricum* ad caput suum redi-  
mendum compositum, ut testatur Dux *Arin-  
björns* in *Egil'sage*, atque idem est cum  
eo, cuius mentionem facit *Landnama* - bok  
Part. II. cap. XIX. ubi loquitur de *Geirmundo*  
*Heliarskinno* puer et fratre suo.

56) Possunt et *Gotar* intelligi de fratribus ipsis,  
casu quo Gothicæ oriundis; suspicere ad varie-  
tatem lectioris.

57) Ecki gerþot, dupliciter negat, pro simplici  
vice, ex more suo, ubi sensum negativum  
vult intendere.

58) *Hvg-fvllr* hic videtur positum pro perpetuo  
bellatoris epithero, quod si non semper lo-  
cum habet, saltem habere debet.

59) Ad significandum nempe hospitium filiorum  
hostilem adventum, quem ex ornato corum  
bellico probabiliter colligere potuit excubil-  
tor regius; conf. lin. 4. hujus versus,

## XVIII.

- Segia fóro 60)  
 p) JÓRMVNRECKI  
 At sénir váro  
 Seggir vnd hiálmom.  
 Ræpit er vm ráfp  
 Riskir ero komnir 61).  
 62) Fvr mátkom hafþer g) mavnnom  
 Mey vm tradda.

## XIX.

- 63) Hló pá JÓRMVNRECKR  
 Hendi drap á kampa 64)

p) Jórmunrecki, omnes Codd.

q) Mavnnom, etiam Omnes; sed nihilominus verisimile est, Mavnom l. mavrom potius legendum esse, et equos, qui conculecando necarunt Svanhildejn intelligendos; Ita vocula Fur foret causaliss l. instrumentalis, Per equos validos.

60) Qui scilicet ad sonitum buccine ex edibus prosluerant.

61) Verisimiliter fratres se et suum itineris propositum foris indicaverant, nempe saifadiōnem petendi de neco sotoris; vix enim alias famuli regii hoc scire poterant.

62) Hafþer; non modo hic sermo sit ad ipsum regem Ermanaricum, verum etiam ad eū. Consiliarios et aulicos principales, qui verisimiliter particeps fuerunt flagitiōsi Svanhilde-suppliciis aut saltgm Bickius iycophanta et rēx ipso hic duo soli intelligentur; respice nos sub N. 9 ad Gudrunar-husvē. Et matkoma sānē hic héroicum epitheton est ad lessentibus attributum, et sine dubio ēd verius, quod ab eorum inimici subditis id impositum est. Sānē vix fuerint exempla in priscis Histiotis Septentrionis, quod duo soli,

## XVIII.

- Indicatum ierunt 60)*  
 ERMANARICO  
*Conspiclos esse*  
*Viros sub galeis:*  
*Deliberate de [capiendo] consilio,*  
*[Nam] potentes adsunt 61),*  
 62) *Damno validis viris*  
*Virginem [ad necem] conculcastis.*

## XIX.

- 63) *Tunc ridebat ERMANARICUS,*  
*Manu barbam mulcebat 64),*

Bcid.

sine dubio rei bellicae parum adhuc adservi, adolescentes tantum ausum incepere sustinuerint, nam Jormunrakus non erat unus ē regulis, sed ē regibus potentioribus, quod vel colligere est ex eius cognomento inn riki apud Snorrium, atque in Introductione ad Gudrunar-husvē; verba autem Wulf. sagere etiam melius exprimit Cep. XLIX: Jórmunrek hefir kóngr heitit, han var ríkr kóngr i þau tima, — qui rex potens erat eo tempore, quo scil. Gudruna in Jonacri matrimonium venerat.

63) Hic versus integer pertinet ad securitatem regis ostendendam, profectam a contentu adventuram ob eorum paucitatem.

64) Hic mos hodiē etiam est quorundam, cum animi sui adquiescentiam et hilatitatem monstrare volunt.

Beiddiz-at r) bravngó

s) Ravpvapiz at víni 65).

Skök han skavr jarpa 66)

Sá á skiöld huitan 67).

Lét han sér i hendí

Hvarfa kér t) gyllit.

*Non postulavit loricam,  
Certavit cum vino 65),  
Quassavit caput fuscum 66),  
Inspexit clypeum album 67),  
Fecit sibi in manu  
Versari poculum aureum.*

## xx.

Sæll ek pá u) þættumc 68)

Ef ek siá x) knetta

## xx.

*Beatus ego tunc mihi viderer 68),  
Si adspicere mihi licet*

## HAMDI

\*<sup>r</sup>) *Bravngó*, Libri omnes, obscura voce et inaudita. Contextum adeò magis sequuti sumus in Versione, quam rationem sermonis.

\*<sup>s</sup>) *Brudvadiz*, L. ex varietate, vel forte *Brådvadiz*, utrumque obscurè; si *Brudladiz*, profusè gessit se l. helluatus est, posuissest, aliquid fuerat, quod satis conciliari posset cum circumstantiis.

\*<sup>t</sup>) *Gollit*, S. ut sápnius.

<sup>u</sup>) *Póttame*, Id. præt. Indic. hic parum aptè. *þættis*, pro *þættiz*, L. ex varietare, vulgarius.

\*<sup>x</sup>) *Knætti*, S. idem, usitatius.

65) J. e. ubi se et suos ad excipiendos hostes advenas accingere debuerat, satis habuit certare bibendo, quod nimium sibi videretur tutus proper suam frequentiam et istorum pannicatem; inò in animo suo etiam gestiebat, quod illi, à quibus ultionem injuriarum potuerat mettere, nunc solitari in suam redacti essent potestatem; conf. vers. seqv.

66) Insultationis gratia cum irrisione erga fratres advenas. Et manifestè hic *Skavr* denotat caput, quod adversus quosdam notandum est, nominatim magnum philologum G. Pauli.

67) Suspexit in parietem adis, ubi verisimiliter antiquo more clypei suspensi erant, ornatis gratia, et simul latenter in animo suo exsul-

tavit, quod sat munimentorum corporis haberet sibi et suis, ad quoslibet hostes excipiendos. Clypeus albus ad despectum ponitur apud Virgilium hac versus particula: Parmaque inglorius alba. Apud Septentrionales talis color clypei erat signum pacis, ut inter alia constat ex Ol. Trygg. f. saga, Scoldræ-crænæ þætti, de proditore Sigvaldio Comite, qui album clypeum tollendò Olawn regem intra agmen hostili adliciebat.

68) Similat nondum se credere eos adesse, et, nequid insolentiam desit, etiam vehementer optat, ut respice adforent; sed quam beatus inde exicerit tyranus, infra videbimus apud Nostrum, atque aliunde notum est.

## HAMDI ok SAVRLA

I havllo minni  
Mynda ek påbinda  
Mep boga strengiom 69)  
Góp 70) börn GIÚKA  
y) Festa á gálga.

## HAMDEREM ac SÖRLIUM

In aula mea:  
Ego eos vincirem  
Arcuum nervis 69),  
[Et] bonos 70) GJUKII liberos  
Suffigerem patibulo.

## XXI.

Hitt qvap pá z) Hrópr-GLAVP 71)  
Stóp p) vf hlepom 72)

Tum interpellavit HRODURGLADA 71),  
Gradibus celsis insistens 72),

Vip

- y) Festa á gálga, Omnes, non A gálga festa, quod melius serviret harmonia literarum poëticæ, et si alterum uterque sit tolerabile, lit. 9 in ultima hujus lineæ voce Gági referendā ad eandem lit. in Gitka lin. præced. extrema.  
z) Hrōþanglavp, L. pro varietate, de quo nihil est quod dicamus, nisi quod altero sit obscurius.  
p) Af, L. S. af, L. pro varietate, quod posterius suspectum est.

69) Quemadmodum opinamur antea nobis observatum esse, Njalonis factum ab Hacone Dynasta; evolute Njals-sagam *It.* Cap. XC. pag. 136. Et credibile est tales nervos firmitate sua superasse alios funes, unde nervi isti constiterint.

70) Potest et Góp ad Eorum natales illustres refiri, more Latinorum. Mox Börn de neptibus adhiberi, observatu dignum est; ita et Israels Börn, filii Israelis, de omnibus Jacobi posteris, ab Ebrais ponit notum est. Haud multum abliudit Bragiœ poëta in citato Fragmento, ubi hosce adolescentes adpellat Giika nidia.

71) Credimus hanc fuisse matrem regis; sane loquitur cum autoritate non tenui, quidquid denum sit statendum de nomine ejus, propinquum, an cognomenum, an epithetum sit, factum et formatum ad Lingvam Normannorum aut Nostratium, ut supra videamus factum in reginarum nominibus Glavm-ðor et Kofþera, que nihilo magis Germanica sunt quam Hrópr-gláðr.

72) Istud Hlepom, variatum, ut opinamur, ex Hlepom, fæm. vel Hlöpm, neutr. gen. non parva quod ad reū, obscuritate laborat. In casu dubio, videri posset esse locus aliquis excusus intra salam, vel utique scansiles gradus ad eum locum,

- \*) Mefingr 73) mælti  
 Vip mavg þenna 74)  
 a) þviat 75) þat b) hetta  
 At c) hlypigi d) myni.

*Vir illustris 73)! inquit [illa]  
 Ad hunc filium 74):  
 75) Quia enim [illi] id periclitantur,  
 Quod procedere non potuerit:*

76)

- a) Ita Membr. et L. sed *Mafingr*, S. Deinde *Mæla*, in Modo Infinito; inde sensus: Dicunt Eam — — dixisse. Post autem *Mælti* necessariò ferè ad intellectum inferenda est vocula *Hon*, illa, quæ nihil officit mensuræ metricæ.  
 a) þviat, omnes Libri, quod hic ex abrupto, et præter connexionem cum antecedentibus, videvi possit illatum; sed despice ad notulam.  
 b) *Heita*, L. & S. pro varietate, 3: minitantur, etsi hoc Verbum usualiter construatur cum Dandi, sed non Accusandi casu.  
 c) *Hlypige myni*, L. ex varietate, utrumque in prima pers. Indic. modi, absurdè ad contextum.  
 d) *Minni* ad posterius refert S. et ex *Minni mega* unam sibi lineam format, quod in metro procedit, quantum ad has tres lineas adtinet, sed turbas facit contra adulterationem in linea Textus 8 et 9.

73) Cum hoc vocabulum ignotum sit, interea tamen è rei circumstantiis, originatione obstericante, accipiendum nobis visum est de Homine illustri, nempe hic de rege ipso, quem in Vocandi easu adloquatur prædicta mulier *Hröðr-glaðþ*. *Máfr*, gavia, candido colore prædicta est; atque viri nobiles ab candore et splendore vocabula poetica sortiti sunt apud priscos nostrates ac Norvegicos poëtas.

74) Cum hec res tantum in conjectura versetur, ut fidos Interpretes agamus, nonnihil celare, *Mavgr* hic per cognatum, in ð virtù simpli- citer, posse redi, ita tamen, ut rex intelligatur.

75) Hic manifesta est ellipsis rei et verborum, et fortasse aliquid è versu exciderit, vitiò librarii, vel temporum injuriæ; verum ut ut

ea res sit, tamen qualitercumque hec connec- tere licebit cum posteriore parte versus proximè præcedentis, quasi mulier dicat ad regem: *Fyri því myn þér vera þat innan han- dor at giöra þar*, (scil. at binda þá ok fæsta á gálgæ) at þér hetta þat at eigi myni *hlyþa*; i. e. Espropter tibi in manu fuerit illud fa- ceré (neinpo vincere illos et patibulo suffi- gere), quod ausum inceperit ancipitis succes- sus. Multorum versuum et multarum adeò rerum similes ellipes, sive defectus rerum, ad minimum defectus idonea connexionis semper in Homero observavit vir doctus et ele- gans, Samuel Clarkins Anglus. Istud *Hly- pigi* in lin. sequ. novum planè et insolens in tali connexione; verum tamen fortasse for- matum per contradictionem ex *hlyþa eigi* (istud *Hlyþa* in Modo Infinito) quæ regularis foret constructio.

- 76) *Mega e) tveir menn einir  
Tio f) hvndrvþom g) gotna  
Binda epa beria  
I borg inni há 77)*

- 76) *An valeant duo homines soli  
Adversus decies centum viros,  
Ad vinciendum aut percutiendum [eos]  
Intra sublimem arcem? 77).*

## XXII.

- Styrr h) varþ i ranni  
Stavcko avl-skálier.  
I blópi bragnar lágo 78)  
i) Komip or briósti 79) gotna.*

## XXIII.

- Turba extitit in aula,  
Dissiluere crateres,  
In sangvine viri jacuere 78),  
Qui exierat peccoribus 79) humanis.*

## XXIV.

- e) *Menn tveir einir*, septimam lineam sibi seorsim constituunt in 3. Intellectus autem hujus et præcedentis linea foret hic, per interrogationem: An possunt minores (inferiores) duo homines adversus &c. et hoc utcumque probum esset ad rem, si vocibus transpositis legeretur lin. præced. *Mega minni*.  
 f) *Hundrvþom*, Omnes, in Dandi casu, referendum ad præcedens *Mega*, non simul direcere ad *Binda* &c. Facile poteramus substituere *Tio hundrvþ*, ut ordo foret: *Mega tveir menn einir Bindu epa beria Tio hundrvþ*; sed altera lectio est exquisita, et se satis tuerit ad rem ac verba.  
 g) *Gotna binda*, lineam 10 constituit ex dispositione codicis S. conf. var. c. proxime ante sub finem.  
 h) *Varþ at i ranni*, L. et S. ex ea re extitit &c. quod etiam, præter cætera prius observata, monstrat, librum L. non esse traducem Membranæ nostræ.  
 i) *Ita Libri omnes*, non *Kommo*, quod magis foret regularre ad sermonem, sed talis anomalie auctori non est ingrata, ut nobis sæpius antea observatum.

- 76) Ambiguitur, utrum regi, an mulieri, haec sint tribuenda; nostra opinio vergit ad posterius, propter præcedentia. De cetero *Mega* hic pro synonymo suo, nempe *At valda*, exquisitè ponitur, et præter naturam suam cum hujus Verbi casu, Dativo nempe, construitur, nam regulariter amat *Accusandi* casum.  
 77) Nimirum arcu munitæ inclusi, unde haud facile duobus solis, a magno numero circumventis, erat effugium.  
 78) Jam intelligimus fratres introgressos esse,

et magnas occidiones edidisse, quod fortasse non incredibile sit, nam contrivæ poterant esse temulenti, certè securi et imparii ob principis sui jaestantiam; respice ad vers. XVII. lin. 2. item XIX et XX.

- 79) *Or briósti* haud parum intendit sententiam, et demonstrat sangvinem illam fuisse lethalem, quem vocamus nostro sermone *Daudablið*, qui ultimus manat è mortiferis vulneribus; alias in manu erat Auctori dixisse: *komip or beniom gorna*, è vulneribus simpli- citer.

## XXIII.

Hitt qvapþ þa HAMDIR  
 Inn hvgom stóri.  
 Æstir k) IÓRMVNRECKR  
 l) Ockarrar qvámo  
 Bræþra sam-mæþra 80)  
 Innan borgar 81) pinnar.  
 Fætr ser m) þú pína  
 Höndom sér þú pínom  
 IÓRMVNRECKR orpit  
 I eld heitan 82).

## XXIII.

Tunc istud eloquutus est HAMDER  
 Ille magnanimus:  
 Optästi, ERMANARICE!  
 Nostrum adventum,  
 Fratrum eadem matre procreatorum  
 80).

In arcem 81) tuam;  
 [Nunc] vides pedes tuos,  
 Manus tuas vides,  
 ERMANARICE! injecta  
 Igni ardenti 82).

## XXIV.

- k) *Jormunreckr* adhuc hic et lin. 9 præfert S. atque adeò constanter in hoc poëmatè; sed *Jormunreckr*, per unum c his duobus locis maluerunt Membr. et L. Modo ante *Æstir*, per z, exhibet S. minus usitatè.  
 l) *Ockarr*, Id. qui Nominandi casus est, o: noster, huc non applicabilis.  
 m) þú, hic et mox, exclud. S. unius benè ad sermonem, et minus emphaticè; nisi tamen Verbum *Sér* impersonaliter intelligendum sit.

80) Verisimiliter inter introéundum gloriosum illud vorum regis et furiili vanitate plenum audierant fratres principes; consule vers. XX. supra.

81) *Borg* hic de palatio, Dan. *Slot*, necessario accipienda, propter præcedentia regis verba, versus citato lin. 4.

82) Insultatio et irrisio regi hic redditur per sarcasmum, et aptè uituit Auctor verbo *Sér* þa bis numerò; quod amplificat insultationem, et magis sensibilem reddit personæ patientis. Dicere potuerat: Fætr ero (re) þinir *Hendur* re þinar-orpit (nam singulare collectivum in gen. neutr. cum pluribus in numero multitudinis construere nihil vetat

ex usu antiquorum). *Eld heitan* Ignium usus olim erat inter præcipua conviviorum delectamenta, consule *Atla-mál* de adaptari conviviali, vers. V. lin. 1 & 2, coll. cum *Atla-quida*, vers. *Land* fá þeir *Atla* lin. 10 & 11, et altero ibidem incipiente, *Síð híð Flavgn*, lin. 3 & 4. Neque ista delicia apud Nostrates adhuc exoluerunt, ut neque apud Anglos, quod ex corum *Fabulis* romanescentibus discere est. Denique videntur Priisci credidisse sessionem ad ignem salutarem esse, unde paroecia nostrorum: *Fáir héra allt mein frá eldi*, o: pauci toruin malum (morbum) ab igne anferunt, id est, pauci segroti ab igne eunt, quin iis aliquanto me-

## XXIV.

- pá o) hravt 83) víp  
 p) Inn regin-kvnnagi 84)  
 q) Baldr 85) i brynio

## XXIV.

- Ad illa hirriebat 83)*  
*Divinus (Inclytus) iste magus 84),*  
*Potens 85) in lorica,*

Sem

o) *Hrave*, omnes Libri, harmonia literarum non facile patiente.

p) *Inn*, lin. præced. claudit in L. duræ ad metrum. Mox *Regin kängi*, divisim S. quod per se foret Rex I. *Divus callidus*; tum verð aut abicienda foret præcedens particula *Inn*, vel transponenda post *Regin*. *Regin kyngi*, L. ex varietate, quod eodem abit.  
 q) *Barþr*, S. i. e. verberatus, quod firmatur *Volf. saga* relatione in nota adducenda, et sā apud Nostrum nihil inveniatur de ista lapidum missione a parte fratrum. Alias *Barþr* de Barbato haud inscīte acciperetur et *Stðskeggr* Odini vocabulum est.

Ilus sit (nequid dicamus de oblectamento, quod oculis sit ab ignis fulgore). Haud absque ratione huc adlegabuntur verba *Autoris clásifici*, nempe Odini ipsius, in poëmatu suo incluto *Hava-mál*, vers. XXXIXI: *Víp eld skaf avl drecka, að ignem potandum est (in convivio)*, et in ejusdem Poëmati parte II. versu ultimo: *Förþ tekr víp aðldri En eldr víp fóttom, — ignis morbos excipit (aufert)*.  
 83) An hoc præteritus sit ab *Infiniti At hríðta*, vulgo stertere; an variatum ab *At ryta (rita)*. Præt. *ryti* in *Hervarar-saga*, quod suilla voci proprium est, dicere certum nondum habemus.

84) *Volf. saga* hic sequi nobis visum est, et per *Regin-kvungi* Odiniū intelligere, quem his verbis designat: *Jó kom at elun madr miök ellilegr med eitt anga, tunc intervenient homo quidam specie adinodum senili et uno cum oculo; conf. infra num 87.* Eodem partim indicio Odiniū uitius eadem *Historia Cap. XX.* in eade *Sigmundi Volsungi*; item *Ol. f. Tryggv.* his verbis in Part. II. cap. XXXVIII: *kvam þar (til Olafst konungs) madr gamall niök, ordspakr, einfynn ok augndapr, ek hafili hött spán, i. e.* Æd (ad regem

Olauum) venit homo admodum senex; facundus, monoculus (*luscus*) et visu labotans, qui cucullo ob faciem promissō utebatur (notum autem est ex Eddis, *Síþörlr* fuisse unum ex Odini cognomentis, quod nimis rurum tali capituli ornatu usus sit, cum ier personatus). Item *Volf. f. cap. VI.* Quantum verð præcelluerit Odinus in magico artificio, constat satis ex ipsius *Háva-málom*, et ex *Snorri* in *Ynglinga-saga* de Artibus Odini, ut aded nemo rectius, ex iure majori, vocabulū isto *Regin-kvungi* honorari potuerit, quam Odinus. Interea tamen Snorrius hic dissentit a nobis, *Jormunreko* regi sequens præceptum tribuens. Neque obstinat negaverimus, adpellationem *Inn regin-kvungi* ad regem istum adplicari posse, ut ad verbum significet: *Iste regum cognatus, regia stirpe prognatus; vel etiam, iste magnopere celebris, si nempe *Kunngi* ad *Kunngi*. *Kunngi*, notus, referatur.*

85) Haud improbabile est, Odinum, ut Deorum summum, per istum Baldr hoc loco signati adpellative; consule *Gloss. Tom. I.* hujus Eddæ, ubi originatio adlata est sub ea voce. Sive de cetero sermo hic foret de Odino, sive

de

Sem biörn hryti 86).  
Grýtip 87) er á gymna

Tanguam ursus hirviret 86):  
Lapides conjicite 87) in homines,

Allz

de rege Ermanarico, nomen hoc utrvis fuit adplicabile. Deinde quod sequitur *I brynio*, putamus firmare nostram opinionem, quod Odinus, non Ermanaricus rex, quem sequuntur, impetrat; nam antea habemus de rege, vers. XIX. lin. 3., è nostra utique acceptio, et quod Textus ibi postulare videtur, quod loricae induere non curaverit, proper contentum duorum adolescentulorum, ratione sanè congruum in tanta regis potentia frequentiaque. Quodcumque tamen sit de persona imperante, nolumus supprimere nostram suspicionem, nempe quod non minus commode lectum iri opinamus, et fortasse magis validè ad sensum, *Baltr i brynio*: violentus l. excellens, relatione satis quadrante in utramque personam, de quibus modò aut loquuti sumus. Est tandem, quod aliqui Eddæ cultori in mentem venire queat, ut *Balderus*, nomen Divi optimi et è Snorrio notissimi, hic prò Odino positus sit; nam Edda Snorriana hoc concedit, ut unus Divus pro altero ponatur, si tamen idoneum adtributum distindivum adjiciatur, quod et hic quomodounque sit per istud *I brynio*, et magis ad regulam, si particula I deforet, ut adpellatio esset: *Baldr brynio* l. *brynio Baldr*, facili applicatione sive ad Odinum, potenter bellatorem, ut notum est, sive ad regem Ermanaricum, si quidem ille idem est cum eo, qui celeberrimum regem Theodosium de Berne regnò patrio expulit, ut de Ermanarico Italiz rege narrat *Vilkina-faga*, et tempus sanè satis congrui nostro Autori; vide amba posteriora Odas *Gudrun* in hoc Tome.

86) Nobis dubium non est, in re proscriptis incertis, Autorem hic per illud *Hryti*, (Modo insin. At *hrista*) usum esse proprietatem ad ursi vocem exprimendam, tanquam ex haud

absimilis sit sonitui hominis stertentis; ceterum de tali re consulendi forent homines Norvegi, qui mores et ingenium horum animalium nobis melius nōrunt.

87) Secondum *Wolf* *fagan* ipsi fratres priores occupaverant hoc genus certaminis, verba illius Cap. LI. pag. 109 & 110: *Hon* (*Gudran*) *bad þó eigi skadla* (*skadla*, Mscr.) *gríði* ne óðrunum flórum hlutum, ok quad heim þat at meini mundu verda, ef eigi gerði þeir sva (sem hon band, add. Mscr.) Et post eodem Capite: *I því höfðu þeir afþragdít ráðum* (*bodi*, Mscr.) *náður finnar*, er þeir höfðn gríði *skadla* (*skadla*, Mscr.); i. e. Illa (*Gudruna*) prohibuit eos (filios) ne hostem lapidibus aliisque grandioribus instrumentis (ex. gr. trabibus ligneis) laderent, admittans id in eorum malum éasurum esse, si non facerent ad suum preceptum. — In eo autem disgressi erant a consilio (*jussu*) matris sue, quod axis damnum intulerant. Porrò verba hujus funesti consilii auctoris ita habent ibidem: *Eigi erið þer vísir mena*, er þér kannit eigi þessum mounum bana at veita. *Konungr austrar*, *agf os ráð til*, ef þú kannst han mælti, *þer flaut berla þó gríði i hel*, ok sva var gjört. *þó flugu úr ólum áttum fléinar at þeim*, ok vard þeim þat at aldr-lagi. i. e. Vos non estis cordati lúmunes, quando necisitis hisce hominibus necem offerre. Rex infit: da nobis consilium ad eam rem, si tu id scis (hæc interlocutio regis bene notanda est, nam adspicit nostre opinioni supra subnum. 84, quod iste *Regin-kunngi* fuerit Odinus, aut utique non fuerit rex ipse). Alter fatus est: diverberitate eos axis ad necem usque; atque ita factum est, nam saxa in eos undeque volitabant, quod in eorum exitium evasit.

Allz geiarar né bítá 88)

Eggjar né 89) járn

IÓNAKVR SONO.

XXV.

Hitt qvaþ pá HAMDIR

Inn hvgom stóri.

Bavl vantz brópir

Er pú pann belg 90) leystir

*Quando hastae non secare valent 88)*

*[Nec] acies neque 89) tela,*

*IONACRI filios.*

XXV.

*Caeterum HAMDER loquutus est*

*Ille magnanimus:*

*Malam rem patrāsti, frater!*

*Ubi tu bulgae 90) illi os solvisti,*

Opt

88) De armatura fratrum, quam mater iis præcuravit, hoc pertinent verba *Vols. sagr. sub initio Cap. citati: Hon (Grudrān) hafdi svo búi peirra herklaði, at þó bítu eigi járn, i. e. Ea (Grudruna) sic adparaverat eorum (filiorum) militarem vestitum (armaturam), ut ferrò esset impenetrabilis. Inferius de iisdem sub ipso certamine: Nú sækja mena at þeim, en þeir vörðus tel ok drengilega, ok urdu mórgum manni at skada. Þó bítu eigi járn, i. e. Interes in eos (fratres) sit hostilis insectatio, et si teuentur pulcrè ac fortiter, multisque hominibus cladem adferunt; ipsorum (autem) corpora ferruvi violare nequit.*

89) Nullum telum, sc. sive quo punctum, sive quo casim pugnabatur. Istud tamen Eggjar videretur proprie hic significare, usquehas et secures, quibus cedendo res bellica geritur; nisi hoc linea simpliciter capiatur pro exegesi, sive luculentiori expositione istius Geiar, quod Auctor præmisit; et antithesis est inter huc, et quod præcesserat, *Grytip er &c.*

90) Hinc et sequentia, neque ad rem; neque ad verba, ades liquida sunt, et obscuritas cu-

bat hic præcipue in notione vocis *Bulgæ*, quam tamen vocem nos in re accipiunt cœpimus de thorace sive pectoris corporis humani, ubi cordis sedes est, et sedem animæ in corde fuisse, olim pro certo est habatum. Nota sunt verba *Servatoris*, que ex vernacula nostra Versione sunt: *Af neyd hiartans telar mannarinu, ex abundantia cordis loquitur os; que huc haud ineptè adpliari posse arbitramur. Recentioribus autem placuit animam in cerebrum transferre, de quo cum iis multum disceptare nolumus, quum præsertim ea res non sit hujus loci. Sensus adeò apud Autorem nostrum qualisque hic foret è nostra conjectura: Malè fecisti (consulisti), mi frater! cum ea verba elocutus es ore tuo, scil. illa, que supra habemus vers. IX. lin. 3 et 4, item 7 et 8, quibus verbis princeps natu major Sörlius declaravit obsequium suum erga matris postulatum de ultione necis Svanhilde; absque quod si fuisset, et si valueret junioris fratri Hamderis contraria sententia, res fratrum nunquam evasisset in tam perniciosum extum.*

Opt or peim.belg

r) Bayll ráþ koma 91).

Sæpe ex illa bulga

Molesta consilia proveniant 91)

XXVI.

92) Hvg s) hefspir pú HAMDIR

Ef pú 93) hefspir t) hyggjandi;

XXVI.

92) *Animum possideres, HAMDER!*

93) *Si prudentiam (consilium) possi-*

*deres;*

Mikils

r) *Braull*, L. ex varietate, quæ leffio minus proba videtur euidam ibidem, sed eam omnino damnare non audemus, cum Verbum *At bralla apud nos existat, de multiplici machinatione, non satis solidis rationibus l. fundamentis nixâ.*

s) *Héþir*, L. pro varietate, o: egisti, hinc alienum.

t) *Hyggindi*, Id. ex varietate, id. in plur. usitatus.

91) Vel specialiter reprobat fratri, quem tamen eorum sapientiorem fuisse videmus ex vers. IX, lin. 2. ut et infra vers. XXVI, lin. 1 et 2, nam nisi ratione prævalueret Sörlius, non potuisset rationis defectum fratri obficere; vel accipi potest locus hic de genereli sententia, ut sub Pronomine *þeim* universim comprehendantur hominum ingenia, qui sæpe et consulunt et loquuntur ea, quæ non nisi danno et inconmodo sunt et sibi ipsis et aliis hominibus. *Belg* quod adtinet in 4 et 5ta lin. componere licet sententiam Odini in *Havamátem*, hanc nempe: *Opt or skörpom* (ita Membr. sed Alii quidam *Skorpnus*, quidam etiam *Skorpusm*) *belg skiliu-orþ koma*, l. e. Sæpe et macilento (contrafacto, rugoso, a fame l. senio) ventriculo rationalia verba prodeunt; ubi tamen ventriuelus pro persona ipsa positus videtur per synecdochem. [Bayll ráþ] Eodem modo *Balr* adj. hic adhibetur, ut in *Vegans-quida* vers. I. lin. 7 et 8. in *Balr dravmar de infestis*, atque, ut Snorrius loquitur, periculosis, Balderi somniis.

92) Sörlii responsum hoc versiculo continetur, sapienti ejus ingenio dignum. Et non de nihil fratri suo Hamderi animi fortitudinem concedit, quod rectè cum fecisse adparet ex hujs principiis epitheto sepius repetito *Inn hevgum þóri*, atque etiam generatim ex Inscriptione hujus Poematis, ab Ejus nomine dictâ; imò et ab lapidum adpellatione periphrastica apud Snorrium, qui ibi nomine cluent *Hamdis-grand* s. Hamderis clades, denominatione sua ab Eo, ut primitio expeditionis hujus, petita.

93) Hic detrahit fratri animi prudentiam, et, quod "verba adtinet, figura videtur in his duabus lineis esse, per quam fratri apparet admittr id, quô maximè pollebat, nempe animi audacia, propter denegatam illi in haec lin. animi prudentiam; ejus figurata sententia origo præcipua versatur in disjunctiva particula *Ef*, qua tamen videri poterit usus esse frater, opprobrii molliendi gratia, nam ei in manu erat dixisse, *Hug hefir þín H. En ecki hyggandi*, i. e. *Animum possides; Sed nullata animi prudentiam.*

Mikils er á mann hvern vant

a) Er mannvitz er 94).

## XXVII.

- 95) Af *x*) væri nú havfyt  
*Ef* *ErPus* lifpi  
 Brópir ockar inn bavþ-frækni  
 Et vip á bravt vágom  
 y) Varr inn vísþ-frækni.  
 96) Hvöttomk at dísir.  
 Gvmi inn gvnn-helgi 97)  
 Görþvmz at vigi.

*Multum cuique homini deest*

*Cui deest sapientia 94).*

## XXVII.

- 95) *Nunc abscissum esset caput,*  
*Si* *Erpus* *viveret*  
*Frater noster, ille pugnando strenuus;*  
*Quem nos in itinere occidimus,*  
*Vir ille passim fortis.*  
 96) *Me ad id stimularunt Furiæ,*  
*Homo ille (jure) inviolabilis 97)*  
*Quem cedere occupavimus.*

## XXVIII.

u) þann er, S. plenius.

x) Ná veri haufus, L. ex varietate, etiam recte in metra.

y) *Varr*, omnes Libri, hic pro *Verr* a nobis acceptum, per non ignotam mutationem e in a.

94) Hic recte et commode infert Auctoꝝ hanc universalem sententiam ex persona principis regii, quacum componere non pigerit Odini verba in Philosophia sua morali et politica, Hlava-málum, nempe, et quidem vers. VI. iðrigþvin Fær meðr aldregi Enn mannvit mikil, i. e. Minus fallacem (magis firmam) amicum nemo obtinet unquam, quam magna ingenii sapientiam; et vers. X. Byrþi ðetri Berrat meðr bravto at Enn se mannvit rukiz, i. e. Omnis melius (utilius) nomen viatorum secum portat, quam esse possit magna ingenii sapientia. Hiscum multa conferri possent è regum sapientissimi, Saluronis nimurum, Scriptis, in quibus animi sapientians tantopere commendar.

95) Sörkis orationem suam continuat cum merito improprio ad fratrem, quod maximè

cernitur in honorificis epithetis tertii fratribus nefariè cesi, auctore primario, ut videtur Hamdere, quæ epitheta noster Poëta hic, affectus movendi gratiâ, usque ad tedium serè acumulet.

96) In reliquo hujus versùs opinamur Hamderis responsum contineri, ad objectionem præcedentem, unacum confessione flagiti ab se primario parrati in fratrem innocentem, quod tamen flagitium callidè satis rejicitur in Parcas fatorum antistites.

97) Verbum Substantivum *Varr*, erat, hic necessario ferè subaudiendum arbitramur post *Gvni*, quod et satis in metro processisset, si ita libitum fuisset Auctori; tales subaudiuntur apud priscos Nostrates, ex. gr. in *Vigaglium*-*faga* post prælium Hrisateigense in verbis Glumi

## XXVIII.

Ecki hygg ek z) ockr 98) vera  
 Úlfa dæmi  
 At vit mynim siálfir vñ sakaz,  
 Sem grey norna 99)

## XXVIII.

*Non opinor in nos 98) quadrare  
 Luporum exempla,  
 Ut nos ipsi mutuò insectemur,  
 Quemadmodum canes Dirarum 99),  
 par*

z) *Vcr, Ykr, omnes Libri, vobis, quod refutatur rō Mynim* in prima pers. plur. lin. 3.  
 Si tertia persona aliqua interloquuta fuisset, Auctor dicere debuerat *Iþ mynid* in se-  
 cunda pers. quod nusquam visitur. Unde necessarium duximus *Ockr* pro altero illo  
 substituere. Mox *Vera* ignorat S. quod et per metrum potest.

mi ad Gudbrandum adolescentem Thorvardi  
 sycophante filium, quem pro semet ipso sub-  
 stituere decreverat occidere viri nobilis  
 Thorvaldi Krokkii: *Sá ek glöggé hvat titt var,*  
*barn at alðri, en vegit flíkan mænn;* ubi  
 duplex verborum ellipsis est, et verbi Sub-  
 stantivi et auxiliari præterite, nam si ad mo-  
 dum regularem loqui voluisset Glumus, dix-  
 isset sic: *párr barn &c. en hefr vegit &c.*  
 Talium autem ellipsis primaria origo nobis  
 videtur petenda esse ab loquentium adfectis  
 concitat. Verum ut ad rem ipsum redi-  
 eamus, fuerit fortasse, qui sextam lineam  
 solam Hamderi, ut interloquenti, tribuere  
 velit, ac cæteras fratris ejus ex continuo  
 priorum, et hoc ipsum non difficiunt nobis  
 etiam in mentem venisse; atque eam conjec-  
 turam adprobare non ausi sumus, propterea  
 quod tales interpellationes concise huic Poë-  
 tæ, atque etiam aliis nostris præscis, in-  
 solentes sunt.

98) Propter ziam lineam, et quidem propter  
 istud *Vit mynim*, necessitate adacti nobis visi  
 sumus, quod etiam adictius in variet. ll.  
 ad leviter immutandum Pronomen *Ykr*, nem-  
 pe in *Ockr*, quum sermo hic sit inter duos,  
 quantum intelligimus; sed tamen silentio pre-  
 terire nolumus observationem viri perillu-

stris, et summi Historici, ut arbitramur, his  
 temporibus, P. F. Suhmii, in ora Libri sui,  
 quem sub indicio S. allegare solemus, neinpe  
 quod hie (l. in hoc negotio) non inducatue  
 Odinus (ut interpellans) quemadmodum apud  
 Saxonem, que relatio etiam procedere po-  
 tuerit, mutatis mutandis, nimurum retento  
*Ykr*, et deinde leviter variato istis *Vit my-  
 nim* in *Iþ mynid*. Sed utcumque de eo est,  
 et quantumvis antea statuerimus Odinum cer-  
 tamini huic interfuisse, nihil tamen minus  
 nobis sententia constitue, hunc totum nec-  
 non subsequentem versum Hamderis perso-  
 nae tribendum esse, responsum continuant-  
 sis ad fratris impropterum; nam nihil veri-  
 similitudinis haberet, ex veteri Mythologia,  
 quod Odinus, cui moris erat semper discor-  
 dias serere, concordiam statuere voluerit in-  
 ter hos fratres discordes.

99) Hic lupi, et sine dubio quavis fera carni-  
 voræ, adpellantur canes parcarum s. morta-  
 rum, vel, siquis mavelit, Valkyiarum s.  
 Erinnym bellicarum, sed Odini canes, *Viþrítis*  
*grey*, proprie ad Mythologiam Eddicam, no-  
 mine client in *Helga-guida* tma vers. XIII.  
 nam ad eum præcipue pertinuit istud lucrum,  
 quod è ferrò cassis evenit, ad suas legiones  
 augendas, id quod Snorrius in sua Edda  
 satis

par er gráþvg 100) ero  
þ) I avþn 101) um alin.

## XXIX.

102) Vel höfom  $\sigma$ ) viþ vegit  
Stöndom á val gotna

*Qui voraces 100)  
In deserto 101) aluntur (visitant).*

## XXIX.

102) *Pulcrè nos duo pugnavimus,  
Consistimus super strage hominum  
Ofan*

þ) *A avþn*, L. pro varietate, etiam rectè.

ε) *Viþ*, exclud. S. Alterum tamen magis definitum est de duobus.

satis testatur. Notum etiam est ex ipsius Odini apolo, qui *Grimnis-mál* nomine cluer, vers. VIII. quod quotidie ille sibi elegerit homines ferrò casos.

100) Vel propins ad rem, famelic; notum enim est, lupos esurientes se invicem dilaniare ac devorare; unde adeo intelligere est verba Ofeigi sensis in *Bandamanna-saga* ex Membr. regia: *Mer hefr faris sem varginnum, heir etas til þefi er at halanum kemr*; i. e. Mihilevenit (in arbitrorum delecto) idem quod lupo (pro lupis, hoc loco collectivè), illi se invicem vorax, usque dum ad caudam ventum est; prius enim non observant, quod proprium suum genus comedent. Ex hoc loco etiam magis illucescent verba ejusdem Ofeigi in sua cantilena, ubi, omnibus arbitris rejectis, prter unum, quem adoptaverat, sit eum solum superesse omnibus ceteris, qui omnium sit dexterinus, et his verbis uitetur senex: *Nh er álfis-hali einn á króki*. Huc etiam pertinet dictio translata de proceribus emulis in *Hœnfa-þoris-saga* Cap. XI: *þeir hafa lengi etiz álfis-manni af (rectius a)*, illi diu sese invicem devorarunt ( $\therefore$ : devorare adfesterunt, nimirus propter injurias, dignitatis misera causa) ore lupino,  $\therefore$ : instar luporum. Simil hic, occasione epitheti Gráþugr, observare licet, originationem vo-

cis *Vargr*, quam Alter nostrum in Gloss. Tom. I. hujus Eddæ proposuit, non parum fulcimenti ex isto epitheto sortiri.

101) *Istud I Avþn* non sine causa idonea ab Autore hic adjectum est, quatenus referunt ad *Gríðag - grey*, quod processit, nam Lupus quidem per se et natura sua est animal vorax; sed necesse est eum lupum, qui in loco deserto vivit, longè voracissimum esse, propter defectum escarum ex corporibus animalium, atque inde ortam esurim, quam Germani oppido quam rectè ad famem maximum transferunt in sua voce *Wolfs-Hunger*.

102) Nunc, quod rem adtinet, intelligendum videtur, fratres ita pugnando confectos esse, ut non amplius valuerint hostili frequentie resistere; sed alter eorum, Hamder, ut censemus, sese et fratrem solatur, sanè quam heroicè, et quasi triumphat, eti nunc illis nihil aliud relictum esse videat, præterquam mortem apertam; quem triumphum nemor humano sensu preditus, qui benè adcederit ad relationem hujus poëmati, illis poterit denegari; quod, præter tyrannum manibus et pedibus truncatum, hi fratres principes magnam hostium stragm ediderint, appetit satis è sequentibus 3 lineis, coll. cum vers. XXII. lin. 3 et et 4.

Ofan a) egg·mópom 103)

Sem ernir á qvisti 104)

b) Góps höfom tirar fengit

Pótt skylim nú epr f gær 105) deyia.

Qveld lisir mapr ecki

Eptir c) qvíp norna 106).

*Acierum vi confecta 103)*

*Tanquam aquilae in ramo 104):*

*Præclaram obtinuimus famam,*

*Etsi nobis hodie vel heri 105) morien-*  
*dum esset.*

*Vesperam nemo vivit*

*Ultra Parcarum decretum, 106).*

XXX.

a) Egg·móþan, S. per raram Enallagen in Accusandi casu.

b) Géþr, Id. et L. ex varietate, i. e. *Tirar géþs*, gloriam ex animis s. animi fortitudine.

Deinde *Tyrar*, pro *Tirar*, S. *Fírar*, viri, L. ex varietate, unde sensus; Nos viri  
animos naði sumus.

c) Víþ, L. in Textu, corruptè.

103) Ita etiam hoc epitheton adplicatur in *Grim-nír-málo* vers. LII. et in posteriori parte illius est figura Litotes; nam Móþr, defesus, multo minùs sonat, quam *Felds* l. *Drepinn*, stratus, cæsus.

104) Consule *Helga-quidam* II. his verbis: *A*esk-líuom *Ernir sitia*, vers. penult. Alias ajuni quidam, aquilam præcipue habitate in excelsis scopulis ad mare vel fluvios. Est et, ut aquila hic posite esse videantur figurare de avibus generatim, quæ, cum se quieti dant, post laborem diuinau alimenti querendi causâ, consistunt in summitatibus J. ramis superioribus arborum, atque ibi somniciulum sibi capiunt.

105) Nú epr í gær, videri hic possit adhibitum pro *Fyr* epr *fípar*, priùs vel posterius, maturius vel serius; et istud í gær latenter videtur significare fratres principes antea sibi gloriam peperisse a præclaris facinoribus (*Bellicis*) ante hoc ultimum.

106) Antea solatus est se et fratrem a laudibus rerum pulchre gestarum; nunc demum addit sententiam universalem, majoris adversus in-

stantem mortem consolationis ergo, quâ cul-  
pam a se et fratre, que tamen in iis adeò  
nulla erat, ut etiam majore cum laude hic  
occubuisse videantur, quam plerique summo-  
rum Heronum, eam culpam, inquinus, in  
fati necessitatē inevitabilē rejecit. Sen-  
tentiam ipsam quod adtinet de fatali necessi-  
tate plurcula opinione adnotasse ad *Helga-*  
*quidam* II. è nostris, quod nunc addimus  
norum istud Virgilii ex IX. Æneide: *Star* sua  
enique dies, breve et irréparabile tempus.  
Item quod ad *Parcas*, fatorum et termini vi-  
talis arbitras, consuli volumus *Helgaquidam*  
I. de Nymphis genechlinis, vers. II. & III.  
aque hac ex Georgii Sabini Commentario in  
Ovidii Transformationum Libr. II. "Exstat  
apud Platонem in Dialogo de Republica, vel  
de justo, pulcherrimum segmentum de Par-  
cis, quomodo in throno Necessitatis, cuius  
filie finguntur, sedent, æquali inter se spa-  
tio collocatae, vestimentis albis [que earum  
innocentiam et justitiam videntur designare],  
capite coronato [quod potestatem excellentem  
signari credimus], digritisque torqueant su-  
sum,

XXX.

par fél SAVRLI  
*d)* At salar gafli,  
En HAMDIS hné  
At hús-baki 107).

Þetta ero kavllop HAMDIS-MÁL  
in FORNO 108.)

*d) A, L. super (fastigium ædis anterius), quod etiam procedere potest.*

sum, et pensum Necessitatis, ex adamante factum; quomodo etiam ad harmoniam celi [ad naturalem astrorum in terrestria influxum, ex nostra opinione] canant præterita, praesentia et futura; animæ vero nascentium descendant ad thronum Necessitatis, ibique sortiantur fata ex genibus Lachesis sumta... Hadenus laudans Sabinus. Jobus etiam in eadem fuit sententia, quod ad vitæ terminum definitum adtinet, his verbis ad Deum ter O. M.: Constituisti ejus [hominis etati] terminos, qui præteriti non poterunt. Quelid in priori linea mirè videri possit adhibitum de quacunque parte temporis; neque est, ut quis dicere velit, Autorem hoc fecisse metrica necessitate compulsum, nam tali conjectura de tanto artifice nihil foret putidius; in manu enim illi erat dixisse: *Dag lífr maþr-eigi Eptir dóm norra;* Alter autem nostrum adnotavit alias, vocem *Dagr* de tempore sim-

XXX.

*Ibi occubuit SÖRLIUS*  
*Apud frontispicium aedis,*  
*At HAMDER cecidit*  
*Ad posticam domi partem 107).*

*Hoc [poëma] appellatur VETUS*  
*HAMDERIS MELOS 108).*

pliciter, non enim modò de die artificiali, scilicet, ut ita dicamus, antiquitus usurpatum fuisse. Denique verbulò advertimus, vocabulum *Qvibr;* ab *At queba;* fari, loqui, hic oppidò quam aptè, et Latino prouersus congruè, ab nostro Autore hic esse applicatum. In universum hic conferendos censemus versus ex *Völk-spa;* quorum prior incipit: *þáþan koma meyjar mars vitandi,* et posterior desinit: *Alda börnöre Orlög segja.*

107) Hic videmus fratres principes nimio lapidum conjectu ex ædibus effugere coactos fuisse.

108) Vel propter id, quod habemus versus II. huius poëmati, et quidem precipiat lin. ejus quinta; vel, quod magis plausibile arbitramur, quia alterum Poëmatum junius super hac re, præter plurimas memorabili, extiterit.

# GUDRÚNAR·HVÖT.

a) FRÅ  
GUDRÚNO.

**G**UDRÚN géck pá til b) sávarer hon hafdi drepit Atla. Géck hon út á fæinn ok vildi fara sér, hon mætti eigi sávcva 1). Rak hana yfir fiörpinn á land JÓNAKVRS konúngs. Han feck hennar. Peitra synir vóro peir SAVRLI c) ok ERPR ok d) HAMDIR. Þar fæddiz vpp SVÁNHILDVR SIGVR-PER-dóttir 2). Hon var gipt e) JÓRMUNREK enoin RÍKIA. Meþ honom

DE  
GUDRUNA.

**T**UNC se GUDRUNA ad mare contulit, postquam ATTALUM interfecerat. Egrediebatur in pelagum, proposito semet ipsum perdendi; atqui submergi nequit 1). Operā autem fluſſuum translatā est per sinum ad litus regio- nis, cui rex JONACER prærat. Ille eam sibi in matrimonium sociavit. Eorum filii erant SÖRLIUS, ERPUS et HAMDER. Ibi educta est SVÁNHILDA SIGURDI filia 2). Ea in matrimoni- var

a) Lemma hoc a Chartis abest, at refert L. in margine; nihilominus illud exstat in libro chartaceo S.

b) Sæar, S. suspecte, saltem insolenter.

c) Copulam excludit Id. sed ad genuinū sermonis nostri rectius servatur.

d) Hamþer, omnes nostrí Libri, sed Hamder, Hamdir, Edda Snorr. quam sequi nobis vi- sum est.

e) Jórmunreck, per ek in fine, Libri omnes, ut et infra vers. V. lin. 6. etsi hinc distet scriptio vers. II. lin. 5. tit m. Deinde Ríkia, Omnes, melius ad elocutionem quam alterum vulgatum Ríka.

1) Atque ex narratione Völunga-saga regina, id ut fieri posset, quantum potuit, procura- raverat, nempe lapides in gremio gestando; locus integer hujus Historie infra adducetur.  
2) Dóttir Sigurðar Sveins, filia Sigurði Juwensis, exhibet Snorrius in Edda sua, et consentit in eo nomine relationibus Teutonicis et Dano-

rum in Carminibus heroicis (Kjempa-Víslar), item Vilkina-saga nostra; verum F. Olavini Grænnavicentis, homo omnibus oculatus, sit Sigurðum Scenam diversum esse a Sigurðe Fafnericida. Aliquod probabile argumentum pro hac sua hæresi adferre debuerat.

var BICKI 3). han rep̄ pat at RANDVER konúngs son skyldi takahana. pat sagdi BICKI konúngi. Koníngrléthen-gia f) RANDVE, en tropa SVANHILDI vndir g) hrofslá fótom. En er pat spv̄rþi GUDRÚN, pá qvaddi h) hon fono fina.

um data est JORMONREKO (Ermanari-co) cognomine Potenti. Apud hunc erat BICKIUS 3); is consilium dubbat, ut RANDVER filius regis eam sibi sumeret conjugem; atque rem ad regem detulit. Rex adcd̄ RANDVEREM [filium] suspendi fecit, item conculcari SVANHILDAM equorum pedibus. Quod ubi inaudiit GUDRUNA, suos compellavit filios.

## GUD-

f) Randve, Omnes, non Randver, quod Neoterici præferrent, sed perperam.

g) Roza, S. quod magis accedit ad Germanicum sermonem; noster autem sermo huic vocī ut pluribus, adspicere amat.

h) Hon, Membr. prorsus ignorat, sed L. intra cancellos præfert.

3) Mira brevitate Au&or haec narrat. Operæ pretium est autem, Snorri relationem explicatiōrem et pleniorē de hac re audire, quæ sic habet: Pat spnrdi Jormunreki konungr hinn riki. Han sendi son sinn Randver, (non Randve, ut nostri, quod tamen rectius esse censemus) til at bida hessnar fer til handa. En er han kom til Jónakur, þá var Svanhildur seld honum i hndr-skyldi han fera hana (Ermenreki, Alli). Þá sagdi Bicki (Bichi Jurl, quidam aliorum) at pat var betr fallit, at Randver atti Svanhildi, er han var ángi og bæði þau, en Jormunreki var gamall. Þetta ráð likodi þeim vel enim ángu mónum. Því næst sagdi Bicki þetta konungi. Þá lét Jormunreki konungi takा son sinn ok leida til gallga. Þá tók Randver hauk sinn, ok plockadi af fadrarnar ok bad senda faudr sinnum. Þá var han heindr. En er Jormunreki konungi já haukinn, þá kom honum i hng (hvat han hafði gert, inserunt quidam), at sua sem haukrinn

var hsteigr ok fiaðurlaust, at sua var riki hans bært, er han var gamall ok síðanste (sonlaust). Quidam alli, rectius, ut opinamus). I.e. Id fando inanđit rex Jormunreco, cognomeno Potens (sc. quod virgo regia Svanhilda apud Jonacrum regem et Gudrunam Gjukiadem, ejus uxorem, adolesceret) Legavit adeo grantum suum Randverem, ut eam sibi in matrimonium emiret. Ubi autem hic ad Jonacrum venit, Svanhilda illi in manus data est, ut eam ad Jormunreco transportaret. Tunc Bichius interpellabat, magis congruum est, ut Randver Svanhildam in matrimonio possideret, quoniam illi juvenis esset, atque illi amba; Jormunreco contrā senex. Id consilium dicitis adolescentibus complacuit. Verum deinde, parvo temporis interieſtu, Bichius ipse rem detulit ad regem. Tunc rex Jormunreco comprehendere justit filium suum, atque ad patibulum duci. Randver autem (ante) accipitrem suum capiebat, et penitus ei decerpebat; subens, ut accipiter (ita trac-

## GUDRUNAR-HVAVT

## INCITAMENTUM GUDRUNÆ.

I.

- p) frá ek feno 4)  
 i) Slipr-fengligsta 5)  
 k) Travþ mál 6) talid  
 Af trega stórom.  
 Er harþ-hvgvþ  
 Hvatti at vígí  
 Grimmom orþom  
 Gvdrún sono.

II.

- Hví sicut I) er  
 Hví sofit lisi 7)

Id fandð percepi jurgium  
 Atrocissimum [fuisse],  
 Coacta verba prolata  
 Ex magna animi ægritudine,  
 Ubi animo aspera  
 Acuebat ad pugnam (caedem)  
 Sævis verbis  
 GUDRUNA filios.

II.

- Cur vos sedetis?  
 Cur vitam somnō transigitis 7)?

Teiti

- i) Slipr-fengligsta, L. Slipr fengligsta, divisim S. membr. hic est scripturæ compendium vulgatum in priore vocis parte, quod facile per Slipr enuntiari vel suppleri potest.  
 k) Trauþmál, una voce L. et S. et parum sanè ad rem ipsam interest.  
 l) Er exclud. Membr., et L. intra cancellos ponit, sed multò melius eam voculam servavit S.

tatus) ad patrem suum mitteretur. Deinde fu-  
spendiō necatus est. Ubi autem rex Jormunre-  
cus accipitrem adspexit, et in mentem venit  
(quod commiserat &) quemadmodum accipiter  
volandi facultate dexteritus esset, utpote penitus  
orbatur, ita invalidum esse regnum suum, cum  
senex esset et visus captus (filio orbui).

4) Verbum ac fenna, jurgare, et quidem ejus  
Præteritum tenenti, in Tomo 1. hujus Eddæ  
exhibet Hymir-Quida. Nomen vero quod ad-  
tinet, consulendum est Gloss. ejusd. Tomi,  
sub eo ipso vocabulo.

5) Quod ad priorem partem hujus Adjectivi adti-  
net, res est sanè quam ambigua. Carmen  
Völva-spa hujus Edæ numerat simum nomine  
Slipr inter infernalia flumina, atque eum cum

fordibus et censibus profundiæ prædicat. A po-  
steriore, quod amnis citato loco provecte  
perhibetur, aliquod, quantumvis tenue satis  
ut multis visum iri putamus, ab eo, inqui-  
quimus, muruati sūmus qualecumque funda-  
mentum nostre huic interpretationi, et sanè  
contextus verum nobiscum facit, quicquid  
de verbis sit.

6) Utuncque de aliis est. Mál certè de negotio  
vel je cum ratione accipi potest e genio Ser-  
monis nostræ, ut adeò sit sensus: Res moleras  
enumeratas, nam Travþ vagum est vocabu-  
lum.

7) Componendum sanè est è Sigurðar - Quida ul-  
tima, vers. XI, lin. 5 et 6: þar myn ek fifta  
ek fosa lisi.

Hvſ tregrap 8) yckr-

Teiti at mæla.

9) Er m) JÓRMVNREKR

*Cur vestro animo molestum non est*

*Hilares sermones proloqui?*

9) Postquam ERMANARICUS

Ydra

m) Jórmunrekr hoc loco, uno c. l. k. Oinnes; ut opinamur altera lectione rectius sub var  
e supra. Consule Gloss. Tom. I. hujus Eddæ, ubi nominis etymon exhibitum est.

- 8) Vidimus libros, qui præferauant Tregr, absque negatione, unde sensus foret talis: *Cur' vobis molestum est I. vor piget, contra intentionem regius loquentis, et contra rem ipsam.*  
 9) Auctor hanc rem in sequentibus exornat satis et amplificat, ex persona muliebre. *Suorū autem eam simplicius et distinctius narrat; verba ejus: [z]at var eitt sinn er Ermenisce konúngr reid or flógi frá veidnum medhird sina, en Svanhildur drottning er at haddilliki, þá rípu þeir á hana, ob trúpu hana undir hesta fótum til bona; i. e. Evenit aliquo tempore, cum rex Ermanaricus ab salu et venatus equo domino uheretur cum suo scutellio; Svanhilda autem regina apricaretur cum caudefacienda gratiâ, ut equos in eam incitarent (Iussu boni regis, sine dubio), concurrentque eorum pedibus usque ad uenem. Relatio Volsunga-soga hec est, notanda sùnè, maximè quod ad regis coniliarum actiner: Bicki mælti, þat er semilegt, herra, at vita hvat tida er um, þó vanda se npp at bera, en þat er um vélur þær, at four þjnu hefr sengit fulla ást Svanhildar, ok er hon hansi fridla, ok lát flíki eigi óhefni. Mörk ill ráð (Utráð, una voce, Björner) hafdi haun aðr kent, þóst (ok at Björner) þetta bite fyrir ok hanu ráð ill. Konungr hlyðdi hanus morgum ráðnum, han mælti, ok mætti eigi flíua fíg af reidi: at Randver syldi taku ok á gálgans festa. Ok er honu var til leiddar gálgens, þá tók han hawk eina af plockadl af honum allar stadtirnar, ok mælti, at syna syldi sandri hanus. Ok er konúngr sá, mælti han, þar mæ nu ská at honum þikir ek þann veg hniginn fæmluni,*

sem hawkinn födrunum, ok biðr hanu taku af gálgum. Bicki hafði þar ummælt (Cum vult, rectius forte) á medan, ok var han dandr. Enn mælti Bicki, anngezum manni áttu verri at vera enn Svanhildi, lát hana deyja med skómmi. Konungr fórar, þat ráð munum ver taku. Síðan var hon bündin í borgar-hliði, ok hleypt (Hleypt, Björner, minus recte) heutum, at henni (fortissle, áhana). En er hon brá sunndr auggum, þá þordu eigi hestarnir (hestarnar, Björner, vitoð) at spora hana. Ok er Bicki sá þat, mælti han, at belg skyldi draga að höfn henni, ok fva var gjört, en síðan lét hon líf sitt. Cap. citati Libri XVIX. pag. 106 & 107. Id est; Bickius (ad regem nimirum reversus) fatus est: *Addecer sanè, domine! scire quid rerum agatur, et si indicatu periculofum sit; id autem pertinet ad eas fallacias (fraude), quod tuus filius naclus est plenum awarem Svanhilde, atque ea illius est concubina (amata), cave sanè, ne id insultum sit.* *Malita malitiosa confilia ille (Bickius) ante (regem) docnerat, et si hoc efficiacissimum existaret, accedens ceteris ejus consiliis improbis. Rex obsecutus est multis ejus consiliis; ille profatus est, atque ab iracundia sibi temperate nequibat. Randverem comprehendendi, et patibulo suffigi iubens. Ubi autem hic ducebatur ad patibulum, sumptus accipitrem, atque ei evulsi pennas omnes, iustissime, ut ille sao patri ostenderet. Quem cum rex videret, ita loquutus est: *Illi videre licet, quod ille existimat, me itidem splendore dignitatis exutum esse, quemadmodum accipitrem pennis.* Similiter, in be*

Ydra systor	<i>Vestram sororem</i>
n) Unga at aldrí	<i>Juvenculan ætate</i>
Jóm of traddi 10)	<i>Equis contrivit</i>
"o) Hvítom ok svörtom 11)	<i>Albis atque nigris 11)</i>
A p) her-vegi 12)	<i>In via publica 12),</i>

## III.

- u) *Unga*, Omnes L. non enim *Junga*, quod harmonia literarum poëticas videretur poscere, sed plura talis licentia Nostrarium exempla dedit homo eruditus *J. Olavius* in Tractatu suo, præmium publicum nacto, qui inscribitur Danicæ: Om Nordens gajne Digtekunst; et sànd alia exempla hujus non ingratæ negligentia invenire est apud Autorem in hac ipsa Oda.
- o) Hic novum versum, quatuor lineis constantem' orditur S. nulla sub necessitate.
- p) Membri. ipsa a prima manu, *Helvegi*, i. e. via funesta, sed deinde id in ea subductum est, quod tamen L. adhuc præfert ex varietate lectionis. Leætio Chartarum sincera hic multum præstat.

jubet cum patibulo detrahi. Inter ea Bickius de eo encendo mandatum (*litteribus*) dederat (*cejus necem procuraverat*) adéoque (*Randver*) jam extinctus erat. Porro Bickius (*regi*) logutus est: Adversus neminem inferior esse debet, quam Svanhildam; cura igitur, ut ea ignominiosa morte pereat. Rex respondet: id consilii capitem. Deinde adeo illa in portu urbis, virilla, collata est, atque equi in eam immisisti. Ubi vero ea obtutum oculorum intendebat, equi non ausi sunt ungulas suas ei admovere. Quod cum videbat Bickius, consilium fugisse, ut caput ei succidere involveretur. Ita factum est, et hoc modo ea statim vitam suam amisi. Hic verum evenit vaticinium Brynhilæ Budliadi moriturae de Gudruna regina et ejus filia Svanhilda, vers. IX. et seqq. a fine in *Sigurdar-Qvida ultima*: *Mvn' hou Svanhildi Senda de landi Sine ney Oh Sigurdar.* Hanc mvnvo bita Bickius råb. *Hvist Jörvunrekre Óþarft (Óþarft) lisiſ.*

In transitu res duas hic advertimus, nempe regem flumum et crudellem, et Consiliarium regium vafrum et malicie plenum.

- 10) Formatio Preterita obsoleta, pro *Trôd*, a 18 Indicativi *Tred*. Ita etiam Priscos usurpare novimus bvrði, *juravi l. juravit*, pro *Sor.* id, quod hodie hominibus nostratis, nimirum peritis in quibusdam rebus, sed in hac re imperitis, parum ad palatum fore arbitramur.
- 11) *Hvitom-svörtum-grám*; mira simplicitate regina rem exadegere studet ab eorum colo-ribus, re ipsa dicere vult, eaque in filiam immixtis multos numerò fuisse; respice etiam ad N. 9.
- 12) Quod *Herr*, prior pars vocis, in prisco sermone, et quadam tenus etiam in hodierno, nimirum voce *Alla-heriar*, populum noter, ante ad hunc Tomum monuimus et adstrinximus.

q) Grám gáng-tavmom  
Gotná 13) hrofslom.

*Griseis, cursui adsvetis,  
Viatorum 13) vectoribus (jumentis).*

## III.

r) Urþv-a íp glskir  
þeim 14) GVNNA RI  
Né in heldr hygpir 15)  
Sem var HÄUGNI.  
Hennar s) mvndop íp

*Neutiquam vos similes extitistis  
GUNNARI ac ceteris 14),  
Neque uide animati  
Quemadmodum erat HÜGNIUS:  
Ejus 16) mortem, opinor,*

## Hef-

- q) Gram, per a lené, omnes Libri, quod sand potuerit esse dandi casus, ab Gramr, rex, in connexione referendum ad subsequens Gáng-tavmōy, quando sensus foret: Regi in curfa obsequiofis, sed alteram tamen lectionem nobis præferre libitum est.  
 r) Urþv-a, uno verbo, Membr. rectè, ut ab ea sperare erat. Sed Urþv a, divisim L. e. S. perperam et invito Sermone.  
 s) Manoh, per a, pro more suo, S. et quidem in futuro Indicativi modi, quod quidem multum valet ad stimulationem p̄x altero, verum tamen admittit non potest in sermone, propter sequens Ettip in Subjungendi modo.

13) Gotnar proprii ii, qui terra iter faciunt, quemadmodum e contrario Flotnar, qui mari proficiuntur. Prius a Verbo at gá, ire, ambulare; posterior ab At fíte, fuitare, innatate, ortum ducunt. Et sám istud Gorna hic videri posset in Sermone poetico supervacuum, unique adversus regulas Eddæ Snorriæ adpositum est. Verba ejus expressa sunt Periphrasis non utendum esse, ubi ipsum tei vocabulum per se plenum et platum est; hoc autem nostro loco arbitramur Hrof per se satis plenum ac platum esse. Utro ea sunt, nihil minus tamen nobis visam est Auctorit periphrasis quomodoconque in versione exprimere.

14) Hic eriam suis verbis comprehendit Högnius Gunnaris fratrem, etsi mox postea de eo separatum loquatur quæ polylogia muliebris est. Urþv-a íp glskir &c., lin. p̄ced, nam temere dixit regina; nam Volfsunga-sage testimo-

nium universale de Volfsungi et Gjukungis expresse habet: Volfsunger ok Gjukungar segia meum at verit hafi uestrir höfdingiar ok rikis-men, ok sua fust i öllum fern-qvædum; i. e. Fand houinum confat, Volfsungs et Gjukungos omnibus herreibs ac proceribus (viris potentibus) antecelluisse, que res etiam in omnibus priscis Carninibus celebratur; Cap. libri cit, Cap. XLVII. pag. 105. Quodsi die-tos fratres Gjukongor 1. Nifungs aliunde non cognoverimus, sand eorum animi et corporis fortitudinem satis superque didicimus ex Odís nobilibus, que inscribuntur Atla-qvida in Granlendzka et Atla-mál in Granlendzke,

15) Hugpir, oppido ratum vocabulum, contractum ex Hegspir.

16) Nimurum Svanhilde-fororis vestra. Et mirò adfædu deinde repetit mentionem de fratribus gñimi fortitudine.

Hefna leita  
Ef ip móp z) ettip  
Minna bræpra.  
Eþr harþan hvg  
u) HÚN-konúnga 17).

*Ulcisci tentaretis,*  
*Si possideretis audaciam*  
*Meorum fratrum,*  
*Vel animihi adspicere*  
*HUNNICORUM regum 17).*

## IV.

Pá qvap pat x) HAMDIR  
Inn hvgom stóri.  
Litt mvndir pú  
y) Leyfa dáp HAVGNA 18)

*Tunc id profatus est HAMDER*  
*Ille magnis animis præditus:*  
*Parum sancte credo te*  
*Laudasse virtutem HÖGNII 18),*

z) pá

e) Æstriþ, S. ratione vulgari, et recte.

u) Hær konunga, divisiim, omnes Libri, quam lectionem non ausi sumus adoptare, etsi non ignoremus Virum eruditum P. K. Anckernm statuisse in sua Præfatione ad LL. Juticæ ab se editas, quod tales divisiones a prisca majorum simplicitate in scribendo provenerint.

x) Hamþer, per þ, Omnes iterum, quæ litera sub talibus circumstantis utinam penitus in sermone nostro fuerit eliminata. Conf. Introductionem prosaicam supra sub var. d.

y) Leifa, per i, o: linquere, S. Vide peritiam Librarii in nostro Sermone!

17) Tacitè intelligi vult, ut opinatur, *Sigurdum*, primum maritum suum, qui ei maximè erat cordi; et Plurali uitetur numero, pro singulæri, ad ejus decus amplificandum. Quid enim *Atla*um, maritum suum secundum, in exemplum sumeret? qualiter erga eum animata fuerit, satie constat ex *Atla*-málon enom *Græuleuszo*. Preterea *Vilkina* - sagá memorat, animi mollitiem ei expresse objectam fuisse.

18) Mirè de *Högnio* solo loquitur, cum tamen sine dubio *Gunnar* frater unà cum illo inter-

fuerit consilio de *Sigurdo* è medio tollendo, imò auctor ejus consilii principius, ut norum esse potest ex *Oda Sigurdi ultima*, et *Volfsunga-saga*. Arqui dicta *Oda*, cuius testimonium in hac re plurimi facimus, commemorat *Högnium* diffusissime istud negotium, versu, qui incipit: *Eino þvi Havgvi Annuför veitti: usque ad lin. 8 versus proximè sequentis. Verum occasioneim hujus improprii rapuit princeps regius, invidiosè quidem, è matris verbis præced.* Ne inn heldr hvgþir Sem var Havgvi.

- 28) þá er SIGVRP vökto 19)  
Svefni or.  
29) Bækvr p) vóro pínar  
Enar blá-hvító  
Ropnar í vers dreýra  
Fólgnar í val-blópi 21).

## V.

- Urþo pér a) brápar 22)  
Bræþra hefndir  
Slíprar 23) ok fárar  
Er pú fono 24) myrpir.  
25) Knættim a) úngrar  
A JÓRMVNRECKI  
b) Samhyggiendr 26)  
Systor hefna.

z) Er þeir Sig. &c. S.

b) Váro, S. et rectè sand ex dialecto Toparchia Thingeyensis in Islandia.

a) Brápar, cancellis includit L.

a) Ungrar 4, exclud. Membr.

b) Ita Membr. et L., sed Samhygindr præfert S.

- 19) Ad invidiam pluralem numerum hic usurpat  
juvenis regius, cum tamen vulgo constet,  
solum Gutormum, Nilungorum fratrem, Si-  
gurdum cum conjugi sua cubantem in lecto,  
ac dormientem, adortum esse.  
20) Has Bækvr quod adinet, nonnihil illustrasse,  
nos opinamur ad Odam Sigundi ultimam & ali-  
bi. De frigulis sand tellitabur, sive ea fue-  
tine lodices, sive gaußpa, nobis Brekán I.  
ébreida, maximè ed vergit nostra opinio, ut  
gaußpa hic sine intelligentæ, in quibus acu-  
pingendis mirò se adhuc exercit mulierum no-  
stratum ingenium artificiosum.  
21) Hæc ultima linea nullo alio proposito adposita  
est, quam rem quomodocunque amplificandi.  
22) Brábar-hefndir. Quod regina hanc ultionem  
fratrum statim aut paulò post eorum necem  
exequuta fuerit, adparet ex Edda nostra in  
Odii Attali regis, atque ex Volunga-faga Cap.

## Quando SIGURDUM

E somno exsuscitarunt 19).

- 20) Acupitilia tua erant,  
Illa caeruleo et albo colore præditæ,  
Rubefacta mariti sanguine,  
Cooperata funesto cruento 21).

## VI.

- Evenerunt tibi[nimium] præcipites 22)  
Fratrum ultiones,  
Nefaræ (funestæ) 23) atque acerbæ  
Ubi tu gnatos [tuos] 24) occidisti.  
25) Sand possemus juvenculæ  
In ERMANARICO,  
Consentientes 26),  
Sororis mortem ulcisci.

## VI.

XLVII. pag. 102, ut adeò Auctor non temere  
hic posuerit nomen Brápar.

- 23) Respicio ad Adnotationem nostram superius,  
ad l. vers. hujus Ode sub No. 5. Utcumque  
est de aliis, sand res ipsi utrobique vertitur  
in cardine originis vocum nempe Slíþr,  
ibidem membra, et Slídra, gen. s. que Le-  
ben, etiam in Sermone hodierno, denotat.  
Ab harum alterutra, vel utraque, Auctor for-  
masse videatur Adjectivum hoc, alias pror-  
sus insolens. Ab hac ultima acceptione pen-  
det nostra parenthesis h. l. sed versio ipsa in  
contextu referat se ad ea, que adligimus sub  
No. 5 modo adlata.

- 24) Non sine ratione princeps regius matri sui  
hoc, pte aliis omnibus, exprobrates.

- 25) Si nimium tu filior tuos è medio non sufficieris.

- 26) Sand quam rectè et necessariò hoc nomen in-  
terposuit Auctor.

## VI.

c) Berip hnossir fram 27)  
Hún-konúnga,  
Hefir pú ockr hvatta 28)  
At hiör-píngi.

## VII.

Hlaundi Gydrún 29)  
Hvarf til skemmo 30)  
Kvmbi 31) konúnga  
Or kéróum valdi  
Sípar brynið  
Ok sonom færpi.  
d) Hlóþvz 32) módgir  
A mara e) bógo.

## VIII.

Pá qvap þat Hamdir  
Inn hvgom stóri.  
Sva komaz 33) meirr apra.  
Móþvr at vitia  
f) Geir-niörþr 34) hnsginn

## VI.

Promite thesauros 27)  
HUNNICORUM regum;  
Tu nos jam stimulasti 28)  
Ad ensium concilium.

## VII.

Ridens (gestiens) GUDRUNA 29)  
Contulit se ad promtuarium 30),  
Insignia cassidum 31) regiarum.  
E vasariis delegit,  
Demissa[que] cataphractas,  
Et gnatis adtulit.  
Onerarunt 32) animosi corporibus  
Suis caballorum armos,

## VIII.

Tunc effatus est HAMDER  
Ille magnanimus:  
Ita post revertentur 33)  
Ad matrem visendam  
Frameæ Divus 34), dejectus

A GOD-

e) Berip hnossir &c. uno versu et quatuor lineis sistit S.

d) Hlóþvz cum sequentibus novum versum orditur S.

e) Bóga, S.

f) Geir-niörþr hnsginn, in Num. sing. omnes Libri, et loquitur princeps regius de se ipso, atqui tamen fratres suos simul intelligit.

27) Jam consilium cepit juvenis regius, ex matris adhortatione, soloris crudelern occisorem, regem Ermanaricum, adorari, necandi gratia. Quod autem ad sequens Hunkununga adminet, relegamus Leðoem ad nostram annotationem supra ad vers. III. n. 17. quanquam non diffitemur interea, Wolfgangi omnes sub eo nomine comprehendendi posse. Sane Hunni isti videntur Germanianis et adjacentes regiones latè pervagati fuisse, atque locis compluribus sedes sibi occupavisse.

28) Cum effelia nimirum, addò ut tna incentiva (Coratio) non fuerit irrita,

29) Nimirum ab sui incentivi optato effectu I. exi- tu. Et Hlaundi hic modò pro Gladri, hila-

ris, positum est, quemadmodum contrà Grá-  
tandu, pro simplici tristis, Inferius Vers. IX.  
30) Ubi nempe arma bellica, atque aliae raritates  
erant deposita.

31) Kvmbi in galeis Crissas aut alla insignia di-  
finitoria inter belligerantes olime vocata fuisse  
in nostro Sermoni, satis notum est.

32) Hlóþvz, pro sette fik l. fligo, oppidò quam  
eleganter dictum est ab Autore poëtro, et  
notandum sane ab alijs ejus artis cultoribus.

33) Komaz. Verbum medium, ad itineris difficultatem exactum pertinet.

34) Geir-niörþr est appellatio poëtica militis, et  
sane cujusque viri.

Á God-piópo 35)  
At þú erfi  
36) At öll oſs dryckir  
At SVANHILDRI  
Ok sono pína.

## IX.

GvDRÚN grátandi:  
GJÚKA dóttir  
Géck hon tregliga 37)  
 Ok haldit  $x)$  er lík at lípom  $33^{\circ}$ .

## XII.

*Eam cano tibi septimam,*  
*Si te forte occupet*  
*Frigus in monte  $32^{\circ}$  alto:*  
*Pestiferum gelu nequeat*  
*Tuum corpus perdere,*  
*Negue constringat tibi artus corpo-*  
*ris  $33^{\circ}$ ).*

## XIII.

$t)$  *Kémr*, Iid. *Kómr*, L. ex varietate, i. e. invadit. Verba transponit S. hoc modo: *Ef fækia pik kémr*, quod neque improbamus.

$u)$  *Hverfa*, S. id. *Hvera*, O.  $\circ$ : thermorum, aquarum ferventium, joculariter quidem prima specie, sed notum tamen est, sævissimum frigus ignis effectum in vivis corporibus urendis habere.

$x)$  *Or*, Omnes, ad verbum ex l. nostra in fém. sing. et neut. plur. utrumque hinc prorsus alienum. Est forte, ut *Ör lík* legi debeat,  $\circ$ : vegeta corpora, quod parum congruit in unum corpus filii; ergo *Lík* restringere licet ad membra exteriora, manus ac pedes; et *At lípom*, per artus, proximè vertendum esset, quamquam *Lík at lípom* videri possit esse figura Hendiadys, corpus (corpora, membra) cum articulis, per articulos,  $\circ$ : corpus articulosum, articulis præditum.

cesserat lin. a. 3. Non minor Tropus est in acceptione hujus loci, quam facit Vir ingeniósus atque summius Etymologus in hisce regionibus, J. Olavius Hopponensis, a nobis hoc in scrupo' consultus; ille nempe per *Lápr* intelligit molē parrem, sive infundibulum, patellam molarem, sive cistellam subtins, qua far molitum excipitur, et inde laxiū per Syncdóchen molam ipsam. De cetero quod ad sensum ipsum a nobis non dissentit, ut mater dicat adolescenti. In propria mola molis tibl' et ventum et aquas, i. e. illis ex arbitrio tuo et cōmodo usare. Verbulō tandem advertimus, *Lápr* revera Ac-

cusandi casum esse, quem tamen nos propter Datiō' in Versione expressimus per Antipro- sin. Verou non minus verisimiliter sine illa figura Accusandi casus servari potuerit hoc sensu: Aér et aqua una tibi intrent in cu- leum, re ipsa edēm abeunte, ut supra sta- tuimus, nempe ad potestatem in ventos et aquas.

$32^{\circ}$ ) Modò ante consuluit itineribus maritimis, nunc ad montana itinera, quæ sepe sunt pe- riculi plena, transgreditur.

$33^{\circ}$ ) Plura de sensu loci hujus occupavimus in varietate X. ad quam lectori suspicendum est.

## XIII.

Pann gél ek pér enn átta  
 Ef pik úti nemr  
 Nóttá á nifl-vegi 34).  
 At því 35) firr megit 35)  
 pér til meins göra  
 Kristin 36) davp kona.

## XIII.

*Eam cano tibi octavam,*  
*Si te sub dio deprehendit*  
*Nox in larvarum via 34);*  
*Ut ed minus valeat 35)*  
*Malum tibi facessere*  
*Christiana 36) mulier mortua.*

## XIV.

34) *Eyr*, prius, S. i. e. ad rem, Quā seriūs queat. Sed verius fuerit, per inscitiam Librarii corruptam esse lectionem hauc ex altera *firr* per i. Deinde *Megi ar*, divisim, L. et O. Si jungeretur per hyphen, recte quidem et plenē, non autem disjunctim.

34) J. e. locō quō umbrē mortuorum vagantur nocte. Conf. *Hrafnas-galdr* s. Corvinium vers. XXXV. lin. 5 et 7. Item *Náir* in *Gloss.* Tom. I. hujus Operis. In melius hic accipitur *Nifl-vegr*, quam ut tantum adstringatur ad sepulcreta. I. tumulos mortuorum; et si non nesciamus *Vegr* simpliciter de loco s. certa terra parte adhibitum videri posse in composita voce *Gálg-vegr* supra vers. IX. lin. 3.

35) *Firr*, ad verbum procul, remotē, hic negationis vicem sustinet, atque idēo hic, ut semper alias spud Auctorem, due negationes pro una posite sunt.

36) Auctor sām potuit esse homo Christianus, Æmundusne an alius quisquam; nihil remen minus hoc loco verba faceret ex persona hominum ethnicorum, quos constat arbitratos esse, quod certè primi Christiani res magicas exercuerint, quam suam persuationem ierud invidiosum et malitiosum ethnicorum calamitorum genus non modo de viris Christianis, sed fortasse. etiam de mortuis fovevit, quasi hi post mortem in tellurem seduces, lemurum instar vagantes, multa mala sibi ethnici facesserent, Aliquid fortasse

etiam de resurrectione Servatoris et Sanctorum, qui cum eo revixerint, per nebulae quandam inaudientia pagani, atque idēo iis, qui a Christo nomen sibi adseverant, eandem vim miraculosam adtribuerint. Denique posito, sed nondum concessō, Eddam hanc Æmundinam ab Ethnico quodam vel ethnici esse contextam, nihil obstiterit, quod, ii vel in nostro septentrione aliquam renuens notitiam de Christiana religione et Christianorum ritibus ac miraculis pér rumores obtinuerint. Ex hoc autem loco, prater ceteros quosdam hujus Eddæ recte partim observavit summè venerabilis atque eruditissimus, dum viveret, Præsul F. Johanneus Dr. Christianismi vestigia in Eddis nostris; consule Euseb. Toin. I. pag. 23 sqq. Historia sua Ecclesiastica, Operis quantivis preiij, et laboris in eius literaturæ genere sane quam herculei. Ut verò cunque sit hæc res, nihil adhucdum pro certo, neque ex hoc, neque e ceteris locis, a laudato Præsule adductis, super Auctore hujus nostræ Eddæ, Christianusne an ethnicus fuerit, statui potest.

## XIV.

Pann gél ek pér inn niunda  
 Ef pú viþ inn nadd-gavfga  
 Orþom skiptir jötun 37).  
 Máls ok mannvits  
 Sé pér á z) minnis-hiarta 38)  
 þ) Gnóga 39) of gefit.

## XIV.

*Eam cano tibi nonam,*  
*Si tu cum claro illo jaculatore*  
*Verba commutas, gigante 37);*  
*Sermonis ac rationis*  
*Sit tibi in memori corde 38)*  
*Abundè datum.*

## XV.

z) *Mimis-hiarta*, O. et L. ex varietate, i. e. sapienti corde, aut etiam memori, ut Versio habet, conf. *Mimir* in Gloss. Tom. I. hujus Operis, et præcipue sub finem.  
 þ) Sic omnes Libri; quod nomenne an Adverbium sit, pro certo dicere non habemus, nam alias nobis neque visum, neque auditum, fuit unquam. Interea tamen è se ipso satis ad intellectum liquidum est. Mox *Afgerit*, una voce, O. et L. ex varietate. Istud *Getit* probum satis est per se, sed Of non facile tolerat lingua nostra, sive nimium notet, sive parecon sit, Verbis præfigi; sunt tamen, quod ad prius admittit, aliquot exceptiones, ex. gr. *Offekka*, perseguiri, *Ofraka sik*, supra vires suas niti, *Ofþiboda*, active et impersonaliter, nimium onus imponere, ex. c. jumentis, nimio terrori esse.

§7) De singulari aliqua persona potestate, arte bellica, verborumque ac ingenii sapientia pollente inter gigantes, sermonem hic esse, nihil dubium est; consule nostrum hypothesin sub N. 1. item N. 2. *Thrym* quidem Thurzorum dominum potentem dynastam fuisse inter suos, notum esse potest ex *Oda ejus eponyma*, *þrýmis-quida*, alias *Hamarsheim* h. Edda; verum ille nihil magnopere commendatur ab sapientia sua facundiave, nihil magis quam ab arte bellica. Nostra ergo opinio eò rediret, ut, si adolescens iste statuendus foret *Groð Völve* s. *Sage* filius (de qua in Numa. 2), tunc intelligendum esse *Vafþrduðner*, cuius nobile Carmen exordit Tom. I. hujus Operis; conf. vers. 1. lin. 6, II. lin. 4 ad 6, V. lin. 3, XXVI. lin. 2 et 3, quod s'apius in eo carmine repetitur.

De cetero fusius egimus antea sub N. 1. de itinere iniquo et periculo, nostra Lingua *Forsending*, quod putavimus adolescenti nostro ab aliquo injusto Tyranno ad aliquem alium Tyrannum fuisse, quiq[ue] illi tyranni demum fuerint.

§8) *Minnis-hiarta*, Hendiadys, ut alias, pro *Minnug-hiarta*, quod aliquanto rigidius foret ad elocutionem poeticae; alias constat, Genitivos sepe Substantivi cum Substantivo Adjectivorum partes agere in nostro sermone.

§9) Quæ pars Orationis hac ignota vox sit, diximus nobis non satis constate; sed hic adponimus opinionem nostram quod nihil impedit, quo minus ea sit nom. Subst. gen. f. m. pro *Gnægd*, abundantia, l. *Nægla*, sa-tietas.

XV.

- Far þú *a)* nú æva  
*a)* Þar forráp pikir  
 Ok *b)* standit pér mein fyri munom  
*40).*  
 Á jarþ-föstom steini *41)*  
 Stóp ek innan dýra  
 Meðan ek pér galdrá gól.

XVI.

- Móþur orþ *c)* ber þú  
 Mavgr hépan *42)*  
 Ok lát pér i briósti búa *43).*

XV.

*Nunc tu eas nunquam*  
*Ubi pernicies sentitur!*  
*Neque' obstacula fiant tuis optatis 40)!*  
*In saxo humi fixo 41)*  
*Stabam intra ostium,*  
*Dum tibi cantiones cantavi.*

XVI.

*Matris verba fer*  
*Mi fili! hinc 42),*  
*Et fac tibi in pessore habitare 43):*  
 Pvi

*e)* Nú, vacat, in S. & O. minus benē.

*a)* Pér, tibi, L. & O. omissā connexionis particula, vel restrictione necessaria. Mox *for Rád*, O. verbō, præter consilium *o*: inconsultum (videtur).

*b)* Standi, O. & S. ubi obstaculum sit &c. et O. quidem in hac lectione sibi ipsi non est dissentaneus, quod non item valet de libro S.

*c)* Ber þú, hanc lineam claudit in L. et S. sed non minus commodè ad metrum sequentem lineam inciperet.

*40)* Dux priores lineam consilium, hæc verò tertia votum, continent; et latenter sub consilio mater videtur cavere, ne, filius faustis suis prestationibus nimium fretus periculis inter eundum temerè se objiciat. Atque tribus hisce lineis consilia et vota sua in unam summam concludit.

*41)* Hoc momentum præsentis negotii mirè hic pro ceteris memorat mater, neque ut opinamur sine ratione; id enim ejus mentione videtur velle, sua consilium, si illis obediatur, itemque vota sua, haud minus firma atque solida ad felicitatem gnato suo fore, quam

saxum intra ostium tumuli, super quò exstantis et consilia et vota fecerat.

*42)* Hic latenter gnato denunciat abitionem, item simul quod ipsa nunc absolverit omnia, quæ in ejus salutem consilere et votare decrevisset ac portuisset.

*43)* Nullo efficaciore Verbo ad hunc rem, nempe memoriam et fidem eorum, quæ dixerat, uti potuit mater, quam hoc ipso *At búa*, quod reipse continuationem mansionis significat sèp̄ usualiter. Et rectè antea pectoris mentionem fecit, ubi de memoria res erat, quæ una est animæ facultatum, ut omnes norunt;

sedem

Pví noga heill d)

Skaltu of aldr hafa

Mepan pú min orp of e) mant 44).

*Namque sat felicitatis*

*Per etatem obtinebis,*

*Quamdiu mea verba in memoria te-*  
*nes 44).*

d) *Skaltu*, ad hanc lineam refert L.

e) *Mant*, S. ex more suo, quod hic vix procedit. *Mant*, O. quod intermedium est in-  
ter hodiernum *Mant* et antiquum *Mant*, neque prorsus improbari debet.

sedem adeò anima in pectore, atque adeò  
corde, ut Servator ipse facit, constituit.  
Respica etiam nostram annotationem ad Ham-  
dis-mál, sub N. 90.

44) Non modò memoriam verborum suorum a  
filio postulat, verum etiam, quæ præcipua

res erat et est, ut ille fideret verbis suis ac  
votis. Simil subest sententia universalis,  
eum, qui parentum consilii obsequitur, fel-  
licem vitam obtentur esse, quod et ipsius  
quartum præceptum Decalogi pertinet.

SPECIMEN GLOSSARII  
SIVE  
INDEX VOCUM,  
TERMINATIONUM RARIORUM ET PHRASIVM  
IN  
PARTEM HISTORICAM EDDÆ SÆMUNDINÆ.

Aaaa z

ODÆ IPSÆ CITANTUR ABBREVIATE HUNC IN MODUM:

	Pag.
VQ sive V. Völundar-Qviþa, <i>incipit</i>	1.
HI. Qviþa Helga Haddisnigaskata	25.
HII. Qviþa Helga Hundingsbana in fyrrí	53.
HIII. — — — in síþari	85.
SL. Sinföltla-Lok	117.
SI. Qviþa Sigvrþar Fafnisbana in fyrsta	123.
SIIa. — — — önnor, fyrrí partr	149.
SIIß. — — — síþari partr	167.
BI. Qviþa Brynhildar Bvdladóttor in fyrsta	189.
SIII. Qviþa Sigvrþar Fafnisbana en Pridia	211.
BII. Brot af annari Brynhildar -qviþo	243.
HB. Helreid Brynhildar Bvdladóttor	257.
GI. Qviþa Goþrúnar Giúkadóttor in fyrsta	269.
DN. Dráp Niſlúnga	285.
GII. Qviþa Goþrúnar Giúkadóttor önnor	289.
GIII. — — — Pridia	325.
O. sive OG. Oddrúnargrátr	335.
AQ. Atla - qviþa in grönlenzka	361.
AM. Atlamál en grönlenzko	411.
HM. Hamdis-mál	487.
GH. Gvðrúnar - hvöt	519.
GG. Gróu-galdr	535.

Numeri arabes abbreviatam Odæ inscriptionem sequentes, illius versum l. stropham, significant.

Var. adscripta littera alphabeti, varietatem lessitonis.

Obs. adscripto numerō, observationem l. notam.

Asteriscus vocem in Glossario primi tomi occurrentem.

GS. Loca carminis apoeryphi Gvñnarsslagr dīſi (de quo præfatio consulenda).

Cætræ abbreviationes ad calcem Glossarii & Ind. n. pr. illustrabuntur.

## A. A. æ.

- \* A pro i terminans 1. & 3. personam  
subjunctivi praesentis & præteriti.  
\* A pro i claudens gerundium.  
A pro recentiorum i terminans 1. pers.  
præteriti e. gr. hvgda pro hvgdi unde  
hvgdac l. hvgdak contrahit pro hvgda  
ek cogitavi, putavi cat.  
\* A non, verbis & pronominibus suffixum.  
Convenit partim LL. Græc. Sam-  
str. Zend & Pelv. an vel a AS. & priv.  
In significatione et constructionis modo  
convenit omnino similibus particulis na-  
tionum Caucasiarum e. gr. Akus. e, ra  
Tschets. az. Cfr. at i. De particulis  
negativis quæ præsentim adjectivis præ-  
figuntur, vide ò, ú, van, i.  
\* Á (præpositio cum ablativo l. dativo)  
in, super. Svec. à Dan, paa Germ. auf  
Angl. a \*) it. Angl. & AS. on MG.  
ana CBrit. ar Gr. iv, tvi.  
\* A præpositio cum accus. significans in  
locum, ad locum vel scopum versus, it,  
contra, adversus e. gr. ef hann á griþ

hygþi si adversus pacem cogitaret l.  
moliretur AM. 31. Germ. & AS. an  
Angl. AS. on MG. and, ana C. Ott.  
iw Lat. ad. Cfr. at i.

A adverbio præpositum. Farà á broit  
discedere S. II. §. 15.

\* Á nimium, valde, in compos, sive à in-  
tensivum, existit etiam in Lingua CBrit.  
Cfr. A Angl. Sax. verbis præfixum.

\* Á. f. (in gen. sing. & nom. plur. hr,  
cum artic. árjar) fluvius, olim etiam  
aqua. Dan. Ger. AA AS. Ea Al. & MG.  
Aha Hib. Av. Au. Gall. Au. Eau,  
Cornv. Awy, Auan CBrit. Avon Lapp.  
Ædno Finn. Oja CLesg. Ehu Avar Or,  
Uar CTart. Arch Armen. Malabar. &  
Tamul. Aru Sanser. Arru. Cfr. S. Arna  
aqua Pers. ab id.

(ek) \* Á vid. (at) Ega.

Ácka pro áttka ø: átt'aka l. recent. áttí  
ey l. ei non habui l. possedi, AM. 13.  
Pro áka l. à ek ei non habeo S. II. §. 2.  
Ad vid. At.

Ádan

<sup>\*)</sup> e. gr. a bed, a foot, etc.

Ádán (áþan) *adv. temp. ante, antea (propter nuper, nuperrime).* *S. III. II.*  
*Cfr. Zená. Ad Pelv. Eidun Pers. Aider t. Ider Sanser. Aduna nunc Gr. ἦδη jam mox.* *Vid. Ádr. i.*

Ádr (\* áþr) *Adv. temp. — prius, ante antea (forte v. c.)* *Est forte nou alind quam árr obrol. comparativus ab ár mane i.* *AS. are, ar unde superl. ærest primum Angl. ere (unde superl. absol. erit) Germ. ehr, eher unde superl. erit (primum) Gr. ἀρχη. Cfr. Mg. airiza prior, vetustior.* *Vid. Gl. N. & Synt; cfr. Ádan s.*

Ádrir (áþrir) *alii AM. 12. V. Annar.*

\* *Af a, ab olim Lat. af (teste Priscianus) ex de. Varā lángt af því non diuerat exinde O. 16. (inuitate).* *Af bragdi pro hodierno at l. ad bragdi propere, statim AM. 2. — Dan. Sv. & AS. af Germ. et Sanser. ab Angl. AS. & MG. of Lapp. atre COss. azy Trichet. al Pers. & Pelv. az l. ez Gr. αὐτός, αφ. ab. Arab. an.*

\* *Afa f. (in ceteris casibus sing. Avfo l. Övo) Odium cet. Pers. Tafek. Cfr. AS. afos odiosus afre acerbus Uva dolor it. CBrit. Afar dolor, Indus COss. Afsnag hostis.*

Afbrydi zelotypia G. I. 9. *In aliis ventus libris vox eadem ábrydi scribitur. Est incertæ originis quamvis ab una particularum Af, Of vel Á & Brúdr (sponsa, uxor, fæmina) derivanda vi-*

*deatur. Vet. Dan. Aabryne. (Afbrigdi alias delictum, injuria ab af et bregda i.) Confer (si placet) Sanser. Abara-dia adulterium.*

\* *Afi m. hic incertæ significationis, alias avus (v. c.) pater, vir. Forte nobis legendum: pykiumz ek til únge æff (pro afi) videor mihi nimium minorennes (si jam moriturus fuero) — sensu non mutato. Cfr. Gr. ἀπόφεσι, ἀπόφεσι pater Sanser. Appen Syr cet. Abba Arab. Hebr. Ab, it. Lapp. Aigie avus. MG. Aba vir.*

Afkár immanis AM. 77. *Valde singularis miranda l. stupenda AQ. 37. Afkár faungr portentosus cantus AQ. 40. Est forsitan positum pro afkár ingratus, infestus; (vid. Obs. 200 ad AM) ita formantur afrafád, afgöra de quibus videatur Gl. N. Confer. tamen Lapp. Aackar invidus COss. Avserru l. außer ru foedus, deformis.*

Afl (Abl) *n. vis, robur H. I. 23. Existit alias Afli in mare. valor cet. AS. Abal Gr. ἀπόφεσι, ἀπόφεσι robur, vires. Hinc Augl. able fortis, validus cet. CBrit. abl Mg. abrs. Vid. Gl. N. & Synt.*

(at) *Afia (ek afia, afiaþa, afiadr) parare, procurare. Hinc Dan. avle producere, parare, generare. Cognatum est Afli acquisitio, res acquisita it. valor; Afiad est Afli l. Aphi poët. taurus, verisimiliter ob fortitudinem ita dictus; cfr.*

*Sanser.*

Sanser.<sup>1</sup> Appen taurus, ab aliis cum  
Ægyptiorum Apis collatum; vid. Af. s.  
Af-lima (indeclinab., ut videtur) diuersus  
l. abalienatus AM. 25, vid. Af abs &  
Limr membrum.

Afrek facinus AM. 103. fortia facta l.  
etiam robur, virtus; efficacia (af et reka  
i). vid. Gl. Or. S.

Af-skaffin abrasus B. I. 18. vid. Af s. et  
skafa i. Cjr. Gr. ἀπορχω l. ἀπονοέω  
differingo ἀρούρη abscindo.

Aftan vid. Aptan.

Ágæti n. honor AM. 100. Proprie bo-  
num, res eximia, cfr. Gr. αγαθός, vid.  
Ágætr.

Ágætr bonus, eximus, præstantis Gr. αγαθός  
bonus, ἄγνιστος, αγάπη admirabilis. Cfr.  
AS: agitn notus, cognitus. Vid. Gl.  
Synt. ut & N. voce Ágætismadr.

(at) Aka (ek † ek; ók) currū vehi, cur-  
rum agere H. B. Dan. age, Svec. åka  
Finn. ajan. Hinc isl. Eikr jumentum  
(cfr. tamen Lat. equus) AS. æht, (Gr.  
ἄρος) currus vehiculum, Finn. Ahkiò  
traha Lapponica.

Akarn n. (in nom. pl. cum art. Akarpinis)  
glans sylvestris G. II. 23. (cfr. ibid.  
var. m.) Dan. Agern, Germ. Eichel  
Angl. Acorn AS. Æcfern Pels. Akht,  
cfr. MG. Akran fructus Gr. ἄκαρπος l.  
ἄκαρπος genus herbae l. suffruticis (ut  
volant lexicographi) ἄκαρπη pyrus sylve-  
stris et fructus ejus quo sues saginan-  
tur ἄκαρπη glans ilicis. Nostrum deduc-  
tendum videtur ab Eile gverus.

\* Al (COfr. ali Dau. al. Germ. & Angl.  
all) vocula hæcce in compositione valet,  
omne l. omnino, (vid. \* all-valdr).  
Hinc voces multæ islandicæ e. gr. al-  
menni universitas populi, forsitan ex  
eadem origine quam nomen veteris Ger-  
maniae populi Alemanni (q. d. Dan.  
Allemand), cfr. Arab. Al Curd. Alem  
populus. Alia cætus l. congregatio olim  
apud Persas vocabatur, Herodoto teste.  
Addo Gr. ἄλιο satis, abunde ἄλιο con-  
servatus, frequens cæt.

(at) Ala (ek cl. ól, alinn l. aldr) alere  
(v. c.) nutrire, parire, gignere, hinc  
alii procreatus S. II. β. 3. Cjr. Gr.  
ἀλέω angeo, incrementum do ἀλέω,  
ἀλησσω angeor, cresco MG. aljan sa-  
ginare aliid saginatum Pers. alid kerden  
excitare aliiden expurgandi Lapp. alam  
Finn. elan. vivo Lapp. aletam Finn.  
æletær alo, vivere facio. Addo ist. Eldi  
Finn. Elo, Elatus Arab. Alik alimen-  
tum (v. c.) videtur.

Alda f. unda, fluens — quod etiam vox  
talis G. I. 23. eodem sensu sumenda sit  
mihi indubium apparet. Finn. Aaldo  
— cfr. Lat. altum (mare). Quibusdam  
a nostro ala s.

Aldar-rof, n. exitium temporis l. humani  
generis H. III. 39. Vid. Avld & Rof.  
Al-dauðr demortuus, penitus extingitus  
H. I. 11. A particula conjunctiva Al  
s. (omnino) & daudr i.

Aldin (alldinn) *annosus*, *vetus* S. II. § 29.  
*Convenit* Germ. & Taur. B. alt *Angl.*  
old *AS.* ald, alda, æld, cald *MG.*  
alds, aldrs *Lapp.* ællelam. *Hinc Dan.*  
ældre (senior) *cfr.* Gr. παλαιος annosus,  
*vetus* cæt. *Vid.* Ala, Avld, Ellri.

\* Aldir viventes (quasi geniti l. enutriti) S. I. 17. *Cfr.* MG. Ald progenies, generatio Pers. Ahali *incolea* Alnas *populus* it. *Lapp.* ælle *vivus*.

Aldr l. Alldvr m. *ætas* S. II. a. 15. *Vita* § 36. *Dan.* Alder Germ. & Al. Alter *AS.* Aldor, Aldur Ylde, Finn. Elo *Lapp.* Æled *ætas* Ællem vita. *Vid.* Ala, Aldir Avld.

\* Aldregi l. Aldri nunquam *AM.* 13. 65. *Contrarium* ab aldr- egi (olim forte aldr-a). *Dan.* aldrig. *Vid.* Aldr, Aldir s. et egi i.

\* Aldrlag' n. *atatis jaætura*, *exitium*; S. III. 5. *unde plur.* Aldr-lavg.

Aldr-lok n. *exitium, finis vitæ*, (vid. Aldr & Lok).

Aldr-stamr (*AQ.* 44.) *ætatis usq; inhibitus*. Alias verti posset: *senectute rigidus* l. *balbus*, quod autem contextui minus convenire videtur. (Aldr vid. s. Stame difficultis, inhibitus, rigidus, *balbus* Al. stamer it. *MG.* stamms *Dan.* & Ger. stem, stumm mutus \*). *Cfr.* isl. stemma *Dan.* stemme *Germ.* stem-

men *Angl.* stem inhibitere sistere, isl. stama *Dan.* stamme *Germ.* stammer *Angl.* stammer balbutire, lingua hastare. *Omnia, ut videtur, a stâ, standa stare cæt.*

Al - fadir (Alfayþr) m. pater universi : summus Deus, cuius cultum et nomen Othinus usurpaverat. H. II. 35. *Cfr.* Arab. Allah Indorum, & secula christiana St. Thomæ Alaha Deus. *Vid.* Al & Fadir.

Álf-kvngr adj. ortus e genere Alforum l. semonum, aut etiam populi ita dicitur S. II. §. 13. *Vid.* indicem nom. pr. sub voce Álfur ut et *Glossarium*, hocce v. Kyn, Kvndr.

Al-grænn usquequaque virens *AM.* 13.

Al-hvgat ex animo, animitus H. I. 21. (Hvgr).

Álit n. adspesius S. I. 4. In plur. 16. 27. *Vid.* à et lita.

All particula in compositis valens multum, valde, satis Gr. ἀλιτα. *Vid.* All-valdr.

All-fegin adeo lætatus H. III. *Aparticula conjunctiva* all valde & fegin i.

All-mikill adeo magnus, ingens. Particula conj. All et Mikill i.

All-ókátr oppido quam tristis G. III. A. Partic. All, alia privativa & & kátr lætus, Pers. schad, unde *Dan.* kaad lascivus petulans.

Allr

\* Pers. lâl mutus conferri merit cum Lat. lallare. Lallus it. *Danico* lalle balbutire, Lallen balbutire. Suplicor alias quod hic sit legendum avlidlestamar : nimio potu balbutientes l. inhibite.

Allr (f. avl n. allr) *totus, othnis, universus.* Dan. al, Germ. & Angl. all, AS. al, æl, eall, MG. all, alls, CBrit. oll, Lapp. ollos, COss. ali, ul, Gr. ἄλλος, οὐλός, cfr. Gr. ἀλλῆς *confertus*; vid. Al f. Hinc:

Allr (f. avl!) *vivere desinens, mortuus* GG. 5. AM. 8.

\* Allra omnino V. 7. Gr. ἄλλως *Lapp. ollesi* (Recent. aldeilis, avldungis Dan. aldeles Germ. allerdings *cæt.*)

All-trauþr adeo invitatus I. difficilis. Alltraude flvgar fugere invitissimus I. difficilis fugatu H. II. 49. (All & traudr f).

All-vel *perbene* I. satis bene.

\* Allz a) quando H. I. 7. quandoquidem S. II. 8. 12. Convenit Germ. als. b) Omnino, nimis: Allz til lengi perdiu prorsum HB. 13. Dan. Alt for længe, vid. Allr.

All-þver omnino I. satis aridus V. 9. Álmr m. a) proprie ulmus I. ahuis, arbor. AS. Elm *cæt.* b) juvenis vir. Metaphorice, H. II. 9. Cfr. Lapp. Olmaj vir. v.) Arcus I. spiculum H. II. 16.

Álp I. Álf Olor (v. c.) V. CBrit. A-larch \*). (Si ab islandico derivandum, etymus queratur in Á amnis, aqua vel

Áll locus profundior stagni, fluminis t. maris).

Álptar - hamr inuviae cygneæ VQ. vid.

Álpt & Hamr.

Al-fntr valde elegans G. I. 2. vid. Snottor.

Al-vitr omnista H. III. 19. VQ. Alvitr (in masc.) omniscius (I. omnia videns) Dan. alvidende Germ. allvissend *cæt.* Zend. vedeue.

\* Amátkr præpotens H. I. 12. (Cfr. Almátkr omnipotens Dan. almægtig Germ. allmächtig Angl. almighty AS. ælmhætig CBrit. ollaluog.) — ab isl. mættkr, mætrugr potens MG. mætiga, mæteigs &c. vid. Mætr.

Ámátligr monstruosus (quasi afarmætligr f. ómátligr immodicam formam gestans) H. II. 35. Vox eodem sensu jam in Islandia usitatur. Verisimiliter a Måti modus (v. c.) \*). Cfr. Dan. umaaedelig immodicus Germ. unmässig, übermässig &c. it. Sanscr. Amida immensus Gr. ἀμελέος, ὑπερμελέος.

\* Ambott I. Ambátt f. ancilla Gr. αἵρη, Cfr. ἀρφαμαῖαι servi Cretensium. Adde porro Lapp. Amat Finn. Ammati Lett. Ammats MG. Andbahtei officium, ministerium Andbahts servus, famulus Gr. σεβμάτος

<sup>\*)</sup> Vt. Germ. Elbis v. d. H.

<sup>\*\*) Dan. Maade Germ. Maads Angl. Mode, Measure AS. Mete CBrit. Modd MG. Mitaths Finn. Mitta Gr. μέτρος, μετον Zend. Mette,</sup>

\*άμαλλος labor. Circa etymum notari meret ist. Am, Amr l. Aml labor (*Ar.* Amel) it. Ami molestia. Cfr. Gr. ἀμῆλλα certamen, vid. \* Am.

Amma (*in cet. cas. sing.* \* Avmmv) avia Gr. μαμα. Cfr. Sanscr. अम् Hebr. Amma mater (apud Hesych ἀμμας) CDig. Anna COss. अम् Tatt. Ana Ing. Tus. Tchets. Nana id. Ar. Amma amita it. Svec. अम्म Fimm. Amma (Dan. अম্ Germ. Amme) nutrix; adde Angl. अम् AS. Ēam avus avunculus, pater. Vide Afi. Amon minacia VQ. 15. nom. pl. neutr. ab:

Amvnr minax l. terribilis H. III. 10. Exponi etiam potest: avidus, cupidus (VQ. 15). Verisimiliter deducendum ab ἄ priv. (pro ὁ vel ὧ) अम्वन् voluptas vel etiam ab ἄ intens. अम्वन् auius, appetitus. Cfr. Gr. ξαμεννός vehemens, iracundus.

Āmælis - ord. n. convicium SL. Āmæli idem ab ᄂ in, contra अमा loqui q. v.

An sine, absque AM. 36. Germ. one, ohne Alam. ane, ana Samscr. An \*) Gr. ανε. Cognata sunt CBrit An, ist. Van, Germ. Un Lat. in, privativa in compositione, vid. Gl, Synt. अ न. it. Van i, A priv. s.

\* An orumna, propriæ forsitan deficiens, inopia ab ᄂ sine q. v. Cfr. Gr. ἀνε tristitia, moeror Hebr. anijah it. Gr. ἀνεσ gravis, horrendus (vide avus अवूजः). Cfr. ᄂ s. अ \* Ani.

Ānaudgr servili conditione habitus. A. M. 60. (\* Ānauh).

And l. ann in compositis præfixum contra, adversus. Dan अ Germ. an Al. ant AS. and MG. and, ana Gr. ἀντι, ἀντίपερ 'ava, cfr. अजा occurro cet.

Andlát n. mors, cædes + G. S. verbotenus: amissio animæ (Avnd l. Andi अता).

\* And- skoti m. adversarius (verbotenus ex adverso jaculans l. jaculator contrarius) Pers. Achsfik Gr. ἀνθίος, ἀνθίασ, ανθίδησ cfr. Pelv. Anschota vir (forte miles).

Andsvör, Andspiöll vid. Ann.

Andvani expers, destitutus H. III. S. III. 16. G. II. 43. (Aut ab ᄂ sine, non, vel and contra अ वन् assuetus vel etiam and intens. et vanr expers, militus).

Andvarr adeo circumspelitus, vigil, intentus. Andvars आता prædæ l. escæ intentus H. I. 5. Vid. And अ varr,

Andvaris aduersum AM. 14. Verisimiliter ab and et आता remus, aut etiam आ felicitas, anconia.

\* Āngṛ

\* Ex. an anda (isi. an enda) tine fine, epitheton ab Indis attributum cœpienti maximo, terram et mare cingenti, qui in mythis eorum, pariter ac veterum borealium, stupendâ quidem convenientiâ, frequenter celebratur. Adde Sanscr. an-anga sine membris iste ᄂ आंगा sine extremitatibus aut membris. Vid. Paulini de St. Bartholomæ Systema Brahmanicum Roma 1791.

- \* Angr (Ángvr, Ángor) angor (v. c.) *incommodum, calamitas, iustus AM. 98. S. I. 20. Noxa l. lesio H. I. 10.* Eitt var at ángri *unum l. solum mole-* stavit *l. inquietavit H. II. 5.* Ab öngr *angustus q. v.* Convenit Gr. ἀγγεῖος. AS. Angrumine Angl. Anguifl. angor animi (isl. Ángist) Dan. Angest Germ. Angst Cornv. Angus, A. Anger ira Dan. Anger resipicentia, cfr. CBrit. Angen paupertas Angau mors, Angor infernus it. gr. ἀγκυλα (ango) COſſ. ankar (isl. ángradr) tristis Gr. ἀγνός contristans, molestus et. Cfr. Ángra, Öngr.
- (at) Ángra (ek ángra, angra, ángradr) angere (v. c.) infestare; mér ángradit pro hodierno mig ángradu egi (michi molestiam non facerent) S. I. 34. insoluta construſione. Alias isl. irritare. Cfr. Angl. anger Gr. ἀγγεῖος irritare, bilem commovere Dan. angre resipiscere, poenitere Gr. ἀγκυλα, ámaw ango, vid. Ángr Öngr.
- (ek) \* Ann vid. (at) Vuna.
- Annar l. annar (f. avnnor, önnvr n. annar) aliis, alter, secundus Dan. anden Germ. ander Angl. other AS. oþer MG. anthar CBrit. all vet. Prus. anters Lett. ohters COſſ. andarthi Pers. tsani Samscr. andara Gr. ἄλλος, ἄλλος.
- Ann-spilli, \* Anspilli l. Andspilli n. sermo, alloquium, responsum AM. 42. vet. Hinc pl. Aunspöll ejusdem signifi- cationis G. I. 11. (Vid. And & Spiall).
- Ann-fvör l. Andfvör n. responsa S. III. 17. (in nom. sing. Andfvar). Germ. Antwort, Answer AS. Ansvar COſſ. Radfuren. (Hinc ist. andfvara respondere Angl. answer AS. andfvaran COſſ. radfuren). Vid. And & Svar.
- Annt sollicitum, desideratum. Hvæt er nú anni mínom einka syni. Quid jam sollicitat natum meum unicum? : Quo caret l. quid dolet? GG. 4. (ek Ann vid. Vnna).
- (at) \* Ansia (ek ansa, ansada, ansadr) respondere, dicere. Ansia dictum AM. 12. Hinc forsæ Dan. ænse l. ændse.
- Apaldr m. in compos. H. I. 6. arbor, columen, proprie pomus, est Dan. vet. Abild AS. Apulder CBrit. Afall cfr. Gr. ἄπιλος pirus. Ab isl. Apli i. Epli pomum Dan. Æble, Germ. Apfel, Angl. Apple, AS. Æppel, Hib. Abal Cornv. Aval, Taur. B. Apel Gr. ἄπλος Adde Gr. ἄπιλος pyrum. Hinc isl. apalgrár Germ. apfelgrau l. apfelich pomelatus, it. Dan. Abildgaard pomarium Hib. Abalgort.
- \* Apí m. simus l. insipiens homo S. II. β 2. (in genit.) Adde AS. Apa Hib. Ap. (Cfr. isl. & Svec. Apinia simia, Finn. Apina).
- \* Apni pro Aptni vespera.
- Aptan (Aftan) m. vesper AM. 77. i. Apitan hæc vespera. H. II. 31. vid. \* Apni, Adde

- Adde Pelv. Avdam vesper Uig. Ak-  
fjan Finn. Ehto. Cjr. Gl. Synt.*
- Aptan pone post, a tergo. Dan. agrer,  
til agters, vid. Aptarla, Eptir \* Apni.  
Aptarla (recent. aptarlega) in postica parte  
H. I. 20. Dan. agter, Angl. abaft  
(naut.) ast, cfr. isl. aptari posterior  
(unde Germ. aster) AS. westerlic, Gr.  
επίστροφη isl. aptastr, Gr. επίστροφη, vid,  
Aptan, Eptir.*
- \* *Apte retro, rursus, iterum Dan. atter,  
Angl. est AS. est, æst, MG. astra,  
astan, astana, Gr. ἄψ, αὔστη, αὔστος,  
vid. Eptir, cet. Aptarborin regenita, S.  
III. 42. (vid. Apr. & Bera parire).*
- \* *År n. initium AS. Ar, Ær, Gr. ἀρχή  
vel:*
- \* *År adv, olim S. III. 1. Mane. År var  
alda, H. II. 1. \*) AS. \*\*) er mane  
MG. air, Gr. ἥμι, Tunc ar, er,  
CTschet. Ury. Hinc (ut puto) compa-  
rativ. är l. ådr, åpr s. Cfr. Gr. ὅρος  
diluculum, Lat. aurora, Samser. Arun,  
diluculum matutinum, it. Aurora solis;  
Addo, Árvakr nomen eddicum alterius  
equorum solis, de quo uberior in ind.  
nom. propri. Circa etymum conferri  
merent Hebr. & Chald Or, Ur (Arab.  
Nur) lumen, lux. Vid. Árla, Árliga.*
- \* *År n. tempus, annus G. I. 1. Dan.  
Aar, Germ. Jahr, Angl. Year AS.  
Gear MG. Jer, Sanstr. Jahran, Gr.  
επος, COss & Dig. Ans, (cfr. Pers.  
An tempus). Æra latinorum illi voti  
cognata videtur. Cfr. CBrit. Awr, Al.  
Ur, Gr. ἡρα (Lat. hora) tempus, it.  
Gr. ἥμι, ἥμι ver (isl. var, vor, Dan.  
Vaar, Pelv. Vahar, Pers. Bahar),*
- År n. annona, fertilitas, felicitas H. I.  
28. Gr. ὥρα, cfr. Finn. Ohra frumen-  
tum (originatus forte messis, messorius  
labor). Ar labor vox est antiquissima  
scandica, jam obsoleta, cui cognata sunt:  
isl. eria (ek er, arda, arinn) Lat. arare,  
vet, Germ. aren, aehren, Angl. ear,  
MG. arjan, Pers. aranden et sjariðen,  
Gr. ἀρεῖον hinc isl. ardr aratio, Gr.  
ἀρπάστη, it. \* årr' strenuous, laboriosus;  
cognata videntur, isl. hardr strennus,  
fortis (v. i.) pers. ard, Pel. aruved,  
Zend. eroued, cet. Cfr. Ax, Hardr,  
Ervidi i.
- År f. remus B. I. 10. Dan. Aare, Angl.  
Oar AS. Ar, Finn. & Lapp. Airo,  
Lett. Airis, Æstrn. Aér, Gr. ἥριμος.
- År, ärre l. ári m. famulus, nuntius H. II.  
20. O. 23. Verisimiliter proprio ope-  
rarius ab Ar opus, labor. AS. Ar  
MG.

\*) Schevingius è sequentibus ingeniose concludit Helgum Hundingicidam vernali tempore natum fuisse  
tunc enim aves præcipue in cantum solvuntur, & aquæ simul, nivibus resoluti, de montibus del-  
bi incipiunt.

\*\*) Apud Grammum Aar, Ær. Danske Ord og Talemaader forklarede af det Engelsk-ske  
Sprog, Scripta Soc. Reg. Dan. T. 5.

- \* MG. Ajrus, *Lapp.* Ajras adde Finn. Airuet nuntii. *Cfr.* Finn. Orjan famulus, servus, vet. Lat. Erus.
- Ár genit. sing. & nom. as acc. pl. votis à fluvius r.
- Arar pl. aquila *H. II.* 1. *Vid.* \* Arnar & Avn i.
- Ár-backim. ripa amnis *S. II.* a. (Ab Á amnis s. & Backi ripa); *cfr.* Dan. Backe, Banke, *Angl.* & AS. Banc clivus, collis Dan. Bank brevia.
- \* i Ár-daga olim, diebus pristinis *S. II.* a. 2. AS. on árdagum, in geardagum, *Angl.* erft - while, *vid.* Ár olim cet. & Dagr i.
- \* Arfi m. hæres (forsan v. e.) filius Dan. Arving, *Germ.* Erbe, *Angl.* Heir AS. Afora, Eafera, Yrfe MG. Arbja, *CBrit.* Aer, *CAbsr.* Arps, *Lapp.* Arbieigi, (isl. etiam Arf þegi) *cfr.* MG. Afar progenies, *vid.* Arfr.
- Arfr m. hereditas (v. e.) *S. II.* a. 12. Favþorarfi patrimonium. Dan. Arv, *Germ.* Erbe, Erbschaft, *Angl.* Heritage AS. Earf, Orfe, Yrf MG. Arbi, *Lapp.* Arbe, *cfr.* *CBrit.* Arfer mos, consuetudo. (Arfr m. alias poët. taurus Gr. ἄρπη, AS. Orf pecus, jumentum; notum est pecuniam & peculum a voce pecu originem traxisse; Fé apud Scandos trium harum vocum significacionem eadem ratione adoptavit, et similis igitur casus cum voce Arfr apud nostrarum extitisse videtur). *Vid.* Arfs.
- \* Argr (Scribitur recent. argur) f. avrg l. örg, n. argt malus, nequam, abjectus (it. mollis, timidus, ignavus l. iners). Pelv. argur vetus, tritus (abiciendus), *Lapp.* arge timidus, mollis AS. earg, Gr. ἀργός, ἀργός iners, piger Longobard. arga homuncio, vacerra *CBrit.* erch horrendus foedus. Hinc isl. arga, argaz altercari, rixari, Pers. argiden undé isl. argandi, Pers. argend, Dan. arrig contentious, iracundus. *Cfr.* Germ. arg, aerger, aergern; Dan. ærgre, Ærgrelse et lat. arguere, argutare, argutus, argutulus cet.
- Arin l. Arn' (raro alias Ar) fornax, focus in acc. pl. arna *G. II.* 23. Convenit, Dan. Arne, *Lapp.* Aran, Lat. Ara, Gr. τοξεῖα, COfr. Ardaft, it. MG. Haurja unde Germ. Heerd l. Herd, AS. Heorth, *Angl.* Hearth. *Cfr.* AS. Are, Ærn, Gaél. Aros domus, habitaculum. *Vid.* Havrgr i. & Gl. N.
- Aringreipr adj. m. in dat. l. abl. pl. aringreipom AQ. i. "ferro l. are compactis": scannis, uti interpretes veterunt. Dicitur etiam de capitibus aut indumentis ibid. str. 3. & 16. De versione illa confer. interpretum ad eam observationem. Mallem vertere str. I. beckiom aringreipom "scannis focum cingentibus," (qvibus convivæ olim insidere solebant) — sed str. 3 & 16 hialmom aringreipom "capitiis l. indumentis focum cingentibus" i. e. domestis, cis,

*cis, non prælioribus. Sensus str. 3. igitur erit: "Venite inermes ut amici ad amicos," & str. 16: "Reffius ageris frater! si indueris loriam, quam ut inermis, sine galea vel lorica, videres domum Attali (hostis tuus).". Ita omnia facile eludantur, quæ alias sensu carere videntur. (Ab arin s. et greipa cingere, oblaqueare, fabrili arte componere l. circumdare, it. manu complecti. Sic islandis: greipr gylli l. greipr i gull auro circumdatus). — His compositis occurrit mihi in scripto doctissimo Nordens gamle Digtekunst hæc explanatio vocis (ARINGREIPR) krum som örneneb : curvus rostri aquilini instar — ab Ari aquila & greipr curvus cernuus — quæ mihi, quod illa nostrorum poematum loca, non satisficit. Cfr. Gr. γρυπος incurvus γρυποσης incurvitas cet. Vid. Hiálmr i.*

*Áristinn incisus. B. I. 18. (Ab á in & rista scindere q. v.).*

(at) *Arka, vid. Avrkypom.*

*Árla mane H. I. 6. mature O. 19. (Obs. 63) Dan. aarle, Angl. early, AS. arlice, Cornw. arviz, Lapp. arrat, Finn. aamu, CTart. \*erten. Cet. vid. Ár, Árliga.*

*Árliga alacriter H. II. 16. Alias etiam mature (AS. arlice), cfr. Árla it. Árliga.*

*Armlige miserabilis G. III. 10. Germ. ärmlich. Vid. arm i & Gl. N.*

\* *Armr (f. avrm l. örm n. armæ) infelix, execrandus B. I. 23. En arma scelerata O. 30. Adde Germ. AS. arm miser, pauper AS. earm, MG. arms. Cfr. isl. Armaða ærnumna (forte u. c.) miseria Dan. Armod, Germ. Armuth paupertas, egestas Zend. & Lapp. Armo refugium Finn. Armo misericordia, gratia. MG. Armaio eleemosyna.*

\* *Armr m. brachium H. I. 41. cet. Adde MG. Arms id. Cfr. MG. Arms arcus & Lat. Arma quæ vox originitus forsan ab Arms obsol. brachium, it. Pers. Vari cubitus.*

(at) \* *Árna (ek árna, árnada) a) intercedere, placare AM. 60, b) obtinere, consequi ib. 32. AS. earn mercari, vid. Gl. Synt. v. Árnaþr.*

(at) \* *Árna l. árna &c. ire, errare (forte u. c.) AS. ærnan, arnian ire, currere. Cfr. Dan. irre errare, vagari German. irren, Augl. earn commoveri cat.*

*Arna vid. Arin.*

*Arnar-líki n. corpus l. forma aquilæ, H. I. (Vid. Avrn & Líki).*

*Aro vid. Ár l. Ári.*

*Ársalrm. stragula l. anælia alias etiam Árfali (apparatus aulæorum) Vox ignotæ originis G. II. 25. Obs. 92.*

\* Ås l. Ås Deus, numen, Forsan Cel-  
tarum Heus, Hesus l. Esus \*); Ase  
Svidæ invisibilis \*\*). Secundum græcos  
Auctores Parti Deum olim Sha l. Sa-  
nuncupaverunt, et nomen Jezd, Ized,  
Persæ hodierni ei interdum tribuant.  
Cælum iis Asuman, vel Asunan sonat  
(ut si Asumes olim numen quoddam Car-  
thaginensibus), sed a veteribus Seythis,  
Herodoto docente, Pappaïs appellatum  
fuit. Horum posteri quidam cælo sub  
nomine Pas divinum honorem exhibitent.  
Deus cæterum Indis Isha sed diversis  
gentibus asiaticis, præsertim Fennica l.  
Tschudicus originis, imperio Russo  
jam subditis Eis, Eßs, Eßsj, Oßs,  
Oßsj \*\*\*). De gentis hodiernæ nomi-  
ne consono cfr. Ind. n. pr. v. Ås.

Ask-limæ rami fraxini, vel etiam arbo-  
ris cujusvis H. III. 48. S. II. a. 22.

Vid. Ask'r & Limar.

\* Ask'r m. arbor propriæ fraxinus, æscu-  
lus (v. c.) Adde Dan. Ask l. Æskke,  
Germ. Asche, Esche.

Ask'r m. (in acc. pl. aska) AQ. 4. gladius  
uti verterunt interpretes, fulti auctoritate,  
Eddæ Snorronianaæ, quæ vocem il-  
lam inter gladiorum appellations po-  
nit. Skafna aska mallem interpretari  
rasha l. polita ligna nam hastæ, lanceæ  
securis l. framea pars præcipua olim &  
duro ligno sapissime fabricata fuit, et  
idecirco talia arma illæ appellatione indi-  
cata puto. Skálða sive Edda prosnica  
pars prosodica et hastis et gladiis no-  
men Ask'r attribuit. In clavi metrica  
Snorronis (cantilenæ vex idn vellir rod-  
na) Ask'r (hasta) a brandr (gladius)  
diverse ponitur. AS. Æsc et fraxinum  
et hastam notat; similiter CBrit. Onn.  
Homerus et Virgilinus, fraxinum pro  
hasta posuerunt. Vid. Plin. Hist. nat.  
Lib. XVI. Cap. 13. Cfr. Samscr. Aster  
hasta.

Ask'r m. navigium (proprie lignum) AM.  
5. AS. Æsc. Hinc nautæ olim a no-  
stratis Ask'menn AS. Æscumen à pe-  
regrinis Ascomanni appellati fuerunt.

### Askvngr

\* Sic apud Danos medii ævi & recentioris pro veterum Åshögn, scribitus Esbern, pro Åskell; Es-  
kild &c.

\*\* Sequentia documta sunt e Rudbeckii *Atlantica* T. I. pag. 712. "Secundum Diodorum Siculum Lib. 5.  
Cretenses Jovem vocarunt; As, Afsus, Astor — sed secundum Stephanum de urbibus, Asius  
Asator... (Cfr. nostra As-thor, Asa-thor l. Åsa-hor). Cretenses sine dubio, plures deos iaci-  
& Jovem præsertim, ex Asia nati sunt, sed deinde cum hominibus indigenis confuderunt.

\*\*\* E. gr. Ostiaki, Kutevi, Kaibali. — Notari præterea meret, quod vocula Ås l. Ås Scandis veteri-  
bus conoverit; collis, petra, st. et trabs, enimen, illi autem lapidib[us] et lignis divinis cultus  
exhibuerint. Cfr. porro scriptum meum *Forsøg til Fortælling over nogle Steder af Ossian selv.*  
2. Obs. c.

Áskvngr *e genere l. gente Asarum (ab Ás & Kvn l. Kyn genus) S. II. p. 13.*  
Eiusdem forte originis fuit cognomen Regum Cantii Anglo-saxonorum Oescingas nmp.

Ás-kvnn (*in msc. Áskvnnt*) *Diis nota l. divina — dicitur de fluvio Rheno, quem Germani gentiles olim adoraverunt. Similis fluminum cultus eodem tempore apud Scandos viguit. Indi Gangen flumen adhuc pro Deo colunt.* Vid. Ás & kvnnr.

\* As-megin *Aricum l. divinum robur.* Vid. Ás. & Megin.

\* Ást amor, caritas, *in pl. Ástir amores G. I. 16. AS. Est, Pers. Dost, (it. Achk Fr.) Samser, Itscha, cfr. Pers. Altia pax, concordia Pelv. Achte, Zend. Achtesch, it. Pers. Afshai amicitia, Finn. Ystæwys. Hinc ist. Ástum care, benevolē, summo amore (AS. Estum) & ist. Ástvin carus amicus, cfr. Pers. Dost \*), Afshai amicus, Finn. Ystæwæ COfr. Uarsun it. MG. aistam honorare, amare, Lapp. æxam amo Gr. εὐλογός bonus.*

Ástalaus amorum expers H. B. 5.

Ástgiafar *pl. amica dona S. II. a. 7. (in n. sing. Ást-giavf f.)*

Ást-kynni *n. amicabile hospitium AM. 14.*

\* Ást-rád amicum consilium *S. II. p. 35. B. I. 21.*

\* Át *n. erus, comedura, edulium AS. Æt, Pers. Áschcibus, edulium (it. Vasch pabulum) Sanser. Achanam, Dan. Æden, Æde, Germ. Essen, Engl. Eating, cfr. COfr. Adgin sapor Wogul. Atan. Atyn, Gr. ἀθετισμός saturatio. Vid. Eta, Áta.*

Át comedit (*Dan. aad, Germ. afs*). Vid. Eta.

\* At post, postea. At föhr dauþan patre mortuo, at jöfr fallin rege caro. G. II. 25. cet. (Forsan pro obsoleto apt o: ept, eptir). Recentiores cum abl. construunt, e. gr. ad honum dauðum eo mortuo.

\* At (recent. ad). A) ad. (ad locum) v. c. MG. & CBrit. at AS. at Lit. ant, Franc. Chald. Syr. Hebr. az, Germ. zu, Engl. to, Pers. ta, Pelv. vad, COfr ama, awae. B) prope, juxta Engl. at, Lat. ad.

\* At (recent. ad) quia, quod, ut (v. c.) Dan. at, da, Germ. afs, Engl. that, MG. thatci, Finn. ettar, Gr. εἰπει, εἴη. At adv. eð; at meiri só major, S. II. p. 19.

\* At negativa Verbis suffixa, forte eu- phoniæ causa pro a privativo posita. Plurium Caucasi nationum, E. gr. Tschetzzenzorum az ejusdem significatiōnis, eodem modo construitur, sic lerv-az olim ist. deyr-at non moritur.

\* Áta

\* Convenire videtur ist. dásť carissimus; Dáleti blanditiæ, amica conversatio l. traditio cet.

- \* Áta f. esca, præda H. II. 5. Alias  
Æti, Ætzli i. Dan. Aadsel, Germ.  
Aafs, Aas. Cfr. AS. Ara atenq (unde  
Angl. Oats). Cat. vid. Át s.
- Átall adj. aer, promptus, strenuus H. I.  
15. Avtvl f. alacris, ferox l. animo  
concitata. H. II. 35. proterva. Atalt  
n. vehemens S. I. 38. infestum GG. 6.  
hinc nom. pl. avtvl'eria H. III. 3. Vox  
ista fortassis derivanda erit ab: \* At  
conflictus, certamen it. excitatio, com-  
pulsatio, quod iterum a verbo etia. in-  
citare, irritare, propellere; cfr. tamen  
Gr. ἀγάπειος juvenilis. Vid. Atli in ind.  
n. pr.
- Aibvrdr m. eventum S. II. a. (At ad &  
bera ferre q. v.)
- Áti-frek edax, vorax H. III. 41. Gr.  
ἄδηφαγος. (Vid. Át & frekr).
- At-gérví n. ornamenta humana l. virtutes  
aut artes S. L. (At. górr bene edoc-  
tur, artibus instruuntur ab at ad, gera,  
göra gerere, facere).
- Áttian (C. Attián) offodeticim (v. c.) Adde  
Germ. Achzehen, Angl. Eighteen,  
Armör. Eithdeg COss & Dig. Aster,  
Afgh. Atillas, Pers. Haschideh, Curd.  
Haschida.
- Árkér (Akkér) anchora (v. c.) Dan. Germ.  
& Pers. Anker, Angl. Anchor, AS.  
Ancer, Ancre, Lapp. Akker, Finn.  
Anokuri, Gr. ἄγκυρα.
- Atla-mál melos Attalinum l. de Attalo  
agens. Vid. Mál.
- Atla-qvida cantio Attalina l. de Attalo  
agens. Vid. Qvida.
- Átta oðlo (v. c.) Dan. Otte, Swe. Otta,  
Germ. & I. Beng. Achtr, Angl. Eight,  
AS. Ahta, MG. Ahtrau, Cornw. Eath,  
Armor. Eith, CBrit. Wyth, Lapp.  
Gautze, Taur. B. Atha, Abast. Achba,  
COss. Aft, Afgh. Ate, Pers. &  
Curd. Hascht, Zend. Aschte, Samscr.  
Aschta, I. Mult. At, Gr. άττο.
- Áttad pro Áttir l. attir habuisti l. habu-  
eris S. II. β. 3. inusitate nisi né præ-  
positum superfluum l. intensivum sit,  
ad autem idem quam at vel a particula  
privativa verbo suffixa.
- Átti cat. vid. (at) Ega.
- Attí cat. contendebat, it. Attak pro At-  
ta ek contendebam vid. (at) Etia,
- Átti (áttvndi) óðlavus AQ. 20. Vid.  
Átta.
- Átt-stafk m. generis, prosapia l. populi  
columen, vel etiam simpliciter: con-  
sanguineus H. II. 51. Vid. Átt &  
Stafk; cfr. \* Áttungr.
- Ával semper omni tempore; (originitur  
forte of allt q. d. Dan. overalt). Angl.  
ever, allway, Finn. alati, COss. ala-  
bon, alisahat : omnibus debus l. hó-  
ris Dan. & recent. ist. altid, alltid,  
Germ. allezeit omni tempore. Gl. N.
- Audit (avþit) fatis concessum l. prædesti-  
natum S. II. β. 22. Avþins fár con-  
cessæ pecuniae S. III. 35. Nostrum  
audin est AS. eaden. (Aude, auþr olim

*facilis it. prosper, felix).* *Vid. Gl.*  
*Synt. & Audkendr, Audna i.*

**Aud-**kéndr *forma insignis l. facilis notu*  
*s. I. Ab aud particula conjunctiva*  
*vulgo participiis passivis præfixa, fa*  
*cultatem indicante — quæ forsan ab*  
*audr olim facilis AS. yde, eaf, AS.*  
*od et. unde, Ang. easy id. (Pers. ܐܻܻ),*  
*AS. eþfynde (isl. audfundin) facilis*  
*sensu.* *Vid. Kénnna i, cfr. Gl. Or. S.*  
*v. Audsær.*

**Avd língr** (Avþlíngr, Ödlíngr) *Rex, vir*  
*nobilis — aut ab Audr divitiae, Odal*  
*(Ópal) possessio fundus vel ab Adal*  
*(\* Aþal) primum quid et præcipuum,*  
*unde Dan. & Germ. Adel nobilitas,*  
*nobilis prospria (Pers. Aifsil). Secun*  
*dum Origines Norvagicas Audii Re*  
*gis posteri ita appellati fuerunt, sed*  
*vox illa altero sensu antiquior esse vi*  
*detur. Dan. Ædling, AS. Ædeling,*  
*CBrit. Edling, Edlin.*

**Audn** (Avþn) *f. desertum MG. Authia,*  
*Finn. Autio, Hib. Ainnion, CAbast.*  
*Adshel, Germ. Öde, Einöde, Dan.*  
*Örk. (Ab Audr *vacuus desertus* MG.*  
*authis, authja, Lapp. aude, Finn. aurja,*  
*Dan. öde, Germ. öde, eitcl, Angl.*  
*void, addle, AS. ydel, Sanscr. ottu).*  
**Audna** (\* Aufna) *f. fatum, fortuna felici*  
*tas ab obsol auda, uda (uþa) hodie*  
*unna dare indulgere Dan. yde, unde,*  
*Svec. ðde fatum, Finn. Onni, Lapp.*

**Vuodn, Sausr.** Widhi, Bodje. *Cfr.*  
*CBrit. Oed terminus prædestinatus;*  
*AS. Ead felicitas, Lapp. Audogasvaiot,*  
*Kénn. Autuus. Ade Gr. αὐτα fatum,*  
*Lapp. Oaafse, it. Gr. σίλος fatum infelix.* — *Hinc isl. audnaz contingere,*  
*atsequi, AS. eade, Lapp. oaazhiom.*  
*Vide Audit, Audr.*

**Audr** (\* Auþr) *m. oper, divitiae, pecunia*  
*Al. Od, Or, AS. Ead, Pers. Arab.*  
**Aidid** (H.) *Gr. Ἐ&, Cognata sunt isl.*  
**Audigr** *l. audvgri dives Sax. odng Al.*  
*otag, AS. eadig, MG. audags, auda*  
*haſis, it. Lapp. audogas beatus, Finn.*  
*autuas. Cfr. CBrit. Neuad, Paith,*  
*Divitiae Yd frumentum. Vide Audit,*  
*Audna, s. ut & Gl. Or. S. ||& Synt.*  
*v. Audr Gl. Or. S. v. Audgiasi.*

**Aud-stafr** *m. vir (propriet: opum colum*  
*na)* *B. I. 31. Vid. Audr & Stafr.*

**Aud-veldr** *facilis* *G. I. Vid. Aud par*  
*tic. conj. in Audit s. & Valda efficere,*  
*potiri i.*

**Avflgr recent.** auflugr *l. öflugr in com*  
*par. avflglari robustior H. III. 49.*  
*Convenit Angl. able, CBrit. abl, MG.*  
*abrs, Gr. ἀλημόσ, Vid. Af s.*

**Avfo** *vid. Afa.*

**Avfvgr** (Öfvgr) *perversus B. I. 29. Alias*  
*etiam aversus. Etymus querendus video*  
*tur in Af abs, de. Dan. avet \*), AS.*  
*æverd. Vid. \* Avfvnd, Afa.*

*Auga*

\* Grammunt l. c. vocem Danicam avet l. aved deducit ab AS. aved instansus (Svec. Aswita, isl. Óvits l. Óviti).

Auga oculus (*v. c.*) in pl. Augo *B. I.* 3.  
 27. Dan. Öje, Germ. Auge, Engl. Eye, AS. Eaga, Eage, Al. Auga, MG. Augo, Taur. B. Oogene, CC. Guia, CCabutsch. Hai, Pers. Arab. Ain (pl. Ajān) Pel. Ajoman, Sanscr. Ak-schi, Nayana. *I Mult.* Aki, Gr. ἀντή & Dor. ἄκνος. *Vid. Gl. Synt.*

Avgr.-stvnd f. hora molestia *l.* infelix vel etiam angusta aut brevis *VQ.* 39. Obs. 57. Cfr. \*\* Avgr., (Gr. ἀκθος, ἄκνος)  
 (a) \* Auka (ek eyk, iók, aukinn) auge-re (*v. c.*) Aukit auküum *G. II.* 21. Barniaukin fætu auðia : gravida *VQ.* 24. Adde Gr. αὐξεν, Pers. afzudea (*imperat.* afzai). Cfr. isl. Auki, Lapp. Auke augmentum Gr. ἀυξησις, Lett. augu, augeor, it. Lapp. aukim prorsum.

Avl (Öl) n. potus convivialis *l.* inebrians, jam proprie cerevisia Dan. Öl, Engl. Ale, AS. Alof, Eal, Finn. Olu, Lapp. Vuol, Celtiberis olim Cælia; adde CBrit. II cerevisia recens, cfr. CBrit. Hwl vini genus. Cognata his videntur Lat. Oleum : Germ. Oel, Engl. Oyl, MG. Alev, Gr. ὄλεως, cot. B) Convivium \*) C) temulentia. (Verisimiliter ab ala nutrire q. v.)

Avld (Öld) f. Pl. Aldir unde genit. alda S. II. β. 10. A) populus, homines AS.

Yld, MG. Ald, Arab. ئَلْ Pers. Al, Ahl. In Pluribus Caucasi linguis Aul; cfr. Gr. ἄλη agmen, B, tempus, ævum, seculum Dan, Old, AS. Ald, Yld, MG. Ald, CTart. Iil, cfr. CBrit. Oed ἀτα. Vid. Ala, Aldinn, Aldir, Aldr, Aldarros.

Avldra - mál sermones conviviales B. I. 29. Vid. \* Avldr & Mál.

Avl-dryckia f. convivium, proprie potio cerevisiae *l.* meri.

Avl-krásir f. (nom. & acc. pl.) dapes conviviales AQ 37. (Krás Daps; hinc Dan. Kraas avium intestina & ferulum et iis confectum; isl. kræsinn, Dan. kræsen deliciatus est.)

\* Avl-mál n. verba inter potandum fusa H. I. 33.

Avl-reifr poculis alacris *l.* exhilaratus, AQ. 39, HM. 17. (Reifr isl. hodie hreifr alacris, vegetus, hilaris forte i. q. Germ. reige, AS. rof; vid. Gl. Diatr. sub ista voce). Cfr. Veg-reigr i.

Avl-rúnar f. potionales charakteres B. I. 7. 19.

Avl-skål f. crater, poculum.

Avlstrom G. I. 18. Obs. 25. (sylvius). Olafsen vertit: temperiate (arboreos quassante) — Vocem deducens ab Avlr I. Ölre arboris poetica appellatione (in Edda prosaica occurrente) et stromr pro

<sup>\*)</sup> Hoc sensu Danis recentioribus Fæstens Öl, Arve-Öl, (vid. Gl. T. I.) Vocis religiæ latent in alia Barfel pro Barnsöl, Budel pro Budöl, quod Grammins recte observavit.

*pro stormr tempestas, procilla. G.*  
*Magnæus interpretatus fuerat: "inter*  
*frutices s: in syka, censens vocem il-*  
*lam ignotam derivandam ab alaz ali,*  
*crescere, collata cum voce Lucretiana*  
*olescere. Nominativus Avlstr (Avlstor)*  
*certe conveniret Gr. ἀνοει λευς, locus*  
*omnis arboribus constitutus & German.*  
*Holz syka — sed proxime derivandum*  
*est ab Avl proprie AS. Alor, Aler,*  
*Alr, Angl. Alder, Norveg. Older,*  
*Lat. Alnus & denique arbor quævis.*  
*Cfr. Elri i. & Vid. Gl. N.)*

*Avlteiti f. hilaritas convivialis + GS. 5.*  
*(Teitr latus, hilaris; cfr. Lat. titil-*  
*lare).*

*Avl - værr potion exilaratus AM. 5.*  
*(Alias isl. avlvadr ebrins Finn, olues,*  
*Lapp. vuolatuvinum). Vid. Avl & \**  
*vær.*

*Aumligt infelix S. II. a. 2. vilis S. III.*  
*63. Ab aum miser unde Dan, öm,*  
*Dan, & Germ. Jammer cfr. — Lapp.*  
*oammas vilis, obsoletus. Cfr. Gr. ανω*  
*gravis, horribilis θυματω πανας do,*  
*ejulo, θυματω plora. Hinc adv. isl. aum-*  
*liga miserrabiliter, Gr. θυμωτη cfr. Vid.*  
*Gl. Synt.*

*Avnd (Önd) f. anima (v. c.) spiritus AM.*  
*38. H. I. 37. S. III. 31. Fortan vita*  
*B. I. 25. Derivatur ab Andi, spiritus,*  
*aura, anima. Hæc plurimis linguis in-*  
*vicem permutantur. Dan. Aand, Aan-*  
*de, Germ. Athem, Odem, AScot.*  
*And, End, AS. Anda, Ond, MG.*  
*Ahma, CBrit. Anadl, Enad, Hib.*  
*Anal, Anam, Pelu, Ada, Sanscr. Ani-*  
*la, Atma, Gr. ἄνυπος, αύρα, ἄνεμος \*),*  
*Lat. animus cfr. Circa etymum cfr.*  
*gr. ἄνευ, isl. anda, Dan. aande spirare,*  
*flare.*

*Avndvgi (recent. Avndvegi, Öndvegi)*  
*sedes primaria AQ. 38. Vid. Gl. L.*

\* *Aungvill m. hamus piscatorius Adde-*  
*Dan, & Germ. Angel, Angl. Angle,*  
*AS. Angl, Finn. Ongi, Gr. ἀγναθός,*  
*ἄγναθος, id. it. ἀγναθος uncus, cfr.*  
*εγκεφαλη genus iaculi incurvatum, oym*  
*uncus (v. c.) cfr.*

\* *Avnn ædes Pers. Chan, Chaneh, cfr.*  
*isl. Kynni, ædes, domicilium.*

*Avnnor altera, alia, secunda, vid. An-*  
*nar.*

\* *Aur m. cænum G. H. 16. CC. Er, Kurd.*  
*Arct, cfr. MG. Airtha, Sanscr. Ur terra*  
*cæst, it. Eyri, Jörd i. st. & Gl. N. K.*

AVT

<sup>\*)</sup> Interdum dicitur Avnd pro \* Avnn aura cfr. Pers. Andut aura, angor animi et Andishch cogitatio, meditatio. Alia, sed ejusdem forte originis sunt isl. Avnd, Lat. anima (vestibulum, locus ventus perfectior) ab ill. Andi aura it. anima, (vid. cfr.) Andi præterea Islandic est spiritus, genius — cfr. Pers. Ande i. Anda vissio celestis (Fr.)

Traudr invitus, *S. III. 48.* Traudr gods hvgar díjelius a bono (læto) animo *G. II. 9.* Videtur compositum esse a particulis Tor & Aud' quasi dixeris Toraudr *vix facilis :* difficultis, quæ altera vocis significatio habetur. *Cfr. tamen Lat. tardus.*

Travnohvöt *H.M.* 16. *Obs. 54.* Travnor l. Trönur in sing. *Trana rostrum*

(gen. *Travno*) — Islandis sonant arreccatoria lignea sub dio struña ad pisces, vestes, vel alia in iis suspensa, siccanda \*\*). Tali igitur appellatione patibulum (*Persicus scrinione Taraneh dictum H.*) hic notari potuit & hinc Travnohvöt explicandum foret: Vacillatio cerebra cadaverum supensorum, sed verba illa: Trýtti & travnohvöt: Crebre hue & illuc vacillabat suspensum cadaver — nisi hvöt interpretandum sit incitamentum è patibulo — ad viaatores nempe, ut fada visione perterriti cito abirent. In B. Haldorsonii Lexico Islandico v. Trita occurrit proverbium hic sane notatum dignum: Aldrei heyrdi eg trönu mína trita quod ita vertit: Glomus meum voluntari nunquam audivi. Haec vocis significatio mihi in ceterum latet; — est proverbium illud perantiquum & fortassis ad locum nostrum Eddicum alludens. *Trana f.* (præter rostrum prout & forsitan glonus, supra memorata, islandice est *Grus* *Dan.* *Trane*, *Germ.* *Kranich*, *Angl.* *Crane*. *Dan.* & *Germ.* *Kran*, *Angl.* *Crane*, *Lat.* *Grus machina rostrata*, alteri notioni isl. *Trana responderet videtur. Cognata videntur isl.*

Rani,

\* Hinc isl. tómhendr vacas manus habens Dan. tomhændet, Pers. tehidest. *Cfr. Sansc. tomo, tama, obscursus.*

\*\* Huic significatiōni videtur responderet Gr. ἡρανος ligni genus in quo pelles extenduntur. *Cfr. ἡρανος apertus, perspicuum.*

Rani, Trýni, Trióna *rostrum*, *CBrit.*  
 Trwgñ, -*Gr. ἄρνη*. *Cfr.* Hvöt *supra*.  
 Trautt (Traudt) *dificile*. *Vid.* Traudr.  
 Tré n. *arbor*. *AM.* 69. *Lignum l.*  
*malus H.* II. 24. *Dan.* Træ, *Angl.*  
*Tree, AS.* Treo, *MG.* Tria, *Slav.*  
*Drevo, CTart.* Terek, *CC.* Kertke,  
*Pelv.* *Pers.* Deracht (Derker *H.*) Sanser.  
*Druh,* Daru, *Gr. ἄρπα*, *CBrit.* Pron.  
*Cfr.* *CBrit.* Derw *quercus*, *Gr. ἄρπα*  
*sylva, fruticetum.*  
 (at) Trega (ek trega, tregada *l.* tregda).  
 A) *angere, dolorem causare* *B.* I. 29.  
 Tregr mik þat. *Id mihi agre est G.*\*  
 III. 3. *Tregrap*; ydr molestum non  
*est vobis GH.* 2. B) *dolere, lugere.*  
*Hint* treginn *deploratus l.* *deplorandus*  
*unde fæm. pl.* tregnar *GH.* I. *Priore*  
*sensu AS.* tregian. (Tregi).  
 Tregi moeror, dolor. (*passim*). *Germ.*  
 Trauer, *Angl.* Trouble, Grief, *AS.*  
 Træge, Trege *vexatio, indignatio.*  
*Originitus forsan verbotenus:* onus,  
*moles, Germ.* Tracht, *Dan.* Dragt,  
*Angl.* Draught. *Cfr.* tregr *invitus,*  
*segnis, Germ.* træg, *Al.* treger, *Dan.*  
*treven.* *Forsan* á draga (ek dreg)  
*trahere, portare s.* *Cfr.* *Gl.* Diatr.  
 Tregnar *vid.* at Trega.  
 Tregrap *vid.* at Trega.  
 Treg-rof n. *luffuum l.* *calamitatum series*  
*vel etiam discussio* *GH.* 20. *Obs.* 85.

— *quam stropham auditoris alloquium*  
*ad auditores censeo.* (Tregi & Rof).  
 Treyiskr *obstinatus* *G.* I. 15. Sva at tár  
*flvgo treysk i gögnom adeo ut lacry-*  
*mæ obstinatae pervoltarent.* *Cfr.* *Obs.*  
*ibid.* 22. *Sensus diðorum mihi hic esse*  
*videtur: Gudruna funus mæriti lacera-*  
*tum spissans, lacrymas adhuc cohibitas.*  
*(Cfr.* str. 1. 1. 4 & 14) *nolens volens*  
*vehementer effudit;* — *elegans sane fit-*  
*tio & artem magistri probans.* Treyiskr  
*l.* treiskr alias *isl.* *difficilis, morosus.*  
*Hinc Dan.* trædk *l.* træsk *astutus.*  
 (Traudr s.)  
 (at) Treysta (ek treysti, treysta) *fidere*  
 † *GS.* 2. (Trault \*), *Germ.* Trost,  
*Angl.* Trust *confidentia à Trú i.* *Cfr.*  
*Gr. Σάπειος, Σάπειος confidentia, audacia.*  
*Dan.* Tröst *solatiūm; tröste consolari,*  
*Germ.* tröstien, *MG.* thrafftian.  
 (at) Troda (ek tred, trad *l.* tradda, tro-  
*dinn).* A) *Calcare, concūltore GH.* 2.  
 B) *campingere.* Peir tróðo vpp otrs-  
*belginn offiserunt sacellum pellis lu-*  
*trinæ S.* II. a. *Dan.* træde, *Germ.*  
*treten,* *Angl.* tread, trot, trudge,  
*AS.* trædan, *MG.* trudan, *CBrit.*  
*treiddio.* *Cfr.* lat. terere, trudere,  
*Isl.* Tradk, *AS.* Trod *gressus, vesti-*  
*gium, CBrit.* Troed, Trud *pes, Trawd*  
*gressus, meatus.*

Tíua

\*) *Cfr.* *isl.* trár, trastr *integer, fidens, Angl.* true, *trust* &c. *Pers.* durush.

Trúa (Trú) *f. fides, opinio S. II. 8.*  
*Dan. Tro, Germ. Treac, Angl. Trust, AS. Trua, Truva, Treova, Al. Truwa, Finn. Turwa. (Vid. Traust, at Trúa, Trygd, Tryggr).*  
*(at) Trúa (ek trúi, trúda) confidere. (Alias etiam credere). A Gram trúdi Regi confidebat. S. I. 47. Dan. troe credere, fidere, Germ. trauen l. treuen, Angl. trow, trust, AS. truvan, MG. truan, COss. urnin, Gr. Σαρπεια. Cfr. Ptol. rust credit, Zend. reoded, (Vid. Trúa \* Trúazk et.). Cfr. Gl. Synt.*

Trygd *f. fiducia, fides B. I. 7. In plur. Trygdir fides data S. III. 1. Satisfactione l. reconciliatio G. II. 20. AS. Treovd paðum, fides data, MG. Trig-gva, cfr. Dan. Tro (unde Tro og Love fides et promissa) recent. Troskab, Germ. Treuc, Angl. Truth, Trust. Addē COss. Urnen fides. (Vid. Trúa, Tryggr et.)*

Trygd-rof violatio fidei B. I. 23. Vid. Trygd & Rof.

Tryggr fides l. fortis H. II. 23. MG. triggvs. Alias isl. trúrr l. trúr fíðus Dan. tro, Germ. treu, Angl. true, Dan. tryg securus convenit, AS. tre-ovlic. Cfr. \* Tryggilega, Trygd, Trúa et.

Trýtti l. Trítti HM. 16. Obs. 54. Est 3 pers. pr. perf. verbi at trúta (ek tri-ti, trúta) vacillare, pendulus movi,

volutari, gyrari. Hinc aliud verbum at trúlla gyrovagari, unde Dan. trilde volutare, volutari, Germ. trollen, Angl. troll, trull, trundle; subst. Tríttill, Dan. Trilde, discus, instrumentum ludile quod continuo rotatur; cfr. Dan. Germ. Trille, Angl. Trill et. Vid. Travnohvöt.

Tröll-konaf. mulier gigantea; lamia H. I. Vide ib. Obs. 55. 59. Hinc Dan. Trold lamia, monstrum, Troldqvinde saga; venifica, Trolddom veneficia, ipsantationes et. Cfr. Germ. Trolle, Angl. Trollop, Trull meretrix, fæmina futilis l. foeda. Cfr. Dan. & Germ. Droll, Drol speñrum, dæmon. it. C. Brit. Treiglad vagabundus a Treigl vagatio, revolutio.

Tva pro two. vid. Tveir.

Tveggja vid. Tveir.

Tveir f. tvær n. tvō duo. Dan. tu, to, Germ. zwey, Angl. two, AS. tva, tu, tou, MG. tva, tva & Ind. Mult. CBrit. dau, Slav. dwa, COss. dueh, dua, Card. Pers. Ptol. Chald. du, Zend. due; Asg. dua, CTschet. tlu, Sanscr. dvaja, diu, Gr. δύο, δύη.

Tvisvar (\* Tyfvar) bis (v. c.) Svec. Ty-fvar, Töfvar, Angl. twice, AS. ty-gis, tveova, tvyva, CBrit. dwg-waith, Gr. δις. Vid. Týia, Tveir.

Tún-area septa S. III. 27. HB. ubi præ-dium quoddam vilium rusticorum ista-voci indicari videtur. Vocem Gardar-

str. I. *ibid.* Islandorum Tún-gardar s; Septa cingentia villam et viretum adiacens, per quod Oreas Bryuhildam vehi prohibuit, significare opinor. — Hortus G. II. 41. Alios etiam voce nostra in libris veterum \*notatur oppidum, villa. Hinc veteranum Britannorum Gallorum & Germanorum tun l. dun (Romanus dunum) in nominibus propriis multorum oppidorum; Sest. Dun. — Hinc AS. Tun, CBrit. Tin, Angl. Town septum, oppidum, villa, Al. Zun, Germ. Zaun, Belg. Tuin agger, septum, villa. Cfr. Gr. ἡγεμόνης agger. Hinc AS. tynan, Angl. tine, Svec. tyna, Germ. zaunen, Hib. dunam circumspire. Cfr. Gr. ζώρων, Lat. cingo; CBrit. Tyno. respondet ceterum recentiorum Islandorum Tún viridis soli portio. Cfr. Gl. Synt. Et Tún-hlid infra — ut & Obs. 95 ad H. II.

Túnga f. lingua l. transl. sermo S. I. 17. Obs. 16. A) Hver manz túnga quævis humana lingua. Dan. Tunge, Germ. Zunge, Al. Zunga, Angl. Tongue, AS. Tunga, MG. Tugga, Tun-go, Armor. Teawd, CSuan. Tchum, Pers. Zuban, IMult. Dschuban, Zuvan vet. lat. Dingva. Vide, Gl. Synt. Tún-hlid n. vestium valli l. oppidi. H. II. 44. Obs. 95. (Vid. Tún & Hlid). Tyggi Rex princeps, dux H. II. 48. Cognatum Týgin illustris, (q.v.), Tign

honor, dignitas — de quo Gl. Synt. Cfr. Dyggr supra, ut & toga allicere unde Hertogi l. Hertvgi imperator, dux bellicus, unde Germ. Herzog, Dan. Hertug; Leid-togi dux viæ p. p. (at) Tyggva l. Tyggia (ek tygg; tvgda, tvgginn, mandere G. II. 41. 42. Dan. tygge, Augl. chew.

Týgir m. pl. in n. Sing. Tygr (Tvgr, Togr) decar (v. c.) MG. Tigus, Gr. δεκας. Hinc Tvttogo (proprie tveir tygir, Tvi-tlo, Tyennir tygir) vi-ginti, Dan. Tyve, Germ. zwanzig, Angl. twenty, AS. tyne, twenty, MG. tvaintig. Cfr. Pelv. Tog numeratio. Vid. Tveir, Tlo, Tego.

Týja AQ. 28. Dubium (v. c.) Interpr. Vide ibid. Obs. 120. ubi etymum vocis, ingeniose & rebile monstratum opinor. Quod autem vocula illa alludat ad fratrum imperium duale l. mixtum circa aurum Fabnerianum, sententia cæterorum omnino congruum mihi apparet. Dan. Tvivil dubium, Germ. Zweifel, AS. Tvg, Tveo, Gr. διστα, Sanscr. Dvaidham. Cfr. isl. tvíla, Dan. tvivle, Germ. zweifeln, AS. tvesgan, tvyan, MG. tuzyerian, Svec. tvika dubitare (v. c.) Gr. διδαξει, δοναξει, it, inseparab. Tví, Dan. tve, Germ. zwei, Gr. δι & Et. Vid. Tveir, Tvisvar.

(at) Týna (ek týni, týnda, týndr). A) perdere, S. III. 15. B) amittere; Týna avnd mori, animam amittere H. I.

37. (*Tiōn perditio, damnum, Pers.*  
*Zeyan, cfr. Angl. Teen dolor, luctus).*  
*Cfr. Angl. tine urere, dolere, Gr.*  
*Θῆνα corrumpo, perdo.* *Vid. Gl. Synt.*  
**Týr** I. *Tir Deus* (alias nomen proprium  
 unius ex Asis diis) — *AS.* Tir, Tiv,  
 Zend. Div, Sanscr. Deva, Diva \*),  
 Slav. Dew, Diew. *Hinc Othini no-*  
*mina adicititia Sigtýr (supra)* *Vera-*  
*týr hominum l. militum deus, hropta*  
*týr ensium Deus est. Gauta týr Gotho-*  
*rum Deus p. p.* *Alias Tífi l. Tívi*  
*antiquis Borealis Deus.* *Huic Cog-*  
*nata apparent: Thracum & Tuscorum*  
*Tis, Britonorum veterum Dis, Græc.*  
*Zeus (Oos, gen. Διός), — it. Θεοί;*  
*Θεος, Ηελ. Ζεος); Lat. Dis (Dis pater*  
*l. Dies piter) Deus.* *Hinc sām. Isl.*  
*Dís l. Dýs Dra, nympha.* *Ind. S.*  
*Tir, Tiru divinus; sanctus; conveni-*  
*enter: ist. ðér, dírr.* (*Tir alias in-*  
*terdum dominius; heros AS. Týr).* *Cfr.*  
*CBrit. Duw it. \* Díar, Dís, \* Dýs,*  
*\* Távar, Sigtívi.*<sup>27</sup>

**Tædr** pro tiádr ostensus *V. 15.* (*AS.*  
 geteht, ateved), Part. pass. verbi  
 at tiá l. tiá (ek te l. tiá, tiáda, tada  
 l. týda, tiádr). A) porrigere, osten-  
 dere. *Byzrefero, narrare; AS. téon,*  
*tygan, MG. teihian (prati-taih); Finn.*  
*tuoen, affero — unde; Dan. tee, betee.*  
*Cfr. Germ. zeigen, zeugen, Lat. do*

*I. dico, Gr. δικυψι. Alias sape: Lat.*  
*dare, præbere, pers. daden, Zend. dad,*  
*Curd. dedim, COss. dattin, dattoin,*  
*Dig. tætun, Sanscr. dadhatu (imperat.*  
*da, datu) dadati (dat) Pelo, dad, dat,*  
*cfr. Gr. διδωμι. Hinc Tafn oblatio,*  
*(alim tamn), CBr. Dawn, Zend. Danm,*  
*Sanscr. Danam, Lat. Donum, Gr.*  
*daeos. Vid. Gl. N. voce Tiádr (pro*  
*nostro) tiádr l. tædr).*  
 (at) *Tæla* (ek tæli, tælda, \* tælde) deci-  
 pere, dolo circumvenire *S. II. β. 33.*  
*CBrit. twyllo, Gr. δηλεω, δολεω, δηγω.*  
*Cfr. CBrit. toli imminuers, AS. tæ-*  
*lan calumniari, Finn. talan duto, di-*  
*rigo.* *Vid. Tál.*

**Tæpi** *B. II. 13. Obs. 18.* Hyggia tædi  
 forsán reftiss Hyggio tædi animo ex-  
 plicavit, dissolut l. volutavit a verbo  
 at te l. tå (ek tæli l. tæti), Norweg tæe,  
*MG. tahjan, AS. tæfan, Lapp. daj-*  
*gjim — nisi positum sit pro tiádi de*  
*quo supra sub v. tædr. Cfr. Finn. teen*  
*facio, ago, Cfr. Tavitygr, Tág,*  
*Tædr.*

## U. V.

Ú vel ó particula privativa l. negativa  
 verbis praefixa respondens — Dan. u,  
 Angl. Germ. AS. MG. & Alem. un,  
 it, Gr. ov, et. Cfr. A, Ó, Vá, Van.  
 Vá,

<sup>27</sup> *Hinc Sanscr. divisa divinus.*

\* Vá, Vo f. A) miraculum, res miranda H. III. 3. OG. 16. B) malum, damnum, calamitas AM. 76. Posterior significatione Dan. Vec (unde Födsels- veer dolores parturientis), Germ. Wehe, Engl. Wo, Woe, AS. Vaa, Vo, Vea, cfr: AS. MG. Vah, Finn. Wahingo damnum, Wauva ærumna, MG. vah, voh malus, Lat. Væ, Isl. & Lat. Ve (Sanscr. vēj) præfixum in compositis e. gr. vefall vesanus etc. MG. vai (isl. vej), Gr. οὐσι, — ut & Van, Vándr infra \* Vā-scapaþr T. I. etc.

Vá vid. Vega.

(at) Vada, vaþa (ek ved, vód l. ód, vadinn) vadere (v. c.) S. II. a. 2. 24. Pedibus transire (quam, ignem, fumum, terram etc.) H. I. 5. Grattari e. gr. Vedit hefir þú at vígi furenter necem aggressa es. AM. 90. Str. AQ. 10. 41. Obs. 171. Dan. vade, Germ. wadēn, waten, Engl. wade, AS. vadan, Lapp. vazam. Adde CTschet. vod (currit), Sanscr. vahadi vehi, it. Gr. βαῖνει. Cfr. isl. Vad, Al. Uuat. Vadum (v. c.) Vid. Vadinn, Vedr.

Vadgelmir vid. Ind. nom. propri.

Vadinn (Vaþinn) proprie particip. verbi vada — Vadinni þyshöllo ingressatur bulentam aulam AQ. 30. Vadinn at via spoliata voluptate HM. 4. S. III. 53. incertæ (sed ejusdem, ut puto) sig-

nificationis; cfr. ibid. Obs. 63. Cfr. AS. vævla inops, pauper, egenus, væbema flœtuans væfol vagabundus, Finn. waadin urgeo, cogo, compello. (at Vada):

Vagn m. curras G. II. 17. (Alias Vagar, Vagir, Vavgr l. vögr vehiculum (v. c.) a Vega vechere olim vegere (v. c.) cfr. Isl. aka, Lat. agere (currum) Gr. αγείν, ὀχεύειν. Dan. Vogn, Germ. Wagen, Engl. Waggon, Wain, AS. Vægn, Lapp. Vavn, Finn. Wänuu, Clng. Vurdo, IMalab. Vaganam, Sanscr. Vahana.

Vag-marr m. caballus pelagius : navis S. II. a. 16. (Vagr & Marr).

\* Vagr, Vâgr l. Vogr mare S. II. a. G. I. 6. Alias sinus maris, æstuarium & interdum forte simpliciter aqua. Fortassis aut a Vegr via vel Vega vechere; portare. Hinc Dan. Vaag sinus maris angustus, ut & Dan. Vove, Germ. Wage, Woge, Engl. Wawe, AS. Vag, Væg, MG. Vego l. Vegs, Al. Wag, Finn. Wuo unda, mare, flumen, Samscr. Vari, Va, Vaya aqua, Zend. Varam, Vero. Cfr. Germ. & Al. Bach rivus, COSS. vain fluo. Vide Varna-vípr, Vás, Vatn, Ver.

(at) Vaka (ek vaki, vaka vakinn l. vakanzi (vigilare (v. c.) — Dan. vase, Germ. wachen, Engl. wake, watch, AS. vacian, MG. vakan. Cfr. Zend. vaned

vaned *vigil*, *Pelv.* vanedar, *it.* *Lat.* vegere \*). *Vid.* *Gl.* *Synt.*

**Vakinn vigil** (*v. c.*) *Dan.* vaagen, *Germ.* wach, *Angl.* awake. *Cognatum est* adj. vaka *veges*, vegetus; acer, alacer (*voc. c.*) unde *Dan.* vakker, *Germ.* wacker, *AS.* wacor. *Circa etymum efr.* *Lat.* vigere, vegere præter (at) Vaka *supra*. *Cfr.* *Gl.* *Synt.*

(at) *Vakna* (ek vakna, vagnada, vakinn *I.* vagnadr) evigilare (*v. c.*) *Dan.* vangne, *Germ.* erwachen, *Angl.* awake, *AS.* vænan. (*Vid.* at Vaka, Vakin).

**Vala-mengi** *n.* *S. III.* 60. *Cærorum multitudō* *G.* *Magnæus.* *Lætus comitatus* Olafsen. *Utroque sensu Valamengi proprie dici debuerit.* *Opinor* vertendum; Gallici homines : mancipia, cum Brynhilda paulopost in eadem ac sequente stropha loquatur de Hunniciis, duobus tantum, ab altero ipsius latere crematuris, sed quinque servos ac otio ministros, ut se et Sigurdum secuturos, memoret. (*Valir Galli;* *Vet.*, *Germ.* Wallen. *Hinc Valland olim Gallia, posterius Italia Velskland,* *Germ.* Welschland; *Valska* lingua gallica *I.* italicica, *Dan.* Vælsk, *Germ.* Welsch unde Roth - welsch, Kauder - welsch lingua iugata *I.* confusa p. p.) *Opinor*

*Valir atavis nostris sonasse peregrini, lingvâ & moribus ab ipsis diversi uti Britanni veteres Anglo-Saxonibus qui illos vocarunt Valas, Vealas : peregrinos, hostes, barbaros, exoticos, unde Veal-cynne, Vealpeod eot. Vide Vala-ript, mengi & Valnesk, Valskr in ind. n. pr. ubi illas meas conjecturas, uberioris dilucidabo.* *Cfr.* *Gl.* *Or. S.*

**Vala-ript** *S. III.* 60. *funereum stragulum* *G.* *Magnæus.* *Optimum stragulum* Olaffen. *Utroque sensu propri scribi debuerit:* Val-ript. *Tertia conjectura mihi igitur potius placet, ea nempe quod illa voce indicetur stragulum Gallicum, Italicum & exoticum;* vel-fäd : artificiosse pictum *I.* ornatum. *Arma & alia utensilia e Gallia, sive aliis regionibus imperio Romano subiectis, Boreales, propter raritudinem & præstans opificium, olim magni habuerunt.* (*Vid.* Vala-mengi, Ript, (unde Læ-ript).

**Val-baogr** *elefthus I.* *insignis annulus AQ.* 29. (*Val-eleffio*, *optio Dan.* Valg, *Germ.* Wahl; valinn *elefthus*, *insignis.* *Cfr.* *pers.* wall *I.* wal magnus, grandis — a velia *infra* — et Baogr s.)

**Val - bayst** *f.* *scutula capularis gladii.* *Vide omnino B. I. 6. Obs. 17 & V. 9. Obs. 22.*

Val-

\* Hinc *Isl.* Vaka *vigilia*, *nox*, *Arab.* Veki, *cfr.* *CAbass.* Vak, Vakla *nox*.

Val·bygg *n.* grande horreum *H.* *III.* 2.  
(aut a Val sive et pers. wall, supra,  
Et Bygg q. v.)

Val·bråd *f.* daps elesta *AQ.* 38. (a Val  
supra) vel etiam: rapina accipitris (a  
Valr i.) : carnes *l.* intestina avium aut  
animalium minorum ab accipitre ven-  
torio cæsorum — e quibus Guðruna se  
dapes composuisse perhibuerat. *Vid.*  
Bråd.

Vald, Valld *n.* vis, potentia, imperium  
unde nom. pl. Völd vis, causa, effica-  
cia. Kéndi hann Giökungum völd  
vn andlát Brynhildar. Ille Giukun-  
gos cædis Brynhildaæ austores esse ar-  
guebat. Hinc *isl.* Veldi \*) id. *Dan.*  
*Vold*, *Vælde*, *Germ.* Gewalt, *Angl.*  
Wealth, *AS.* Vald, "Geweald, *MG.*  
Valdufni, *Lapp.* Valdde, *Finn.* Wal-  
da, *CBrit.* Galludd, *Lat.* Valor et.  
*Cfr.* Pers. Vall magnus, *MG.* Vul-  
thus, *AS.* Vulðor gloria. *Vid.* (at)  
Valda.

(at) Valda (ek veld, olla, valdr) valere  
(v. c.) efficere, in causa esse. *Dan.*  
volde, *Germ.* walten, *Al.* uualtan,  
*Angl.* wield, *AS.* weoldan, vealdan,  
*AS.* Et *MG.* valdan, *Lit.* waldyti.  
*CBrit.* gallu, *Finn.* wallizen. *Cfr.*  
*Lapp.* valdam capio, sumo, expugno.  
*Vid.* Vald.

Val·davgg f. pluvia stragis : crux *H.*  
*III.* 42. (Valr Et Davgg).

Val·giarn cadaverum *l.* prædæ avidus *H.*  
*II.* 13. *AS.* vælgifre. (Valr Et giarn  
cupidus, it. gérr, gér appetens Germ.  
gern, *AS.* georn, *Al.* kero unde giarn-  
na *l.* giarnan lubenter, *Dan.* gierne,  
*Germ.* gern, *AS.* georn, Cognata innt  
*isl.* gýrnast, *MG.* gairnian appetere;  
gýrvgr avidus *Dan.* gierrig, *Germ.*  
gierig. *Etymum* vocis gerr Olafsen  
in Gl. Synt. Et Diatr. statuit Alam.  
geron, kerón; lat. qvarere unde Germ.  
begehren, *Dan.* begjære; clarius ap-  
paret in Pers. Ger voluntas, adpetitus  
et. *Cfr.* \* Géri).

Val·havll elesta, præstans *l.* splendida  
aula *AQ.* 2. 14. *Obs.* 8. (Val elesto  
*l.* valinn elestus, insignis vel etiam  
Pers. vall:magnus Et Havll *t.*)

Válige immanis *AM.* 52. (Proprie mira-  
bilis *l.* noxius, malus a Vá *t.*) *AS.*  
valica, tristis, luctuosus.

\* Vá - litit parus mirandum *OG.* 16.  
(Vá Et Lítill).

Valhesler vid. *Ind.* n. pr.

\* Val·kyria nympha bellica, stragum  
eleætrix. *H.* *II.* 35. *Cfr.* *Obs.* 35 Et  
75 ad idem carmen. Inter plebejos  
Norvagiicos supersticio adhuc viget de  
geniis *l.* nymphis tutelaribus quos Val-  
döger

\*) *Cfr.* OG. Aldarad, Eldarad dominium, quod tamen magis convenire videtur *isl.* Eldri, Ellri *i;*  
*Itl.* Veldi regnum, imperium cum Arab. Balidch regio, provincia, — it. Vela, Velajet regnum,  
imperium. Cum *isl.* Valde dominus, princeps *cfr.* Sanctr. Valli *id.* Vala, Valja fortis, magnus.

- döger adpellant. *Amazones illæ mythicæ* & nomen & officium commune habuerunt cum Græcorum, que hæc appellabantur. *Addē AS.* Valcirige, Valcrigge p. p.
- \* Valr m. stroges, cumulus cærorum in aie. (*Alias etiam, sed rare quidem, cadaver uxicum*). *Cfr. CTschets.* Valar mors. *Est forsan originitus nūl aliud quam confluxus accipitrum l. avium carnivorarum circa cadavera, uti marinorum avium confluxus ad loca quoque pisces frequentant, Islandis jamjam sonat Fvgl l. avis, & certum felicis piscaturæ indicium habetur.* *AS.* Væl, Vale. (*Vide Valr & Gl. N. K.*)
- Valr m. accipiter, falco (v. c.) *Dan.* & Germ. Falk, Al. Ualeo, Lapp. Falle, CBrīt. Gwalch. *Cfr. Lat.* vōlo, volucris, volare, & \* valr ala.
- Valroþ n. rubor præliaris l. valroþa adj. prælio l. sanguine rubefactus AQ. 4. Obr. 19. (*Vide Valr, Riða, Rodnacet.*)
- Valrúnir diffa eleðla l. artificiosa aut etiam obscura cædis indicatio H. III. 4. (*A Val, Velia l.* Valr strages & Rúnir s.)
- Val-stefna f. prælium l. congressus prædestinatus H. II. 19. (*Val, velia l.* Valr strages & stefna s.)
- \* Vamm n. vitium, culpa, probrum, Angl. Wem, AS. Vam, MG. Vamm, Finn. Wamma, Gr. μωμος macula, sordes, vitium, defæsus S. III. 6. O. 5. *Addē Angl.* Maim, CBrīt. Nam, it. Pers. Vam culpa (H.). *Cfr. Il.* vomr nequam, CBrīt. Gwan ruptura, lassio gwanimal inconstans, levis.
- Vamma-fvllr sceleratus B. I. 26. (Vamm & fvllr).
- Vamma-laust inculpate B. I. 22. AS. Unyamme. (Vamm & laufs).
- Ván (van, von, on) f. spes. (AS. Ven, Vene, MG. Vens, Lapp. Vuord) Pl. Vánir G. II. 29. H. III. 48. *Cfr. Germ.* Wahn, Wan opinio. Santer, Vas cupidio, Zend. Vaete. *Vide On, Vænz & Gloss. Synt.*
- Van (hic in compositis) defæsus MG. & AS. Van, Angl. Wane, Want, Finn. Waja, Lapp. Vang detrimentum, damnum, Vanees defæsus; inopia. *Cfr. particulas privativas Islandorum Van, Ve, cum Dan. Van, Germ. Un, Wan, Ind. Santer, an, COss. ana, Pers. na, bi, Lat. & Angl. in \*).* *Cfr. Án, Ú, Ó, Vanz, Vanr.*
- Vandr l. Vandr (alias Uondr, Vondr) malus S. I. 40. Difficilis B. I. 36. Pá var vant vitri. Tusc res incommodæ l. difficiles erant sapienti AM. 3.
- Var

<sup>\*)</sup> Sic etiam particulae tales srl. Ó, Ú respondent: Dan. u, Gr. ou, ω, Zend. a, e, Pelt. a & c.

Var vant at ráþa: *Difficile erat interpretari AM. 9.* Hinc *Dan.*, ond *malus*, *difficilis*. *Cfr. AS. voh*, *MG. vah*, *Angl. bad* *malus*, *pravus*, *Lapp. baha*, *Finn. paha*; *Pers. bed*, *Afg. batí* (*idem*), *MGoth. baud* *insultus*, *fatuus* *it.* *Lapp. voddes* *difficilis*, *C. Tschet.* & *Ing. uonda* *vilius*, *Tus. & Ing. uon* *fædus*, *teter*. *Vid. Glass. Synt.* & *Diatr.*

*Van-*lýgi f. *neutrigam mendacium* ɔ: *Veritas*, *AM. 91.* *Van* & *Lýgi*.

*Vann-*flyggr *AQ. 13.* *Virgarum fugi-*  
*tans* (*campus*) *Interpr.* *Vid. ibid. Obs.*  
*57.* — *Conjici tamen potest quod poëta*  
*prius* (*strophae v. 5 & 6*) *de sylva locu-*  
*cetus, jam etiam campos virgarum l.*  
*arborum vacuos, quos heroes veloci-*  
*ter permearunt, memoret.* (*Vöndr l.*  
*Vaundr* *virga* *Dan.* *Vaand*, *Angl.*  
*Wand* & *flyggr* *infestus, oversus, unde*  
*forte* *Dan.* *styg* \*); *vide Gloss. Diatr.*

\* *Vanr expers, egenus, orbus, spoliatus,*  
*carens, vacans.* *Vant* er *stafs* *vif.*  
*Deest* *fæminæ littera* *AM. 12.* *Mi-*  
*kills* er á *mann* *hverín* *vant* er *mann-*  
*vits* er. *Multum homini deest, eni deest*  
*sapientia* *HM. 26.* *Forsan* *etiam* *B.*  
*J. 25.* *Allt* er *vant.* *AS. van*, *vana*,  
*Al. wan*, *Finn. wajaus.* *Hinc* *forsan*  
*Angl. wane* *pallidus* ɔ: *sanitate l. vi-*

*gore* *orbus.* *Cfr. Lat. vanus, it. C.*  
*Brit. gwann* *debilis, infirmus* *Sanscr.*  
*vana, vacuous;* *item Vanam* *eremus*,  
*desertum.* (*Van*).

*Vane assuetus* \*\*). *Dan. vant*, *Germ.*  
*gewohnt* (*venia assuefacies* — *unde*  
*particip. vaninn*; *Dan. vant*, *Al. ki-*  
*uuon*, *Germ. gewohnt.* *Vid. Veni-*  
*az i.*

*Vant*, *B. I. 25.* *neutr. aut à Vanr muti-*  
*lus, orbus, defectus, aut a Vandr*  
*difficilis, malus.* *Difficile* *B. I. 26.* *Vid.*  
*Vanr, Vandr.*

*Vántattrv* (*vigi*) *pro:* *vanst* *þú* *ei nom*  
*commisiisti* (*cædem*) *H. III. 23.* *Vid.*  
*(at) Vinna.*

\* *Vapn* (*Vopn*, *Vepn*; *alias interdum*  
*Vokn*) n. *in pl. arma* *S. II. β. 4.* *Dan.*  
*Vaaben*, *Germ. Waffen*, *Angl. Weapons*,  
*AS. Væpn*, *Væpna*, *MG. Vepna*,  
*Al. Waffan*, *Gr. ἔπλα* — *B. I. 36.*  
*Vits* *ok* *vapna* *vant* *er* *iöfri* *at* *fá* *heim*  
*er* *fremstr* *skal* *med* *firom.* *Arma*  
*hic, ut et apud Latinos, bellicam vir-*  
*tutem significare puto, et verba hæcce*  
*indicare, quod raro inveniatur princeps*  
*qui et prudentip et armis valeat.* *Videtur*  
*Brynhilda innuere, quod Sigurdus, quam-*  
*vis fortissimus heros, non inter sapien-*  
*tissimos numerandus foret; prior stro-*  
*phæ pars monet cum esse cautum et non*  
*nimis*

\* *Cfr. Græc. στυγεός odium, στυγεω, στυγεω odio prosequor, στυγεός, στυγεωs terribilis*  
*tristis cat.*

\*\*) *Cfr. Sanscr. van inscola;* *Germ. wohnen*, *Dan. väanne habitare* &c.

*nimir credulum erga eos quos aliquanto  
laserat. Contemtus hujus concilii cæ-  
dem ipsius Sigurdi postea facilorem  
reddidit. (Olafsen ob isl. veifa, Lat.  
vibrare cogn. vega impf. vá, vo, tol-  
lere, dimitare. Gl. Synt.)*

Vapn-daudē armis l. ferro extinctus B.  
I. 33. (Vapn & daudr.)

Vapn-saungr cantus telorum militarium  
AQ. 34. (Vapn & Saungr.)

Var male S. I. 45. Vid. Varr, Verri &  
Gl. VGS.

Vár (vavr l. vör) proprio Divæ, trans-  
latæ mulieris appellatio. Vár gylls  
HB. 2. exponi forsan debet: auri cu-  
stos a veria custodire q. v. Cfr. Va-  
rar, Vör.

(at) Vára (ek vara, varada) cavere G. I.  
11. Alias curare, servare. Dan. vare,  
bevare, Angl. ware, beware, COss.  
bavarin. Cfr. Germ. währen in com-  
pos. unde bewahren, verwahren. Alias  
etiam admonere Dan. vare, advare,  
Germ. warnen, Angl. warn, AS.  
warnian, Finn. waron. Vid. Varaz,  
Varda, Veria, Vörnuþ i.

Vara & Varat pro var ei non erat. Pas-  
sim.

Varak, vark pro var ek fui (passim).  
Varat f. paſſum sponsalitium l. jurisju-  
randi fides H. I. Promissa B. I. 35.  
(Est alias plur. & Vör l. Vavr labium,  
et fortassis originitus notavit oscula  
amatoria l. promissoria, unde poste-

rius translatae illæ significationes ortæ  
sunt. Sic veittuz varar H. I. fortas-  
sis reflissime verbotenus: Oscula mu-  
tua dederunt. Cfr. AS. syllan wäre  
fædus dare. Hinc nomen Diva Vár l.  
Vör quæ sponsalitia promissa direxit.  
Al. Wara, AS. Være foedus, paſſum,  
cfr. MG. Vairthi pax, quiet, quod ta-  
men isl. Värd (ejusdem significationis)  
magis cognatum esse putamus. Vid.  
Vör, Varavärgr.

Vara-vargr date fidei violator B. I. 23.

Obs. 54. Proprie forsan: violator  
proniſſorum osculis confirmatorum. No-  
tiſſimum est Christianis scelus Judæ  
Ischariotis qui basio servatorem pro-  
didit. Hinc Danis proverbia de tali  
homuncione: falsk Judas, Judas-Kys  
(basium Judæ) p. p. Vide Varar &  
Vargr; it. & Vör i.

(at) Varaz (ek varaz, varadiz) cavere sibi  
vitare S. II. 8. AS. varian, varenian,  
varnian. Vid. at Vara, Varda,  
\* Vörumz.

(at) Varda, Varþa (hat vardar) interest,  
imp. interesse AM. 5. (Cfr. at Varda  
infra).

(at) Varda, \* Varþa (ek varda, vardada)  
prohibere AM. 14. Proprie custodire,  
servare, curare et. a verbo at Vara s.  
Addo Germ. Warten, AS. Uuarten, Angl.  
ward, AS. veardian, vèrdian, MG.  
wardjan, CBrit. gwarchad, Lopp.  
varotam, Finn. wartioizen, COss.  
fars

fars kanin. *Cfr. Gl. Synt. K.* *Vid.*  
varna, veria \*).

Vardi *vid.* at Veria.

\* Vargr *m.* A) *Lupus*, *Norv.* Va.  
*Zend.* Veherkehe, *Pelv.* Gorg, *Coss.*  
*Bireg*, *Schal.* Burg, *Mord.* Virgas,  
*Pers.* Gurk, Gurg. B) *Quodcumque  
animal carnivorum.* C) *De votis usur-  
patione de homine malifice & civitate  
expulso \*\*)* vide *Obs.* 52. ad *carmen*  
*HM.* ut & Varavargi *iuxta.* Sic *AS.*  
*Vearg*, *Værg* nequam, furcifer, *Finn.*  
*Waras fur.* Circa etymum *consule Gl.*  
*Synt.* (nisi præferas *isl.* vâr, *AS.*  
verg malus) cui tomen addendum quod  
*Galli antiqui*, *veterum Romanorum au-  
torum testimonio*, fures & latrones  
Vargas appellaverint. *Cfr. MG.* varg-  
jan damnare it. *isl.* veria, *MG.* var-  
jan prohibere it. *Lapp.* vargom ululo;  
Vergr, Varr i.

Varg - dropi *m.* hostis consanguineus I.  
proles. *B. I.* 35. *Vide ibid.* *Obs.* 64.  
& sqq. (Vargr & Dropi).

Varg - lióð *n.* ululatus lupinus II. II.  
37. (Liód pro magis usitatu Hlióð  
clamor, ululatus cat.) *Vid.* Vargr &  
Hlióð.

\* Vargr-tré dira I. latronum ligna : pa-  
tibula, *HM.* 16. *Obs.* 52. (Vargr &  
Tré).

Varip obductum *H. I.* 8. (masc. & fæm.  
varinn partic. pass. verbi at Veria i).

Varmr calidus *OG. 5.* *HM. 4.* *Dan.* Varm,  
*Germ.* *Angl.* Warm, *AS.* vearm, *MG.*  
vârm, *CBrit.* gwres, *Coss.* karm,  
*Pers.* & *Curd.* garm, *Sanscr.* gharmo,  
*Lat.* obs. formus, *Gr.* φέρως.

(at) Varna (ek varna, varnada) abstinere,  
prohibere, sed vix cum optato successu  
*AQ.* 30. Varnapit hann við Gvdrú-  
no Gudrunæ non obsistere potuit (Ne-  
que enim cavebat a Gudruna Interpr.)  
*AQ.* 42. *AS.* vearnan. (Hinc *Dan.*  
værne defendere vet. *Germ.* warnen,  
a Vörn I. Vavrn defensio, *Dan.* Værn,  
*Germ.* Währ omnia a Veria infra).

Várr I. varr (vorr) f. var n. vart noster  
S. II. a. *Dan.* Vor, *Angl.* our. *Vid.*  
*Obs.* cat.

Varr m. vir u. c. *HM.* 27. (Forsan a  
veria tueri). *Cfr.* Verr, Fír.

\* Varr Timidus *AM.* 37 (alias rautas,  
*AS.* vær, *Angl.* wary, *Dan.* varsom,  
*Lapp.* varogas cat.) Opinor aliquan-  
do fuisse primitivum comparativi verri  
(varri)

\*) Circa etymum *cfr. Pers.* var habent, possidens it. Varr i.

\*\*) *Cfr. Sanscr.* ragia vargida proscriptus ex tibi ina. Talem horinam Islandi olim appellantur ræke  
varga. Sic etiam Sidonius Apollinaris *Lib. 5. Ep. 4.* "Vargus proscriptus latro apud Arver-  
nos. In legibus Salicis & Ripuariorum Wargus sonat "expulsus de codem pago."

(varri) superlat. verstr — *infra*, atque  
forsan occurrere in Grimnismál str.  
52. var. v. — et quod varmenni (nē-  
quam) vox satis nota ab illa derivanda  
sit. Varr *l.* var *G.* Magnæus verte-  
rat: *suspensus*, pro cautus, uti si in-  
tellexit \*). Vid. Var male *s.*

Vart vix ægre, *l.* viliter *AM.* 25. Cog-  
natum esse videtur. *adv.* varla *l.* varliga  
eiusdem significationis; omnia, ut puto,  
a varr malus, vilius.

Varvmk pro var ek. *AM.* 73.

Vas pro var suit. Germ. Angl. & MG.  
was. Vid. Vera, Em.

Vás (recent. Vos) *n.* A) Uðor *G.* II. 4.  
Alias interdum aqua. Germ. Wasser,  
*AS.* Væs, Finn. Wesi, *CSuan.* Viz.  
*Add.* CTscherk. Uosck pluvia Uafs,  
Vues nix, *it.* *AS.* Ves liquor \*\*).  
B) Tormentum, poena *AM.* 58. Forte  
a Vá damnum *s.* Vas *l.* Vás alias la-  
bor, molestia unde Vasaz in *Gl.* N.  
*Cfr.* Vagr, Vatr, Ver, \* Varnavipr.  
Västigar calles diræ *l.* perniciose *HM.*  
16. *Obs.* 149. Vid. Vá & Flvg-stigr.

Vatr *n.* (Alias poët. Vatr, Gen. Vaz *l.*  
Vatns) Aqva *S.* II, *a.* Lacus *VQ.*  
Dan. Vand, Germ. & Al. Wasser,  
Angl. Water, *AS.* Vater, Væter,  
Væs, *MG.* Vato, Finn. Wesi, Per-  
miak. Wa, *CSuan.* Viz, Sanser. Va,  
Vaja, Vari, Pan (*addé* Nadu flumen),  
*Gr.* ὕδωρ, ὕδης \*\*\*). *Cfr.* Ursvalr,  
Unn, Ver &c.

Vatt vid. at Vinda.

Vått cædisti vid. Vega.

Vavllr *l.* Völlr *m.* campus (*Pl.* Vellir,  
*AQ.* 5. vet. Dan. Vold, Svec. Wall,  
Germ. Feld, Angl. Wold, Field,  
Feild, *AS.* Veold, Feald, *Al.* Uelt.  
*Cfr.* Lat. Vallis, Vallum; Germ. &  
Angl. Wald sylva, *AS.* Veald, it.  
Sanser. Vila ager.

Vavlondr (Vavlvndr *l.* völundr) artifex  
*HM.* 6. *Obs.* 15. Vide ind. nom. pr.

\* Vavlv *l.* Völv (alias \* Vala) mulier *l.*  
anus fatidica aut vagabunda incantatrix  
*H.* II. 34. *Obs.* 73. Est forsitan deri-  
vandum a vale, vavlr *l.* völr baculus  
(*MG.* Valus) quo sagæ tales semper ar-  
mata

\*) Varr *l.* var alias etiam sciens, præcious, admonitus Dan. & *AS.* var et. *Cfr.* Germ. wahrt,  
Lat. verus &c. *it.* *isl.* vera esse *s.*

\*\*) Hinc forte Dan. vase lavare, Germ. waschen, Angl. wash cæt. *Cfr.* Vatr *i.*

\*\*\*) Cognata sunt a) *isl.* vatr, vott udus, Dan. vaad, Germ. naß, feucht, veit, *Al.* naz, *Angl.*  
wet, *AS.* vat, *Gr.* ψῆπος, ψῆπος. b) *isl.* Vás, c) Vata uðor, Dan. Væde, Vædike,  
Germ. Nâlse &c. Angl. Wet, Wetness, *Gr.* ψῆπε; *addé* Al. Fuhti, Germ. Feuchtigkeit,  
Dan. Fugtighed &c. d) Verbum *isl.* vata rigare, Dan. vade, *AS.* wet, *AS.* vatan, *MG.*  
natjan, Lat. udare, *Gr.* ψῆπειν. *Cfr.* COn, vain fluere,

*matæ erant; — cfr. Sanscr. Vel harta. Cfr. Germ. wallen (vagari, ire) Finn. wöellan, it. Finn. Welho magus, veneris fecundus wihlae fastino est. Gl. Synt.*

Vaurdr eet, vid. Vördr.

(at) Vaxa (ek vex, óx, vaxinn) crescere, adolescere. Dan. vox, Germ. wachsen, Angl. wax, AS. veaxan, veóxan, MG. wahsian. Cfr. Gr. ἄξειν, αὔξειν.

*Vid.* (at) Auka, Æxla.

Vaz - strönd (Vatns-stravnd) ripa lacus. V. Vatn & Stravnd.

\* Váp (vad, vop, vod) f. pl. Vápir vestis, involucrum corporis (alias velum, in specie nauticum) GS. 8. Obs. 35. Lodek l. vestis S. III. 46. Angl. Weeds, AS. Væd, Finn. Waate, Sanscr. Vasa, Vastra, Zend. Vastio, Pelv. Västerg. Cfr. Isl. Vell vestis l. vestis genus (forsan proprie Vædsl a nostro Vád it. Dan. &c. Vest vestis genus. Hinc Al. Ki-uuatit amíttus \*) & Germ. Wand. (Aliud Vod rete Dan. Vaad, Finn. Wata). Vid. Gl. Synt.

\* Ve n. pl. sacra, jurisdictiones l. habitacula H. III. 13. Alias etiam jus, religio, paz — idem quam AS. æ, Al. ewa, Germ. ehe jus, religio, foedus; AS. æ ejusdem linguae Al. l. Ad, Isl. eidr eet. juramentum. Cfr. Dan. ægte nubi, Ægteskab matrimonium eet.

— Ve nostro cognata sunt AS. Vih, vig, Al. uuih, MGoth. veihs sanctus, Veih pontifex, veihan consecrare, cfr. Pelv. veh purus, Pers. veh excellens, Zend. vehmae, Finn. pyhitæn; Ind. Sanscr. & Pali Vihar, Vehar templum, fanum. Hinc isl. viga, Dan. vie, Germ. weihen, Finn. wihiin & multa-alia. Cfr. Gl. Synt.

\* Vedr n. tempestas, partim ventus (v. c.) H. II. 12. eet. Dan. Væir, Germ. Wetter, Angl. Weather, AS. Veder, Al. Uueter, Pers. Bad ventus, tempestas, Pelv. & Sanscr. vad, Zend. Vatem, Curd. Bah, COss. Vaad, Vogul. & Ostiak. Uata, Vot. Adde Sanscr. Vidara (uti isl. vidri in compos.) tempestas Slavon. Viatr, Sanscr. Vajhu, vaju, Vada, Vjani ventus, aer. (Quibusdam a MG. vajan, Germ. wehen spirare, cfr. isl. veifa vibrare, elevare, aliis ab isl. vada vadere, grasiari. Vid, Vindr eet.) Cfr. Gr. αἰθηρ, Lat. æther, aér, aura.

Vedreygr l. vedreigr periculis strenuus V. 8. A ved periculum vel vedr tempestas & reigr l. reigr alacer, strenuus — de cuius affinibus in linguis externis vide Gl. Diatr.

(at) Veta (ek vef, óf, ofinn) involvere l. circum volvere — (proprie texere, flectere

\*) Cognatum forte est recent. Est vestis, nisi sit a verbo obsoleto feta (ek fet, fat) complecti, assequi. Dan. fatte, Germ. fälsen.

*tere B. I. 12. Dan. væve, Germ. weben, Angl. weave, AS. vefan, viefan, MG. waibjan, CBrit. ghev, gwau, Turc. besten, Gr. ἵφασις (cfr. ist. Vestr l. Vepr trama, it. vepr, vestr, Dan. væv, Germ. Web, Angl. Web, Weft, AS. veb, veft, CBrit. Gwe, Gr. ἴφη tela, textile. Vid. Gl. N.*

(at) *Vefia (ek vef, vafda, vafinn) vincere, vinciendo circumdare. Vid. vefa. Vef-nistinger m. l. vefniſting f. Textile religatum l. religandum s: velum navis H. II. 24. (a) Vefr s. & nista annectere, unde nistning nexura vel etiam nista acu sine clavis figere, vel à nisti fibula, cfr. tamen nista l. gnista crepare, stridere).*

(at) \**Vega (ek veg, vá l. våg, vóg l. vo, veginn) A) Pugnare, depugnare, condere. Per se solumente. S. II. a. 18. p. 7. 30. Vágom or skógi þann armis liberavimus exilio eum AM. 97. Vega figi vittoria potiri S. II. p. 23. B) evenire B. I. 37. C) vehere-l. procurare (quasi hodiernum at útvega) GH. 10. D) Vega kvnni S. III. (pugnare stiebat — versione interpretum) — unumne: animo volvere s: an uxorem duxerit si id licitum foret. E) evenire, evadere B. I. 37. Conser verbi notio nem: ponderare, trutinari, — unde Danicum veje, overveje, Germ. wägen, erwägen, Angl. (utroque sensu)*

weigh. *Antiquiora sunt MG. vigan agitare, pugnare, manum conserere, vagan, gavagjan mouere, agitare (vagid agitatus), AS. vegan, vägan, vigian pugnare, Al. vuht (unde recent. ist. fikta, Dan. fæge, Germ. fechten, Angl. fight, AS. fiahtan). Adde AS. vegan &c. tollere, ferre, ponderare, item AS. vegan, vagian, Angl. wag, Germ. wegen, Dan. bevæge mouere, agitare, Al. wiegan vibrare. Cfr. Finn. wien fero, COts. Vojag mercatura, Pers. vejen pondus, libramen (KI.) Vid. víg & Gl. Synt. Vegandi percussor G. I. 4. Partic. activuu verbi (at) vega s.*

*Vegligr decorus l. superbus AM. 54. Hintforscan Dan. vælig. (Vegr gloria i.). \* Vegr m. via (v. c.) cet. Å annan Veg Aliorsum S. III. 21. Pl. Vegir occasions l. cauzæ S. III. 19. Dan. vej, Germ. & Al. Weg, Angl. Way, AS. väg, veg, MG. vigs. Adde CIngr. Tus. Tschet. Nik, Chuns. cat. Nuch, Sanscr. Vithi, Lat. obs. Veha. (Vega vehere).*

*Vegr, m. gloria, honor. Cfr. veginn honoratus de quo Gloss. Diattr. For san a ve s. — vel (at) Vega attollere, ponderare. Cfr. Lapp. Væk vis, potestas. Vid. Gl. Synt.*

*Veg-reygr l. Vegreigr eundo alacer V. 4. (Vegr via & reigr l. reifr alacer, strenuus).*

(at)

(at) Veida (ek veidi, veidda, veiddr)  
 venari (forsán v. t.) *AS.* væðan,  
*Lapp.* bivdam. *Forsan* tamen originus proprius in sylva versari a vidre  
*sylva cet.* unda etiam *Germ.* Weide pa-  
*scuum*, *pastura*. *Conferri* tamen circa  
*etymum* potest vida l. *vinna superare*,  
*vincere*. *Confer* porro *Pers.* *Arab.*  
*Zeid* l. *Scid* *venatio*.

Veidi f. Alias Veidvr (*Lapp.* Bivdo).  
*Venatus* (forsan v. t.) *S. II.* a. *V. 4.*  
*(Vid.* at *Veida*). *Hinc Germ.* *Weid*  
*venatus* (*in compōsitis e. gr.* *Weidmann*  
*isl.* *Veidimadr*, *Belg.* *Weidener ve-  
 nator*).

\* Veig f. *potio* (*eximia*) † *GS.* 23. *AS.*  
*Vege*. *Numne proprius* *potio sacra*,  
*festa*, *sacrificialis* a *vigia consecrare*  
*vel* *ve res* *sacra tæt.* (*de quo supra*).  
*Cfr.* *Germ.* *Weihe consecratio*. *Vid.*  
*Ve r.*

(at) \* Veita (ek veiti, veitta, veittr).  
*præbere*, dare *S. II.* a. *Pelv.* *veda-*  
*dan*, *MG.* (*ut videtur*) *veitan* l. *veit-*  
*jan*. *Cfr.* *pers.* *daden ejusdem sensus*,  
*Lat.* dare (*perf.* dedi). *Vide* *Gt.* *Synt.*  
*N.* *cfr.* *Dád* s.

Veizsla, Veitsla *epulum*, *proprie præbi-*  
*tio cet.* *veita dare*, *præbere*, *q. v.* † *GS.*  
*5.* *Angl.* *Wassel* l. *Wassail*. *Vide*  
*Gloss.* *Synt.* *N.*

(at) \* Vekia, (ek vek, vakta, vakinn)  
*et somno exitare* *G. II.* 38. *Dan.*  
*vække*, *Germ.* *weeken*, *Angl.* *wake*,

*awake*, *AS.* *veccan*, *veccian*, *MG.*  
*vakjan*, (*a Vaka vigilare q. v.*)

Vel bene. *Dan.* *vel*, *Germ.* *wohl*, *Angl.*  
*well*, *AS.* *vel*, *MG.* *vaila*, *Al.* *wola*,  
*cfr.* *CBrit.* *gwell* *melius*, *gwella ame-*  
*liorare*, *it.* *CBrit.* *wala satis*. (*Olim*  
*interdum* *val*, *aut a val optio sive vil*  
*voluntas*). *Cfr.* *Lat.* *belle*. *Gloss.*  
*Synt.*

\* Vél f. *dolor*, *fraus*, *techna fallacia* *S.*  
*I. 33.* *Pl.* *vélar* *S. I.* 45. *Beita* *vélon*  
*fraudes intendere* *S. I.* 40. *AS.* *Vilà*  
*astutia*, *Angl.* *Wile*, *Guile* *fraus*, *do-*  
*lus*, *Lat.* *falla*, *Finn.* *Wilppi*, *cfr.*  
*Finn.* *Wihlaus fastinatio* & *velum*,  
*Angl.* *veil* *tegmen*, *AS.* *vel* *quod*  
*fraudi nunquam deest*. (*Vél alias nota*  
*uripygium avium*, *cfr.* *CBrit.* *Fflog*  
*ala*). *Vid.* (at) *Véla*.

(at) \* Véla (ek vélá) *originitus ut puto*  
*idem quam* (at) \* *væla* (ek væli, væltá,  
*væltr*) — *fallere* (*v. c.*) *fraudare* *S. III.*  
*16.* *H. B.* 12. *Dolis circumvenire* *S.*  
*I. 35.* *Finn.* *vilpitsolen* *cfr.* *Finn.* *wih-*  
*lan fascino*, *Lapp.* *villim seduco*, *illi-*  
*cio*. *Cfr.* *Lat.* *velare*, *Angl.* *vail*,  
*veil cum doli semper occulentur*. *Vid.*

(at) *Væla infra*.

Velborinn *genere illustris* *AM.* 20. *Dan.*  
*velbaaren*, *Germ.* *wohlgeborenen* *cet.*  
*Vid.* *Vel* & *Ber.*

(at) Velia (ek vel, valda, valinn) *Delí-*  
*gere*, *eligere* *G. II.* 20, *GH.* 7. *Op-*  
*tare* *V. 27.* *Dan.* *valge*, *Germ.* *Al.*  
*wählen*,

wählen, *MG.* valjan, *Lapp.* valljim, *Finn.* walizen, *isl.* Val *elef̄io.* *Dan.* Valg, *Germ.* Wahl; *it.* *I. l.* Val, *Lapp.* Valljo *in compos.* elef̄am quid *l.* egrégium indicat. *Circa etymum cfr. CBrit.* Wala satis, *Lapp.* Vallje copia, afflu-  
entia, *isl.* vi*la velle i.*

(at) Vella (ek vell, vall) servare *G. III.*  
6. *Svec.* wälla, *Angl.* well, wallop,  
*AS.* vellan, veallan. (*Alias etiam a)*  
ebullire, scatere. *Hinc Dan.* vélde,  
qvælde, *Germ.* wellen, wallen — unde  
*Dan.* Væld, Qvæld font, *Germ.* Qwell,  
*Angl.* Well, *AS.* Væl, Vell. *Cfr.*  
*Finn.* walan *superfundō,* *it.* *Germ.*  
Welle unda *cet.* *β)* coquere, elixare,  
*Angl.* boil; *hinc Isl.* Vellingr, *Dan.*  
Velling, sorbitio, puls tenuior).  
Vél-rædi *n. pl.* insidia (proprie dolosa  
conisia) *Angl.* Wilines astutia + *GS.*  
9. (*Vél* & *Rád*).

(at) Velta (ek velti, velta, veltr) volvere  
(*forsan u. t.*) *AQ.* 29. *Cognatum est*  
aliud (at) Velta (ek velt, valt, oltiinn)  
volvi, aut a vél dolus, ars *l.* valr ob-  
longus, rotundus. *Dan.* vælte, *Germ.*  
welzen, *Angl.* welter, wallow, walt,  
*AS.* væltan, valvian, *MG.* valtjan;  
valvjan. *Addē Gr.* οὐλε, οὐλεν volvo,  
*Zend.* veeré volvit, *Pers.* geltiden  
(*isl.* veltiz) voluntari, volvi.

Vengi *n. gena* (forte *v. t.*) pro alias  
usitato Vángi *m.* *G. I.* 12. *Germ.*  
& *Al.* Wange, *AS.* Veng, Vang,  
*CBrit.* Awen, *Uigur.* Jangak, *Gr.*  
γέρως. *Cfr.* \* Vángr, Vengi planities  
& *Gl.* *L.*

(at) Veniaz (ek venz, vandiz) adsver-  
scere † *GS.* 15. *Pass. verbi at ve-*  
*nia* (ek vēs, vanda, vaninn) *assve-*  
*facere* *Dan.* vennē, *Germ.* wöhnen,  
gewöhnen, *AS.* venjan. *Angl.* (qva-  
vis sensu jam contrario) wean. *Cfr.*  
*AS.* awunian, *Germ.* wohnen solere,  
manere; *Vani mos*, *Dan.* Vane, *Angl.*  
Wont, *AS.* Vuna, *CBrit.* Gnawd.

Ver n. mare *H. III.* 7. Flumen *G. II.*  
6. *Obs.* 24. *Forsan a Veria cingere.*  
*Alias Vavr l.* Vavr \*) (genit. Varar).  
Conveniant *AS.* Vær mare, aqua, Zend.  
Vero, Varam, Sansc. Vari. *Cfr.*  
*Finn.* Ware unda, Norweg. Vaar, Vaar-  
ren fluxus maris. *Vid.* Vagr, Vás,  
Vatn, \* Varnaviþr.

Vér nos *G. II.* 36. *Dan.* Vi, *Germ.*  
Wie, *Angl.* We, *MG.* Veis, *CC.*  
näh, *CTschet.* berrige, *Tscherk.* dehr.  
*Vid.* Vid.

(at) \*Vera (eker l. em, var) esse. Fleiri til  
váro plures aderant *AM.* 27. Vera mvn  
þat

\*) Aliud est *Isl.* Vavr l. Vör f. locus nubes appellandi. *Cfr.* Al. Uuer littus, *AS.* Ver, Fiskver,  
*Itl.* Ver, Fiskiver piscina; piscatura.

þat fvr necqvi id est alieijus rei præambulum (somnium l. signum) AM. 24.  
þaz án veri, qvod potius abesse debuerat AM. 36. Olim vesa, Dan. være,  
Angl. be, AS. vesan, Al. uesan, MG. visan, Lapp. aaron, Pers. he-  
stén, byden. *Vid.* ek Em, es, bida.  
*Cognatum* est at vara manere Dan.  
vare, Germ. währen; hinc forsán.  
Germ. wahr, lat. verus, CBrit. gwir.  
*Hinc* Verauld mundus, universum, pro-  
prie omnis essentia, AS. Worold,  
Lapp. Verald, Dan. Verden &c.)

(at) Verda (ek verd, vard, vordinn l.  
ordinn) A) fieri, evadere. Hvæt vard  
af húnom mínom: Quid factum est  
de pueris meis V. 30. B) necessitatem  
habere, cogi S. L. Þat varþ hon at  
hyggia id accipere coafta est S. I. 24.  
C) Deprehendere (in scortatione) O. 21.  
Obs. 75. Dan. vorde, Germ. werden,  
AS. veordan, vordan, vyrdan, MG.  
vairthan (at Vera). *Cfr.* Gl. N. GS. K.  
(at) Verd-launa mercedem retribuere AM.  
30. (Verd pretium Dan. Værð, Germ.  
Werth, Angl. Worth, AS. Vert,  
Vurt, Al. Weri, CBrit. Gwerth,  
Finn. Werta, cfr. verdr dignus. Lau-  
na supra). *Vide* Verdr.

Verdr dignus S. III. 30. Sem henni  
vert þótti: Id quod ei dignum visum  
est AM. 30. Dan. værd, Germ.  
werth, Angl. worth, AS. veord,  
vyrde, MG. vairths. *Adde* Finn.

werta par. (*Cfr.* Verdluna. Forte  
þ Verda fieri).

Verdr, vördr (olim etiam Urdr) viðus,  
cibus — unde Qvöldverði cæna † GS.  
17. alias Nátt-verdt (Dan. Nadver l.  
Nadvere) cæna, Dag-verdr, Dan.  
Davre jentaculum l. prandium. Con-  
venit Angl. Fare viðus. *Vid.* Gl.  
Diatr.

Verdung (Verþung) Satellitum, cohors  
prætoriana S. III. 29. H. II. 9. ubi  
pro meritis l. merito substituendum  
erit satellitio. — Alias vox eadem  
Island. Verdung meritum. *Cfr.* tamē  
Hyndlujód. II. (de Othino): Hann  
gefr ok geldr gyll verdugum : ille  
dat & reddit aurum dignis. AS. Weorð,  
Veored copia, exireitus, satellitum.  
*Vide* Gl. Diatr. (Vördr custos, l.  
Verd pretium, merces q. v.)

Ver-fáng n. sumtio mariti : convubium  
HB. 12. (Verr vir, maritus & fáng  
acceptio, adeptio a fā nancisci).

Vergastr vilissimus, pessimus AM. 59.  
Obs. 175. Est forsán poëticæ & jam  
inusitate positum pro verstr (versta)  
origine cognatum adj. var l. varr malus  
adv. vart, subst. vargr & forsán ve-  
terrimo adjet. arg. s. Potissime di-  
lucidatur ab AS. verg, verig vilis,  
malus. *Cfr.* verri, verstr.

\* Veri pro Væri S. I. 5. V. 10. *Vid.* at  
Vera.

(at)

- (at) Veria (ek ver, varda, varinn) *In-volvere OG. 5. AM. 101. Ampletti V. 2. Alias A) tueri, defendere, cu-rare, prospicere, Dan. värge, Germ. wehren, Angl. ward, AS. vergan, verjan, Al. werjan, MG. varjan, wardjan, CBrit. gwared, gwaredu, Lapp. wärjim unde, Al. & AS. Ver, Angl. War bellum (*proprie defensio*), it. isl. Verja, Dan. Värge, Germ. Wehr, Lapp. Värjok, Finn. Warjo telum, arma, tutomen. Cfr. Sansc. Vi-ria vis, vires (v. c.) vira fortis stre-nuus. Cfr. Isl. Svara, jara pugna, Gr. ἐρων custodio, ἐρων tuor. B) ab-sistere, prohibere aditum ad aliquid, Germ. wehren, Angl. bar &c. Vid. Vara, Varda, Varna, Vörþr it, Gl. VGS. \* Ver involucrum Dan. Vaar, Angl. Wear (*vestimentum*), Finn. Wer-ho (*tegmen*). Cognata sunt AS. ver-an, veren gerere, induere, Angl. wear gestare, Finn. werhoilan tego, vestio, werhon operio. Cfr. Bera s. Aliud est isl. veria sumtisfacere, CBrit. gwario, cfr. COss. varia partior, C. Tart. veremen, verirem do.*
- Veria non foret B. II. 8. (Vid. vera & negat).
- (at) Veriaz (ek verz l. verft, vardift) tutari, se defendere † GS. 15. Vid. at Veria.

Veritas: Veri-at pro væru ei non forent AM. 25.

Verk n, opus \*). Dan. Verk, Germ. Werck, Angl. Work, AS. Vero, Ve-ore, MG. Waursto, Finn. Wirca, Gr. ἔργον. (Cfr. orka valere, orka efficacia, valor, yrkia, verkä facere, effi-cere, Dan. virke, Angl. work, MG. vaurvian; virki, yrki opus. Gl. Synt.)

Verkr m. dolor corporis OG. 4. Dan. Værk, AS. Værce. Hinc isl. verkia, Dan. værke, Angl. wark dolere. Cfr. Verk — nisi derivari debeat a varr malus cet.

\* Ver-laus f. mariti expers G. II. 30. (Verr & laufs). AS. verleas.

(at) Verpa (ek \*verp, varp, orpinn l. vorpinn) jacere, projicere, immittere. Urpuz á orpom: Verba inter se jacie-bant AM. 39. Verpr vígroda um ví-kinga rutilans armorum splendor præ-datores circumvolvitur H. III. 22, Nadr verpr hala serpens caudam rejicit H. I. 9. Kona varp avndo enn kon-úngr fiörví Mulier suspiravit (geni-tum exhalavit) sed Rex animam efflavit. B. I. 8. Addre AS. veorpan, MG. vairpan, Lat. barb. verpire, COss. aporin. Hinc Dan. varpe navem at-trahendo promovere, it. Dan. Varp, Angl.

<sup>\*)</sup> Cfr. Zend. vereza operosus, efficax Dan. virksam, Germ. wirksam, isl. verkmadr &c.

- Angl.* Warpe *funis quo navigium trahitur l.* promovetur et. *Cfr. Gl. Synt.*
- \* *Verr l.* ver vir (*v. c.*) *B. I.* 33. *cet. S. III.* 33. *Maritus S. III.* 9. 38. *Cfr. Obs.* 12 ad *G. III.* *Adde MG. Vair, Lett. & Lith. Vyras, Lith. Viers, Finn. Uro, Hib. Fear, CBrit. Gwr, CC. Viri, Sawyer. Viroh, vel. celt. Varo, CBrit. Ner dominus Gwerin viri, homines, CTart. Err, Er mari-tus, Turc. Erl vir, Pers. Ner mas, Pir vir senior. Cfr. Germ. Herr, Dan. Herre, Isl. Herra dominus, Sanscr. vira fortis, strenuus, Gr. ανηρ vir. Vid. Fir s.*
- Verrī* (olim verisimiliter varri pejor, de-terior. Comparat. ab obsol. var *l.* varr malus *s.* *B. I.* 24. *Dan.* værre, *Angl.* warre, worse, *AS.* værr, værse, vyrs, *MG.* vairs. *Cfr. Lapp.* Værræ nefar, injuria, værrej iniqvus, injustus, *Finn.* værre curvus, injus-tus.
- Vestr pessime* † *GS.* 4. (Olim forsán varst) *Dan.* værth. *Cfr. Lapp.* værest male. *Vid.* verr, verri.
- Vestr pessimus gravissimus S. I.* 24. Olim forsán varstr, *Dan.* varst, *Angl.* worst, *AS.* varst, vyrest. *Cfr. AS.* Berst malum. *Vid.* Varr, verri & sq.
- Vestr marito l. matrimonio felix S. III.* 52. (*Verr & Sall.*)
- Vesall pro vestali infelix AM.* 58. A ve particula privat. & sell salvus.
*Rex G. II. pag. 290. G. III. pag. 326. str. 2. 5. Vilk S. Piðrekr, Carm. Nibel. Dittich. Occurrit Thideric l. Tiuderic apud Ad. Brem. Hinc recent. Diderich, Didrik p. p.— Quod primam syllakam cognata sunt Frant. Theodebald l. Theudebald, Theodebert, Goth. Theodemir l. Theudemir, Longob. Theudegisl, Theudelind &c. Cfr. nom. pr. Isl. Piðbiörg, Piðhildvrs p. p. Circa etyma cfr. Gl. sub v. Pið & Reka, Piðan, Piðágódr p. p.*

*Dollsey insula borealis Norvegiae, hodie Dollsöe H. I. 25. Decantatur, ni fal- lor, in cantilenis heroicis Færoenium, quæ in bibliotheca regia Havnienii as- servantur. Vid. Gl. v. \* Pollr & Ey.*

† *Póra* (*Haconis filia*) *regina Danica G. II. 13. Recent. Thora; forte Ossia- ni Daura \*\*\*).* Cfr. Pórsnes i.

Pórs-

\* ) Ut si ergo apud poetas nostratium veteres e. gr. l. c. *H.M. 6. Obs. 15.* & vulgariter ab Islandis ho- diernis artifex quivis sive dexter opifex Völundr nominatur, sic etiam in remotissima Indorum insula Ceylon l. Sylan apud populum Bodem (Voden l. Odinum) coheret, artifices ac opifices Velendi (Velender) apparetur. (Joinville on the religion and manners of the people of Ceylon. Asiatic Researches Tom. VII. pag. 430).

\*\*) Est forte noster ille idem Theodoricus l. Theuderic, heros præclarus; qui Attilæ tempore Visigothi prefuit, & aliquid cum eo ipso bona gerit. De manione Thideriti apud Attilam cfr. alias Vilk. S. Cap. 268 & sq. it. 293. 294 & sq.

\*\*\*) Nomen hocce, uti alia permulta veterum borealium & Islandorum ac Norvegorum hodierni avii, seducendum a Dce Thoro. Similia occurrunt apud nationes cognatas extra Scandinaviam e. gr. Goth.

Pórsnes (*Thori Dei promontorium*) *n. loci*  
*H. II. 36. Obs. 47. Cfr. Póra s. \**).  
 Pýþverskr (*pýðverskr alias þiðverskr*  
*recentioribus pýðskr*), teutonicus *I.*  
*Germanicus B. II. pag. 255. Carm.*  
*Nib.* tuisch. *Dan.* tydsk, *Germ.*  
*deutsch I.* reutsch (*hinc etiam Angl.*  
*dutch*), Piód, *ut puto, veteres Scan-*

*di totam Teutoniam sive Germaniam*  
*vocavere (uti e. gr. Edda Snorronian*  
*qva Hialprecum ibi regnasse per'ibet)*  
*& aliquando forte etiam regionem Tyc*  
*in Jutia. Recentioribus Islandis Ger*  
*mania audit pýðskaland I. Pýz aland,*  
*Dan. Tydskland, Germ. Deutschland*  
*I. Deutschland &c. Cfr. s. v. Nidudr.*

---

*Goth. Longob. Torismod (Scand. Þormóðr, Thormod) Goth. Gepid. Thorismund (Scand.*  
*Þórmundr, Thormund) Thorislín, Thorism, Turio p. p. AS. & Norv. Thor. Vet. Tarc.*  
*Turgetes (cfr. Scand. Þorgaut, Thorgaut I. Thorgot) Peri. Tur. Turon p. p.*

*¶ Loca permulta in Scandinavia & in regionibus a Scandinavis occupatis, a Deo Thoro nomen tra*  
*xerit. Ut Danie, Svecia & Norvegia, innumera fore, tacca, exempli gratia adfero Islandie*  
*Þórmörk, Pórsnes; Færoensium Þórhöfn (Thorshavn) Scotia Scando-Piðicea Pórsk, (Thuria)*  
*Pórcay, Pórsdalr p. p.*

---

## APPENDIX GLOSSARII VOCUM ET INDICIS NOMINUM PROPRIORUM.

CONTINENS SYNOPSIS LINGVARUM E QVIBUS VOCABULA COMPARATA  
DESUMTA SUNT, ET CLAVEM ABBREVIATIONUM QVIBUS ILLAE ET  
PRIMARIA SIMUL AUCTORIS SUBSIDIA SIGNIFICANTUR.

(Observatio: Astericus ante nomen lingue, que glossariis alias illustrata est, hic positus, indicat perpancas ex ea voces hic additibus esse & obiter quidem).

### I. LINGVÆ GOTHO-GERMANICÆ.

#### A) Scandinavicae.

\* *Veterrima, olim ræptissime Danica (dönskrúngá) interdum Norvegica sive Borealis (Norrenæ), jam autem Islandica dīgta. Signatur sic:*

*Vet. Scand. sive Isl. Libri quibus addita sunt glossaria eam illustrantia in nostro sic citantur:*

L. Landnáma (*liber Originum Islandicæ*) Havn. 1774. (*alias editus Skatholti 1688. sine Gl.*)

G. Or. S. Saga af Gunnlaugi Ormstungo ok Skálld-Rafni, Havn. 1775. 4.

Or. S. Orkneyinga Saga, Havn. 1780. 4.

Eg. S. Egils Skallagrimsfónar Saga alias Egla dīgta (est quidem edita, Havnæ

1809 sine *Glossario*, sed multarum glossariorum illustratio in notis additis inventitur). Altera Editio sine notis Rapseyæ Islandorum prodiit 1784. 4. VGS: Víga-Glúmis Saga, Havn. 1786. (*Alia editio sine Gl. Holis 1756. impressa est.*) 4.

N. Niála s. Saga Niáls Þorgeirfsonar ok fona hans, Havn. 1772 & 1809. 4.

KS. Kristni Saga, Havn. 1773. 8.

Hv. Húngurvaka, ib. 1778. 8.

Synt. Jóh. Olavii (*Hypnonesiensis*) Syntagma de baptismo veterum, Havn. 1770. 4.

Diatr. Ejusdem. Diatribe de cognatione spirituali &c. Havn. 1771. 8. \*).

B) Re.

\* Præterea citatae præcipue sunt historiae hæ (cine glossariis editæ) vel in notis vel in Ind. nom. præ. Vol. S. vel Hitt. Vol. Volfunga-Saga (in collectione Biocereri: Nordiske Kjämpe-dåter, Holm. & nuper, ni fabr., in Germania a doctiss. v. d. Hagen edita). Vilk. S. vel Hitt. Vilk. Vilkinsa ok Niflunga-Saga al. Saga Þidriks af Bern. Edita a Jóh. Peringskiold, Holmiae 1715. Fol.

## A) Recentiores.

- a) Dan. Danica, — medii \*) Et posterioris ævi.  
 b) \* Norv. Norvegica : e dialectis diversis vulgaribus, nam alias eadem est cum hodierna Danorum lingua.  
 c) \* Svec. Svecica. Perpauta ex hoc, Islandico alias admodum simili, idiomate, desumpta sunt, cum IHrei Lexicon Sviogothicum (quod non ad manus habui) Et Serenii Anglo-Svecicum permultas hujus Et Islandici sermonis similitudines illustret.  
 B) Moeso Gothicæ (MG.) vulgariter sic dicta, ab aliis autem Gothicæ Ulphilæ (ver. 4to.) (Ihre tam Ostro-Gothis, Adelung autem Visi-Gothis attribuit. Certissimum est permulta hujus linguae vocabula veteris Scandinavorum magis

quam Germanorum idiomatici assimilari, quamvis constructio ejus paritatem Et saepius germanico, partim islandico e. gr. in forma dual. conveniat.

Subsidia mihi adfuerunt; primum: Lye & Manning Lexicon Anglosaxonum & Moesogothicum, Londini Anglorum 1772. T. I-II. Fol.

Jac. Serenii English and Svedish Dictionary, Ed. secunda Et 1757. 4to.

Postremo autem Et optimum quidem. Ulphilas Gothicæ Bibelübersetzung mit einem Glossar von Reinwald, herausgegeben von Zahn. Weissenfels 1805. 4to.

C) Gothorum Chersonesi Taurici (see. 15 vel 16m) et adjacentium regionum secundum Busbequium \*\*).

Vid.

S. Ol. Tr. Saga Olafs Konungs Tryggvasonar, T. 1-2. Skalholti 1689. 4.

Heimskringla (Hkr.) Noregs Konunga Sögur : Snorronis Sturlæ Hist. Reg. Norv. cum conf. diversus partes continens ex. gr. Yngl. S. (Ynglinga Saga) &c. Tomi iam IV. (Havna 1777-1813. Fol.)

Religiæ citati libri ampliore. denominatione vel descriptione signati sunt.

\*) Ex hac lingua quoad historiarum vel traditionum coherentiam citantur in ind. n. pr. Cantil. heroicæ Dan. (vulg. Kjæmpesverfer):

To Hundrede udvalde Danske Viser &c Kiöbenhavn 1787. 8.

Et editio ejus libri multo onniior & correttior:

Udvalgte Danske Viser fra Middelalderen efter H. S. Vedels og P. Sysvs trykte Udgaver og haandikrevne Samlinger, ved Abrahamsen, Nyerup og Rahbek, 1-5 D. Khavn 1812-14. 8.

Nec non (quoad additos observationes) hac germanica translatio præsertim pag. 879, (in n.) Altislânsche Heldenlieder, Balladen und Mährchen, übersetzt von W. C. Grimm. Heidelberg 1811.. 8.

\*\*) Vide porro A. Gilcenii Busbequii omnia quæ existant. (Leg. Turc. Epistole) Lugd. Batav. 1633. 16. et de Gothis hisce Adelungii Geschichte der deutschen Sprache und Litteratur in introduc. Memorantria in itinerario Ruybrochii Ao. 1248 Et Ios. Barbæri 1436. Cf. Striteri Memorias populorum et scriptoribus Byzantini Tom. I. (de Gothis in iisdem regionibus sec. 13 Et 15.) pag. 256.

*Vid. Præfationem Serenii in librum antea laudatum — et*

*Celeb. Græteri scriptum periodicum circa Antt. Germ. & boreales, Bragur, Vol. IV. 1796. 8.*

D) Germanicæ.

a) Veteres:

a) \* *Sax.* Saxonica dialectus.

b) \* *Fr.* Francica.

c) *Al. Alemanica vel Theot. Theotisca.*

*Cum majora in hasce dialectos philologorum opera e. gr. Schilteri, & Wachteri mihi defuerint, comparationem hic institutam minime perfectam censeo. Plurima desumsi e veterum poematisbus perleonis vel etiam Sandvigi symbolis ad literaturam teutonicam antiquiorum, Havn. 1787. 40. Dōctris Germanis cætera linguo. Vetera Germanorum poëmata, huic Eddæ nostræ partim cognata, adhibui in editionibus hisce:*

[*Carm. Nib.*] Der Nibelungen Lied in der Ursprache mit den Lesarten der verschiedenen Handschriften. Herausgegeben durch Dr. F. H. von der Hagen. Zu Vorlesungen Berlin 1810. [*Additum est aliud vetus carmen, dū Chlaga dīfum.*].

[*Heldenb.*] Heldenbuch. Aufs neue corrigirt und gebessert. Frankfurt am Main 1590. Fol.

β) Recentiores.

*Germ. Vulgaris Germanica (Hochdeutsch) scriptoribus usitata.*

\* *Franc. Dialectus Francica recentior.*

\* *Saxon. inf. Saxonæ inferioris (Platdeutsch) in primis ejus Dialectus Slesvicensis (Scandinavicus multis vocibus, & princi & recentioris idiomatis, permixta).*

D) Britannicæ.

a) Veteres:

*Anglo-Saxonica (AS.) dialecto, quæ quisdam Dano-Saxonica appellatur, non exclusa.*

*Subsidia:*

*Lye & Manning Lexicon Anglo-Saxonum & Moesogothicum. Lond. 1772.*

*Fol. T. I-II.*

*Poëma epicum de Danorum (præcipue Scyldingorum & Beowulfi herois) rebus gestis &c. Edid. Grimus Johnson Thorkelin. Havn. 1815. 4.*

*Gram om Angelsaxiske og Danske Ord (Comm. soc. Reg. Havn. Tom. V.)*

β) Recentiores.

a) *Angl. Anglica.*

b) \* *Scot. Scotica (Anglo-sive Picto-Scotica).*

c) \* *Perpauca asserui e lingua vulgaris insularum scoticarum (Orcadum & Shetlandia) quæ vulgo ibidem Norvegica (the Norse) appellatur \*).*

*Cæteras*

\* Cf. Dissertationem meam de Origine Pictorum insertam scriptis societ. Scandinavicae pro 1816.  
¶ libros ibidem citatos.

*Cæteras magnæ Britanniae lingvas  
Celticis annumeravi.*

## II. CELTICÆ.

\* *Veterina, Gallis verisimiliter, Britan-*  
*nis & Hispanis olim communis — sic  
signata.*

*Celt. vel vet. Gall.*

*Voces hic paucas excerpti e collectione  
Camdeni, ejus Britannia (Edit. Gib-  
sonii 1751.) insertæ, & collata à me  
ipso cum Rudbeckii *Atlantica*, Ade-  
lungii *Mithridati et quibusdam latinis  
scriptoribus antiquioris ævi,**

Recentiores:

### A) Gallicæ.

a) \* *Gall. Gallica propria* (*per paucais ta-*  
*men ex ea assertis*). *Notum est quod  
lingua ipsa præsertim latina ac præ-*  
*terea et Celticæ & Gotho-Germanicæ  
(Francorum) originem debeat.*

b) \* *Brit. l. Bret. vel Armor. Idioma  
Britannia minoris, alias Armoricum.*

### B. Regni Britannici.

a) *CBr. Cambro-Britanicum. Sub-*  
*sidia, de hæc & partim proxime præ-*  
*cedenti lingua agentia:*

Richards British or Welsh-Eng-

lish Dictionary, Bristol, 1753. 8vo.

Pauca etiam desumpta sunt e speci-

mine Vocabularii Cambrii (e codice

sec. 14.) quod cura celebre. nostri

*Thorkelini Havniam transvetsum est.  
Vide scriptum period. Bragur, ante-*  
*laudatum, Vol. III. (Lipr. 1794),*  
*pag. 496. & sq.*

b) *Corn. lingva Cornubica olim in Cor-*  
*nubia (Angl. Cornwallis) usu valens \*).*

Borlæ Antiquities of Cornwall,  
Lond, 1769. fol. — & præsertim spe-

cimen vocabularii Cornubici eidem li-

bro insertum:

c) \* *Gaél. Gaëlicæ (dialectus Caledonum  
montanorum).*

*Per pauca quidem, præcipue e li-*  
*bro: Thaughts of the origin and de-*  
*scend of the Gaél &c. by James  
Grant. Edinburgh 1814.*

d) \* *Hib. Hibernica. Per pauca, e Mi-*  
*thridate Adelungii — cum nullum hu-*  
*jus linguae lexicon ad manus fuerit.*

III. \* SLAVONICÆ. *Eorum cum Gothicis  
& hodiernæ Asia lingvis nexus, quam-*  
*vis per se indubius, nobis adhuc nimis  
ignotus manet propter temporis et rubi-*  
*sidiorum defæctum. Linquuntur futuris  
philologis, illorum & nostratum idio-*  
*matum studio feliciter absoluto, lucen-*  
*lenter demonstrare, per quas vias et  
quo modo Asia media & meridianalis  
linguae veterimis temporibus in Euro-*  
*panm migraverint. Per pauca voces ex  
Russico (Russ.) & ni fallor Polono*  
*(Pol.)*

\* De lingua hujus fatis contule: Barrington on the cornish langvage (in Archaeol. Brit. T. V.  
pag. 82. & sq.)

(*Pol.*) sermone in *Glossario nostro adseruntur* \*).

## IV. FINNICE.

A) *Lapp.* *Laponica* a) *Finnorum Norvegiae accolarum.*

Leemii Lexicon Lapponicum. *Niderosiae* 1768. Tom. 1. 2. 4to.

b) *Laponum Svecicorum.*

Högström Beschreibung des schwedischen Lapplandes. Aus dem schwedischen. *Copenh.* 1748. 8vo.

B) *Finn.* *Finnica (propria).*

Juslenii Lexicon Finnicum. *Holm.* 1741. 4to.

C) \* *Esthn.* *Esthniæl, Esthlandiæ idioma,* quod unacum ipsa Livoniam lingua, ab Adelungio, Schloezero &c pl. Finnicis annumeratur. Cfr. V. B.

Thunmann Untersuchungen über die älteste Geschichte nordischer Völker. *Berlin* 1772. 8vo.

E) \* *Populorum diversorum in amplissimi*

*Russorum Imperii partibus hyperboræis sitorum — qui Finnis vulgo (sed forte non omnino recte) \*\*) annumerantur:*

- a) *Wog.* l. *Vog. Vogulorum.*
- b) *Perm.* *Permiorum (qui Islandis olim Biarmar (Biarmiæ) dicti sunt.*
- c) *Sirian.* *Sirianorum.*
- d) *Tscherem.* *Tscheremissorum.*
- e) *Mord.* *Morduinorum.*
- f) *Wotj.* l. *Votj. Votjacorum.*
- g) *Ostiac.* l. *Afjach.* (*Ostiacorum l. Afjachorum*).

*Vid. Vocabularia inserta Schloeze-*  
ri Allgemeine nordische Geschichtie  
(A. IV. Gesch. Tom. 31). *Halle*  
1771. — &

*Jul. Klaproth, Kaukasische Spra-*  
chen, *Halle u. Berlin* 1814.

*Ejusd.* Sprache und Schrift der Uiguren. *Appendix libri: Reise in den Kaukasus und nach Georgien,* *ibid.* 1814.

F) \* *Hung.* *Hungarica.*

V. LINGVÆ EUROPEÆ MIXTÆ (ut videtur) e sermone Gothorum, Slavorum & Finnorū.

A) *Prus.* *Prussica l. Borussica vetus.*

B) *Liv.* *Livonica sive Lett.* *Lettica \*\*\*.*

C) *Lith.* *Lithuanica.*

## VI.

\* His fere impressis mihi videre contingit Celeb. Hallenbergi Disquisitionem de nominibus in lingua Sveogothica lucis et visus &c. (additis observationibus de lingvarum origine) P. I-II. Stockholmiae 1816. 8. ubi Slavonicæ lingue arcta cognatiō cum Græca, Latina & Scando-Gothica copiose monstratur.

\*\*) Jul. Klaproth plurimos horum populorum Sibrica originis & Hunno-savaris Cancaris cognatos esse putat. Kauk. Spr. pag. 12 & sq. Cfr. infra de lingv. Leipzig.

\*\*\*) De hac notabilis sane lingva et ceteris cognatis conformato in tempore Raskil nostri Ahandling om der islandiske Sprøge Oprindelse — adhuc inedita sed præf. mor. subjicitienda. Cfr. eiusdem circa populos istos Ind. nom. pr. hinc Tomo annexus tit. Godbjøð, Gotnaland, Górik &c.

## VI. \* TURCO-TARTARICÆ.

*Turc. Tarcisa.*(Sven Bring-Bref til Ihre om Svenska och Türkiska Språkens Likhet. *Londini Gothorum.* 8.)*Tart. Tartarica.**C. Tart. Tartarorum Caucasiorum* (vid. i. VII.)*Uig. Uigurica.*(Jul. Klaproth Reise in den Kaukasus &c. Sprache und Schrift der Uiguren. *Vid. s. IV. E. & infr. VII.*)

## VII. LINGVÆ CAUCASICÆ.

*(in Caucaso monte & adjacentibus regi- onibus usitatæ — inter se quidem ma- xime diversæ, sed pleræque tamen Ling- vis Gotho-Germanicis, Slavonicis, Fin- nicens, Persicis & Græcis apparenter cog- natæ).*

## A) Georgicæ.

a) *Georg. Georgica propria.*b) *Ming. Mingrelica.*c) *Cart. Cartuelica.*

## B) Lesgicæ.

a) *C. Avar. Avaricæ\** sive (*Guldensta- dio duce*) *CLesg.*a) *Avarica propria.*b) *CChuns. Chunagita.*c) *CAnd. Andica.*d) *CCabutsch. Cabutschica.*e) *Did. & U. Dido'nica & Unso'tisa.*f) *CAnz. Anzugica.*g) *CDshar. Dsharica.*h) *C. C. Casi-cumuckica.*i) *CAk. Akuschaita.*j) *Curæt. Curaetica.*C) *Mizdshegicæ.*a) *Inguschicæ.*a) *Clng. Inguschica propria.*b) *CSchakh. Inguscho-Schakhaica.*b) *Charak. Charakulachica.*v) *CTschetsch. Tschetschenzicæ.*d) *CTuss. l. Thus. Thuschica\*\*).*D) *Ossetica in has dialetois parum diver- sas divisa;*a) *COss. Ossetica propria \*\*\*).*b) *CDig. Digorica.*E) *Tscherkessica (CTserk. sive CCa- bard. &c: Cabardica).*F) *Abassica (CAbass.)*G) *Suanica (CSuan.)**(Klaprothio judice Georgicis linguis ve- risimiliter annumeranda).*H) *Tar-*

\**) Avaros & Hunnos ex hisce gentibus originem duxisse dottiissimus Klaprothius opinatur. Inter nomina propria Avarorum Chunag adhuc occurruunt Addilla (forte idem quam Attila), Balamir (olim Hunnicum, sed simul etiam, ut nullus Slavonicum & Gothicum). Relatio Jornandii de forma & habito Attilæ mongolicam raro originem prodit, sed nihilominus verisimile est magnam ejus copiarum partem e caucasiis hisce regionibus emigrasse; cfr. Atli, Hünar &c. in Ind. n. pr.*

\*\*) *Vid. Gloss. voc. puls l. pver.*

\*\*\*) *Vid. Ind. nom. propr. voc. Als, Mät.*

H) *Tartarica* (*ē dialectis caucasicis quatuor: Nogay, Ckaratschai, Ckumyck & Ckisilbasch*). *C. Tart.*

*Subsidia:*

*Jul. Klaproth Kaukasische Sprachen. Halle und Berlin 1814. 8vo.*

*Ejusd. Reise in den Kaukasus und Georgien in den Jahren 1807 und 8. ibid. 1814. 1-2 Th. 8vo.*

*Ejusd. Beschreibung der russischen Provinzen zwischen dem kaspischen und schwarzen Meere. Berlin 1814. 8vo.*

*Engelhardt und Parrot Reise in die Crim und den Kaukasus, Berlin 1815, 1-2 Th. 8vo.*

*Reineggs Beschreibung von Kaukasus, St. Petersburg 1797. 1-2 Th. 8.*

*Güldenstorf Reisen in Rusland und im kaukasischen Gebirge. St. Petersburg 1787-91. 1-2 Th. 4to.*

*Die Völker des Kaukasus, nach den Berichten der Reisebeschreiber. Nebst einem Anhang zur Geschichte des Caucasus. Von Prof. Rommel<sup>1\*)</sup>). (Allgem. Archiv für Ethnographie und Lingvistik — von Bertuch und Vater, 1 Band. Weimar 1808).*

*Ellis von den vornehmsten Kaukasischen Nationen. (Neue Beyträge zur Län-*

der- und Völker-Kunde. Von Sprengel und Forster, 10 Band. Leipzig 1792).

VIII. \* ARMENIACA.

*Perpauca quidem, præcipue ē Fr. Schlegelio. Vid. Indica infr. Cfr. de prisco Armeniorum cum caucassis populis nexus Klaprothii itinerarium & Mosis Chorenensis Historia Armeniaca cum Geographia eidem (perperam) adscripta. Lond. 1736. 4to.*

IX. MEDO-PERSICÆ.

a) Veteres.

a) *Pelv. Pelvica.*

b) *Zend. Zendica.*

*Subsidia:*

*Glossaria antiqua addita libro Zend-Avesta ab Angvetilio du Perron & Kleukero translato. (Edit. Germ. major Riga 1776. 1-3 T. 4to & minor, ibid. 1789. 8vo.*

b) Recentiores.

a) *Pers. Persice.*

b) \* *Curd. Curdice I. Curdistanice \*\*).*

c) *Taulist. Tanlistanice \*\*\*).*

Sub-

<sup>1\*)</sup> Cfr. ejusd. *Caucasiarum gentium & regionum descriptio Straboniana. Lips. 1804.*

<sup>\*\*) C</sup>urdi in confinibus imperii Turcici & Persici, atque pluribus utrinque regni provinciis, videntur.

<sup>\*\*\*)</sup> Provincia Taulistan pace Annis 1813. Russis a Persis concessa est. Lingua ejus, que veteris Medice dialectus fertur, nobis maxime notabilis videtur, ob ingenitam cum Scandinaviciis convenientiam, sed abhinc fere incognita latet.

## Subsidia:

Wilkens *fundamenta ad institutiones lingvæ Persicæ* (cum Gloss.) 1805. 8.  
 Francisci de Dombay *Grammatica & Chrestomathia Persica*. *Vindob.* 1804. 4to.  
 Franck de Persidis *lingva & genio*.  
*Norimb.* 1809. 8vo.

Ejusd. Versuch über dynamische Sprach-erzeugung nach Vergleichungen der Persischen, Indischen und Teutschen Sprachen. *Norimb.* 1815. 8.

Hadley grammatical remarks on the Persian language with a vocabulary English and Persian. *Lond.* 1776. 4to.

Jul. Klaprothii opera — ad caucasias lingvas recitata \*). Cfr. porro. Olavi Celsii & Olai Odhelii dissertatio de convenientia lingvæ Persicæ cum Gothicâ Upsaliæ 1723. (Oelrichs Opuscula Dan. & Svec. Litteratæ T. I. Brême 1774).

X. AFGANICA (*proprietà inde* & gentis situ inter Persicas & Indicas media).

## XI. INDICÆ.

## a) Veteres.

a) ISauser. *Samscredamica* I. *Sanskrit*, (Bramanorum proprietarum sacra lingva).

b) Bali I. *Pali*. *Dialectus, ut fertur, ejusdem lingvæ*, clero Budaistarum in chersoneso Indorum orientali sive India extra Gangem, usitata.

## b) Recentiores.

A) Hindost. I. Indost. Hindostanicæ.

- a) *Proprie sic dīṭha*,
- b) I. *Beng. Bengalica*,
- c) I. *Mult. Multanica*.

B) Chersonesi Indicæ  
*(intra Gangem)*.

- a) *Partis occidentalis*:
- a) I. *Malab. Malabarica*,
- b) I. *Mahr. Marattica*,
- c) I. *Decan. Decanica*.
- β) *Partis orientalis*:
- a) I. *Tamul. Tamulica*,
- b) I. *Telug. Telugica*.

C) (Cingal.) Cingalica (ɔ: Insulæ Ceylon I. *Toprobanæ*).

Cat. vid. *LL. monosyllabas scit. XVI*.

## Subsidia:

Asiatic Researches or transactions of the society instituted in Bengal for inquiring into the history & Antiquities, the arts, sciences and literature of Asia, *Calcutta & Lond.* 1788 &c. T.

\*). Voces persicae & magna parte elocutioni danica et justæ interpretationi accommodata sunt a viro doctissimo & humanissimo J. L. Rasmussen Lingv. Oriental. Prof. P. E. in Universitatii Havnieni. Ceterum eas quæ denunsi & laudatis scriptoribus ita plerunque signavi: W. (Wilkins), Fr. (Frank) Kl. (Klaproth) & H. (Hadley) — cujus persica verba, anglicis typis expressæ, Danice dictione restitui; — typi persici nobis defuere,

1-7. (4to & 8vo in tribus diversis editionibus) \*).

Paulini a St. Bartholomæo Sidharubam seu Grammatica Sansredamica Et. Romæ 1790. 4to.

Ejard. Amarasingha. Sectio I. de coelo. Romæ 1798. 4to.

Ejard. liber de antiquitate & affinitate lingvarum Zendicæ, Sansredamica & Germanicæ. Romæ 1798. 4.

Ejard. Musæi Borgiani Veletris Codices MSti illustrati Et. Romæ 1793. 4to.

Ejard. Systema Brahmanicum. Romæ 1791. 4to.

Ejard. Tractatus de voce Hunni - var. ibid. 1800. 4to.

Ejard. Viaggio alle Indie orientali. Romæ 1796. 4to.

Adelung Mithridates oder allgemeine Sprachkunde. Berlin 1806-9. T. 1. 2. 8.

Friedrich Schlegel über die Sprache und Weisheit der Indier. Heidelberg 1808. 8vo.

Frans Bopp über das Conjugationssystem der Sanscrit-Sprache in Vergleichung mit jenem der griechischen, lateini-

schen, persischen und germanischen Sprachen. Nebst Episoden &c. Herausgegeben von Dr. Windischmann. Frankfurt am Main 1816 8vo.

Mayer mythologisches Wörterbuch, 1-2 Th.

Oupnickhat: secretum tegendum &c. Ed. Anquetil du Perron. Paris 1801-2. 2 Vol. 4. \*\*).

Indicis jam adnumeratur:

Zig. Zigeunica,

- Subsidia:

Adelungii Mithridates Et. Vid. s.

### XII. GRÆCA.

#### Dialecti:

A) Att. Attica.

B) Jon. Jonica.

C) Dor. Dorica.

D) Æol. Aeolica.

E) Mased. Macedonica.

### XIII. LATINA.

Præter Festum & plures antiquos Auctores, quos de veterissimis Latinorum vocibus consului, usus etiam sum patruellis mei doctissimi Johannis Olafsen I. Olavii (*Hypnonesiensis*) Vocabulario

\* ) III. primos Tomos in lingvam Germanicam translates & animadversionibus auctor & J. Klenker ad manus etiam habui. Editi sunt Riga 1795-97. 8vo.

\*\*) Si Glossarium ad Tom. III. & ultimum hujus Eddæ perfecero, plurium Indicarum, praetince Tamiliarum vocum comparationem cum Scandinavice ineditam, secundum commentarios philologicos, adhuc ineditos, viri doctissimi & in his rebus maxime periti N. S. Fuglsang, parochi clavis Tranquebarensis (Indern) jam autem Slaglosieni in Dania.

*Iariorum lingvas latinam & islandicam comparante — MSto autographo mihi a celebrr. B. Thorlacio mutuato.*

XIV. \* SEMITICÆ.

(é quibus hic perpaucia adhibita sunt.)

*Hebr. Hebraica.*

*Chald. Chaldaica.*

*Syr. Syriaca.*

*Arab. vel Ar. Arabica.*

Subsidia:

Joh. Olavii Hypnones. Comparatio Ling-  
væ Latinæ & Islandicæ p. p., cui voces  
quædam semiticorum idiomatum (quorum  
auctor optime gnarus fuit) incidenter  
insertæ sunt.

Wilkens Institutiones ad fundamenta  
lingvæ Persicæ &c. cum Glossario  
Pers. & Arab. 1805. 8.

Niebuhr Arabische Reisebeschreibung,  
T. I.-2.

Ejusd. Beschreibung von Arabien.

XV. \* COPTICA.

Perpauca hic adhibita sunt é Pauli Ern.  
Jablonski Pantheo Ægyptiorum T. I.-  
III. Francos. ad Viadr. 1752. cum  
Prolegomenis.

XVI. \* MONOSYLLABÆ.

Asiæ orientalis.

A) *Arracan. Arracanica (Birmanica I.  
Avanica)* in maxima parte Indiæ extra  
Gangen usq; vulgari valens. (Vide  
Subsidia ad Sect. XI. citata).

B) *Chin. Chinensis I. Sinensis.*  
Paucas voces hujus lingva adhibui e Vocabulario  
inserto Bajeri Musæo Sinico  
Petropol. 1730. T. I-II. 8.

## CONTEXTUS CARMINUM.

ORDINE HISTORICO DISPOSITORUM, ADDITIS OBSERVATIONIBUS  
EXPLANATORIIS.

I. QVIDĀ HELGA HADDÍNGÍASKATA  
RECTIUS Q. H. HIÖRVARDSSONAR. (H. I.)

Fragmenta hæcce carminum perantiquorum prosaïca relatione sive commentario collectoris, qui illa litteris mandavit, induita et intermixta sunt. Versus ipsos narratione vestigia esse, manifeste innuit str. XXXV. cum prosa collata. Attribui debent carminibus dnobus vel pluribus (cum diversi metri & materiei sint) divisiones hæcce I) str. I-XI. II) str. XII-XXX. (de Hringræda oreade et ejus gestis ac fatis solummodo agens) III) str. XXXI-XLIII. (qva primæ sectionis genuina continuatio esse videtur).

Hjorvardus (Norvagia Rex) trium uxorum maritus, quartæ tamen jungi cupiens, solemniter promittit se eam fæminam, quam venustissimam esse nosset, uxorem seducturum (Pag. 26. 27.) Atlius I. Attalus Idmundi comitis filius, cum avi quodam colloquium instituit (str. I-IV.) qvæ isti refert Sigurlinnam Svafneris (Regis) filiam forma splendidissimam esse, et Hjorvardi pulchris uxoribus pulchriorem. Avis porro, pro suo auxilio ad sponsam istam Regi rite acqvirendam, petit sacrificia \*), delubra

\* Avium cultis olim inter multas ethnicas gentes extitit. Inter Ægyptios veterissimos notissimus est. Persæ suas mythicas aves adoravere. Indi, Greci & Scandi deos sape in aves se mutare credidere. Tzani vel Suani Caucasii. Procopii temporibus, eos divino cultu honora-runt, & mos idem apud Indos & alios adhuc non omnino obsoluit. Dithmarus Merseburgensis refert gallos & canes, in Lederan (*Leidra, Hleidra*) Danic, accipitribus sacrificatos, fuisse. De corvis (Othini) cultis varie apud nostros narrationes leguntur, unde ille fuscus cornix (*Valraun*) qui in cant. her. Dan, humana sacrificia (& foetus quidem in matris utere) a suis cultoribus poscit. Præterea putarunt maiores nostri magos se in aves transmutare posse, qva supersticio Romanis ipsis non defuit.

delubra & vaccas cornibus auratas \*) (IV). Atlius ad illud negotium gerendum a Rege delegatur sed virginis pater, Sveorum Rex, consilio Franmaris, ipsius comitis & puellæ nutritii, petitionem abnuit (Pag. 27). Atlio sic frustra reverso (str. V.) Rex Hiorvardus, illo comite, ipse domo proficiscitur. Interea Rex Hrodmar, alter Sigurlinnæ procos, Sveiam ferro & igne vastat ac regionis principem vita privat. Hiorvardus & Atlius advenientes ad domum quendam Sveicam, occidunt avem grandem eam custodiensem, sub cuius forma Franmar ille revera latuerat, vi fascini Sigurlinnam & propriam filiam Alofam servans. Virginibus abductis Hiorvardus Sigurlinnæ jungitur, sed Atlius Alofæ (Pag. 30. 31.)

Hiorvardi prædicti & Sigurlinnæ filius, quamvis adultus, ut taciturnus sive mutus & iners, nullum stabile nomen adeprus fuerat, — donec Svava, Regis Eyli-mii filia, ipsa cum octo aliis Valkyriis per aera & aquam eqvitans, Helgii nomen ei foris in tumulo sedenti imposuit, gladium præstantem in nominis arrham assignavit, & deinde sæpe eum tuita est in præliis. (Pag. 32. 34. str. VI-IX) \*\*).

Helgius patrem excitat ad Svafneris in Hrodmare ultiōnem (X. XI) & copiis ab eo acceptis ac gladio illo accerrimo instructus, avi percussorem, eum Atlii laudati auxilio occidit, & multa facinora gessit. Sic Helgius solus gigantem Hatium letho dedit (36). Cum socii hi in sinu Hatii naves in statione tenebant, oreas Hrimgerda, Hatii filia, Atlium, custodiam agenrem alloquitur. Colloquium eorum sive potius jurgium recitat (XII-XXIII.) Seqvitur aliud, inter Hrimgerdam et Helgiūm, ab ea ē somno excitatum (XXIV-VIII), qvō oreas frusta ab heroe unius noctis concubitum perit, in paterna cædis satisfactionem, & nympharum ejus nutritiū, Svavæ præseriū carum antistitæ, præclaras formas & actiones describit.

Atlius

\*) Vacca gigantum Regis Thrymi, cornua aurata, memorantur in þrymsq. str. XXIII. (not. 30.) Morem similem apud Græcos & Romanos Cb. S. Thorlaci nostrum observans demonstravit, (Obs. Bor. Spec. IV. p. 249). Hic addere licet qvod apud Homerum boves (Juvenes ut viderunt) cornua aurata dii yoveantur Il. lib. 10; Od. 3. ubi Mentor Minervæ, sub aquile specie apparenti votum illud facit, non sine miranda cum nostro poemate convenientia, idem certe illustrante. Vacca cornua aurata occurunt similiter in veterum Indorum poetatis.

\*\*) De superstitione circa eqvitatum æriū Valkyriarum, vid. Obs. nostram 35 ad H. II. cfr. porro Gl. II. & III. T. v. Valkyria & Ind. n. pr. v. Avlfrūn.

Atlius in fine declarat oreadem, prolixo colloqvio nimis remoratam, diurna luce in saxem figuram transmutatam fore \*) (XXIX-XXX).

Helgius deinde Svavam procatus, pactum sponsalitium cum ea contraxit, sed exercitia sua bellica continuavit. Interea frater ejus Hedinus, Jolensi festivo vespere \*\*) domum e sylvâ petens, in mulierem gigantidem incidit & ei oblatum comitatum abnuit. Ipsa illi propterea minatur vèl maledicit. Eodem vespere Hedinus, cum viri cuncti præsentes verri sacro manus imponerent & ad sanctum poculum vota solenniter facerent \*\*\*) se voto obstrinxit ad Svavam, fratris amicam, uxorem ducendam, sed statim ipsum ejus pñnituit. Hedinus errabundus deinde fratrem offendens, ipsi scelus commissum revelavit. (45. 46. XXXI-II.) Helgius illi respondens, refert Alfum, Hrodmaris filium, se ad pugnam, post tres noctes in Sigaris Campo gerendam, provocasse, de vicina morte sua se suspicantem profrens, ob suos genios (oreadem illam & lupum ipsam vehementem \*\*\*\*) Hedino parentes (XXXIII-V.). Præ sagitio Helgii vera evenit cum ipse in confliktu vulnere mortifero afflietus fuit (49). Helgius Sigarem mittit ad Svavam arcessendam (XXXVI). Sigaris & Svavæ colloquium (XXXVII-IX). Helgius moriens spon sam alloqvitur, & fratri suo Hedino nubi eam rogat (XL-XLII). Responsu

Svavæ,

\*) Similis superstitione adhuc inter plebem borealem non est abolita.

\*\*) Vid. Gl. voce *Jöla-aptan*. Pauca haec hic addere velim. In Bavaria festum illud (jam natum Christi) adhuc a plebe *Jul* vel *Juel* adhuc appellari, mihi relatum est. Convenit alias multis modis festo Mongolorum & Kalmukorum principalis, *Sulla* dicto; sic e. gr. hi a *snlensi*, Islandi autem (hodierni etiam) a *jolensi* festiva nocte ætatis annos computant. Plura in Gl. mythol. T. III. v. *Jölfadur*.

\*\*\*) Vid. Gl. sub. v. *Sönrogavütr*. Verres (vel sus in genere) apud Scandos sacratus fuit Freyero (Sol) & Frey (Luna) uti apud Ægyptios, ex iisdem causis, Osiridi & Isidi. Freya igitur fuit illa deorum mater (& Germanorum *Iris*) — quam Tacitus narrat *Æsties* (nobilis *Æstis* vel *Eysti* i. e. maris balthicus accolas) coluisse, uti etiam is refert eos sprum in galcis, quasi numinis symbolum, gestasse, quem quidem morem cum Scandis ipsis communem habuere. Vid. Gl. T. I. voce *Hildisvini*. Mos idem in carmine Saxonico de *Scyldingis* swipius describitur, ubi simul innuitur quod gales tales, ampleri instar, pericula avertere possent — uti celebr. noster *Thorkelinus* in poëmati illius illustratione observavit. Plura hoc pertinentia adferam in Gl. myth. T. III. s.-v. *Freyr* & *Freya*.

\*\*\*\*) De genitis hisco comitalibus & borealis circa eos superstitione, vid. Gl. s. v. *Fylgia* & *Hamr*. Similes opiniones adhuc a Mongolis & Kalmukis soventur.

Svavæ, sive porius ejus exclamatio, post mortem sponsi primi & dilectissimi (XLII.) Hedinus osculum primum (& forte ultimum) petit a nova sponsa \*) & Helgii mortem se ulturum promittit (XLII.).

Brevis primi collectoris épilogus annotat traditionem vulgarem de Helgii & Svavæ regeneratione (52).

## II. QVIPA HÉLGA' HVNDÍNGSBANA EN FYRRI (H. II.)

Carmen hocce prosa nulla intermixtum, primum eorum qvi hic de Volsungorum sive Ylfingorum amplissima familia agunt, integrum fere esse videtur. Corruptio yerborum aliquot, librario membranam exaranti vix adscribenda (e. gr. str. 47. Obs. 105; str. 50. Obs. 110) antiquitatem carminis prodit.

Describitur nativitas herois Helgii, filii Borghilda & Sigmundi Regis, aquilis clangentibus ac aqua sancta cælestibus montibus desfluentibus (I.) \*\*). Noctu Nornæ sive Parcæ boreales adveniunt & fata infantiæ nendo constituentes, imperium futurum & gloriam eximiam ipsi assignant (II.-V.) Colloquium corvorum de milite strenuo, nuper nato, infantis & puerperæ somnum disturbat (V. VI.) \*\*\*). Rex Sigmundus optimæ spei filio gladium ornatum & aliquot oppida vel prædia offert, (VII., VIII.) Adolescentia Helgii & cædes Hundingi Regis (IX.-X.) Hundingi filii

\*) De legali Scandorū potestate uxorem propriam alteri in matrimonium tradere vid. Sculoni Thorlacii doctissimam de matrimonii borealium disquisitionem pag. 138. & sq. Indorum verus fuit convertudo, legibus Menuicis sancta, quod consanguineus mortui uxorem duceret & pro illo liberos procrearet.

\*\*) Simili modo Persæ et Græci aquam sanctam duxere, ut Indi et plures hodie faciunt.

\*\*\*) Veteres Scandi aves compositos sermones, hominibus quidem sapientibus intelligibiles, edere crediderunt. Hinc superstitiones hic (I.-V.) & multoties alibi in nostris carminibus decantatae. Sic quoque Adam. Brevensis (H. E. I. 6.) de Saxonibus ethnici: "Avium voces et volatus interrogare proprium erat illius gentis." Idem de Græcis & Romanis notissimum. Avium lingua sive idioma celebratur in Zendavesta (Ed. Kleuk. in g. III. 92.) Gentiles avibus, ut quodam modo coelestibus, aliquid divini inesse credebant, & sic eas futuras res praesagire ratiocinati sunt. Peculiares aves certis Deis igitur adscribabant & sic Scandi corves Odino, (ut Ægyptii & Græci Apollini vel Soli) & precipuum iis divinandi vim attribuere. Legimus similia de Gallis veteribus et Indis hodiernis. Plures illius superstitionis reliquias inveniuntur in vulgi Scandici & Germanici fabulis & opinionibus e. gr. de yaricinis cuculis, sorvi precipua sagacitate &c.

filii eadis resarcitionem petunt, sed frustra, qvapropter pugna inter Helgium & eos, antea designata, ad *flammae montes* agitur, ubi qvatuor Hundingiani principes cadunt. (XI-XIV.) Hognii filia (*Sigruna*) ipsa Valkyria sive bellica nympha altivolans, cum sociis pluribus apparet e cælis, heroi ad rupem sedenti, fulguribus circumdatae, eqvis vectræ & hastis radiantibus instruetae. Colloquium inter Principem & eam instituitur, qvo virgo regia queritur patrem suum se invitam spopondisse Hodbroddo Granmaris filio & auxilium igitur derogat ab Helgio ad eum pellendum (XV-XX). Helgius, petitioni lubenter adnuens, nuntios emitit ad copias auxiliares petendas, qvæ etiam e variis (Danizæ) locis confluunt, & a principe Hiorleifo, unacum classe collecta, iustrantur (XXI-IV.) Describitur navigatio heroum & periculum a Rænæ (*Theridis*) persecutione ortum, qvod tamen ope Sigrunæ cælitus advenientis avertitur, classi Gnibalundum (*Sveogothiæ hodiernæ*) appellente (XXV-VIII). Gudmundus Grammarides peregrinum exercitum explorat ac cum Sinfjölio (*Helgii fratre*) altercationes commutat (XXVIII-XX) \*). Heros tertius (verisimiliter Helgius) istas sistit, Granmaridum militarem gloriam agposcens (XLI-II). Emissarii Hodbroddo bellum nuntiant, & copias exoticas describunt, qvapropter is nuntios delegat ad auxilia ab amicis petenda (XLIII-VIII.) Brevis conflictus commemoratio (XLIX). Sigruna cælitus advolans amico hostis cædem ac sue ipsius, viistoriæ, dixitiarum & imperii felicem acquisitionem congratulatur (L-LII.)

### III. QVIPA HELGA HVNDÍNGSBANA EN SÍDARI (H. III).

Fragmentis carminum multis pretiosis, prosâ collectoris sâpe intermixtis, libellus hicce constat, canam yetustatem & poëta sumimum ingenium ac elegantiam simul prodens.

Regi Sigmundo Volsungi filii & Borghildæ Bralandensi nascitur filius Helgius, Hiorvardigenæ illius nomen adeptus, et postea ab Hagallo plebejo eductus.

\* Opprobrium de mutatione Sinfjöli in lupum, fundatum est in veterissima superstitione, quam Herodotus inter Scythas prevalentem memorat. Inter Romanos & plurimas gentes deinde propagata nondum in septentrione obsolevit, cuius testes sunt talium fictorum monstrorum appellations Dan. *Varulv*, Germ. *Wahrwolff*, qvæ præsertim sec. 16 & 17. in veneficorum ob magicas artes generali persecutione, innocentibus sâpe exitium paravere.

tas. Consangvini illi Volsungi & Ylfingi \*) appellati sunt. Rex Hundlandie Hundingus cum iis diu inimicitias egit (86. 87). Helgius aliquando aulam Hundingi occultum explorans, Hemingo filio domi praesente, sed illum Hamalum predicti coloni gnatum esse opinans, incolumis evadit & abiens opilioni rem istam brevi cantilenâ manifestavit (87. I.) Hundingus postea misit emissarios ad Hagallum qui Helgium consequentur. Tunc Helgius sub ancillæ molariae persona latuit (88). Blindus poeta de ea re suspicionem suam exprimit (II.) sed Hagallus istam tollens carmine responderet (III.) \*\*). Sic Helgius ex magno periculo liberatus, ipsum Hundingum regem deinde prostravit, quapropter Hundingicidæ cognomen adeptus est (90).

Cum Helgius paulo post in portu quodam stationem sumserit, Sigruna Hognii filia & Svava quidem regenerata, Valkyria altivolans, ad naves ejus eqvitavit & eum eo colloquium instituit. Helgium, quamvis nomen verum occultaret, Sigruna se cognoscere profitetur & se simul scire quod Hundingum occidisset, (90. IV-XII.)

Pergit prosa referens de Granmare Rege et ejus filiis, quorum primus, Hodbroddus, Sigrunam, eam invitat sed annuente parre, sponsam procuraverat. Valkyria haec Helgium invenit ad montes flammæ ubi nuper quatuor Hundingigenas prostraverat. Sigruna eum osculans auxilium ab eo perit (94. 95.)

Seqvitur fragmentum *carminis Volungiani vetustioris*, conventum illum & Hognii sponsalium promissum decantans (XIII-XVI.)

Desribit porro prosa iter marinum heroum ad Frecasteinum, periculum iis ex tempestate imminens, & Sigrunam ac oculo alias Valkyrias istud avertentes. Granmarigenæ rupi insidentes adventum militum peregrinorum spectant, & jurgia unius eorum, Gudmundi nempe, cum Sinfotlio, commemorantur, (97. XVII.) Gudmundus domum iit & cum fratribus copias collegit. Reges multos auxiliares acquisiere

\*) Vid. Ind. n. pr. v. *Ylfingr*. Addendum hic erit quod *Uilfingi* vel *Wilfingi* occurrant in Carmino Saxon. de *Styldingis* antea saepius laudato.

\*\*) Sigar hic nominatus est forte Rex celeberrimus (de quo vid. Sax. H. D. Lib. VII.) etiam in Edda Snorroniana nominatus, a quo oppidum *Sigersted* in Salandia nomen suum traxisse putatur.

sicere ac inter eos Hognium, Sigrunæ patrem & ejus filios Bragium & Dagum. Hi omnes, Dago excepto (qui Volsungis juramentum fidelitatis præstítit) in prälio cecidere.

Sigruna strageni permesns Hodbroddum cantilenâ alloquitur (98. XVIII.), sed Helgius postea illam, patris & fratum cædem referens, ac sic ei lacrymas moveret, (99. XIX.-XX. 100.) at mox eam consolari tentat (XXI.).

Seqvuntur (loco incongruo inserta) iurgia Gudmundi & Sinfiorlii, diversa a carminis präcedentis et iis breviora (101. XXII.-XXV.) Concludit ea Helgius (ut videtur) protestatio, prioris Oda omnino fere conveniens (XXVI.-VII.) Hinc rhapsodica ambarum harum cantilenarum compositio, secundum traditiones orales veterum, optime probatur \*).

Prosa connubium Helgi ac Sigrunæ & pろlem inde natam, brevissime notat. Narrat prætera Dagum, Sigrunæ fratrem, post oblata sacrificia Othino, hastâ à Deo mruata, Helgiūm socrum, xate non proiectum, in patris ultionem perfodisse. Percussor ad montes Sevanos eqvo vectus sorori cædem nuntiat (104).

Elegans carminis fragmentum nobis jam depingit invitam homicide confessionem & sororis viduæ iram ac luctum vehementissimum inde ortum, Dago frustra Othino culpam involvente & cædis amplissimam resarcitionem offrente. Threni Sigrunæ concluduntur ornatissimo defuncti mariti encomio (XXVIII.-XXXVI.)

## Prosa

\* Notabile sane est quod Volsungsaga æuctor (qui narrationem illam prosaicam manifeste tam fore compilavit et carminibus verustis) non hanc odam de Helgio Hundingicida, sed priorem quidem, ad manus habuerit. Ex historiæ illius pertractione evidenter cernimus quod vix dimidia pars odarum, quibus summa antiquitas Volsungorum, Budlungorum & Giukungorum gesta celebravit, nobis in hac Edda nostra parte jam supersit, nec tamen mira, cum in Skáldæ legamus quod plurimi vetustatis poetae illorum heroum facinora & fata decantavissent. Sic cuncta carmina de Sigmundi proavis & ipsius gestis, secundum quæ Volsungsaga ab initio usque ad Cáp. 14. elaborata est, omnino perdita sunt. Cætera exempla suis locis annotabo. Nobis e contrario in hoc Tomo servata sunt, quibus æuctor ille non usus est, H. I.; IIII. HB. OG. IIII. & VQ. (cum carmen GG. huic fabularum cycle rite adjungi nequeat).

Prosa refert Othinum, Helgio in Valhallam recepto, omnium secum imperium obtulisse — quam relationem seqvitur Helgii cantilena, quā qvidem Hundingo servilia officia ibi gerenda mandantur (109, XXXVII.) \*).

Subseqvitur visio ancillæ ad tumulum Helgii, circa eqvitatum ejus ac sociorum illuc (109). Alloqvio mulieris (XXXVIII) Helgii larva responderet (XXXIX). Serva domum aggressa (110) heræ Sigrunæ spectri apparitionem & petitionem refert (XL). Sigruna in tumulum Helgii introiens ipsum leta & simul tristis alloqvitur (XLI. II.) Helgius reponit vidue tristitiam suum unicum dolorem esse, cum optimo mero & fœminarum consortio fruatur (XLIII. IV). Sigruna in tumulo lectum sternens (113) se mariti umbram lubenter amplexuram & ipsi cohabitaturam proficitur (XLV.) Helgius contra suam hujus facti admirationem exprimit (XLVI.) sed se simul mox, per æra, vietricem (defunctorum herorum) gentem visitaturum indicat (XLVII.).

Narrat prosa ancillam, ex heræ mandato, per proximam diem excubias ad tumulum Helgii egisse. Die moriente Sigruna ad tumulum reversa, cum frustra expectat. Aut ipsi aut ancillæ seqvens stropha (XLVIII) est adscribenda, qva quidem indicator, qvōd Sigmundi filius (Helgius) jamrum advenisset ex ædibus Othini, si ea vespere expectandus foret. Ultima stropha, ancille sine dubio attribuenda, continet consilium Sigrunæ datum, ne lemurum tuguria sola petat, et minime nocturno tempore.

Commemorat prosa tandem Sigrunæ præ nimio dolore ex hac vita discessum, annos tamen veterum de hominum regeneratione superstitionem \*\*), quam antiquitas in heroa nostrum & ejus amicam ita applicavit, ut is Helgius Haddingicus sed ea *Cara Haldanis filia* ut in Careo earmine, (jam deperditæ) relatum est \*\*), (per animaram transmigrationem) habitus fuerit (115-16).

## IV.

\* Speciale hoc fuit privilegium, poëta tantum licentia debitum. Hungari & plures gentes alias seruntur eam habuisse opinionem, qvod hostes bello cæsi victori in altera vita servitieri forent.

\*\*) Præter Indos & Gracos Pythagorus idem dogma adoptarunt Ægyptii, Chaldaei, Galli, Japanenses, populi religionem Lamaicam profluentes & pl.

\*\*\*) Vid. Ind. n. pt. v. Kara & Haddingiaskadi.

## IV. SINFIÖTLA-LOK (SL.)

Fragmentum hocce mere prosaicum carminibus jam dudum deperditis, originem suam verisimiliter debet \*).

Sinfotilius (antea memoratus) filius fuit Sigmundi Volsungiani, Franconie Regis, sed privignus uxor ejus Borghilda. Hujus frater Gunnar a Sinfotlio occisus fuit. Borghilda ob hac causam filiastrum domo abire jussit, sed coacta fuit a Sigmundo marito, satisfactionem pecuniariam (fraternæ cardis) accipere. Ista deinde, inter epulas (Gunnaris) funebres obtulit Sinfotlio venenatum potum, quem tamen Sigmundus, viribus veneni interni & externi resistere pollens, ejus locs exhausit. Secunda vice actio hæc repetita est — tertia autem regina privignum, convitii pœna indicta, ad potum ehibendum coegerit, quo quidem exhausto Sinfotlius extemplo extinctus est, (117-20). Seqvitur traditio fabulosa ac (ut videtur) inanca, de Sigmundo, funus filii portante, et id tandem mandanti hintrario, statim cum cymba & cadavere disparente (120-21).

Perhibetur porro Rex Sigmundus, post diuturnam in Borghilda uxor regno Dania \*\*) mansiōnem, in propriam ditionem, Franconiam nempe, reversus esse, & Hiordisam Eylimii filiam uxorem duxisse. Eorum filius erat Sigurdus (Fafnericida cognominatus, nostrorum carminum celeberrimus heros). Post Sigmundi eadem, ab Hundingianis patratam, vidua ejus Hiordisa cum Alfo Hialpreci Regis filio matrimonium initit. Sigurdus apud eos adolevit, & suorum omnium (quamvis alias fortissimorum virorum) præstantissimus & celeberrimus evasit (121-22).

V.

\*) Eadem fere de Sinfotlii morte narrantur in *Vols. S.* Cap. 17, sed aliquanto amplius; reliqua de conversatione Lingvii & Sigmundi, hujus interitu in bello, fuga vidue ejus, nativitate Sigurdi, altero Hiordisæ matrimonio cum Alfo rege Halfreci filio è Dania; de juventute Sigurdi, acquisitione equi Granii & gladii Grami p. p. referuntur ibidem Cap. 18-21. 23.

\*\*) Ponamus Regem Danie Sigmundum, Helgii & Sinfotlii patrem, ac eorum consanguineos, Volsungs vel Völsungs & Ylfigos simul dictos, olim in Dania floruisse — sed alterum Sigmundum, Sigurdi patrem et ejus necessarios Wolfingos sive Voelfingos in Germania, inveniemus sane sufficientem causam multifariz scandalicarum & teutonicarum de illis heroibus traditionum confusione.

## V. GRÍPIS-SPÁ EDR SIGURDAR QVIDA EN FYRSTA (S. I.)

Vaticinium poeticum, quo Sigurdi Fafnericidæ & primæ ejus amicæ Brynhildæ fata, ex illius petitione, prædicuntur \*). Introduc̄tio prosaica nominat Griperum filium Eylimii, fratrem Hiordisæ, virorum sapientissimum, & ipsum regi-onibus imperasse perhibet \*\*). Sigurdus Regis hujus consobrinus, aulam ejus visitans, Geiterem ipsius domesticum offendit (124). Orditur poëma brevi eorum colloqvio præliminari (I.-III). Geiter Regi adventuni hospitis nobilis nuntiat (IV); quapropter princeps egreditur hunc recipiens, ac eqvum ejus famulo commendans (V). In colloqvio inter heroes coepit, Sigurdus avunculum de suis futuris fatis sciscitatur (VI) — cui primæ qvæstiōni Griperus responderet, Sigurdi eximiam præ cæteris omnibus gloriam ac famam exaltans (VII). Sigurdus de proximo post eorum congressum interrogat (VIII) — cui respondens Griper Sigmundi & Eylimii ultionem ac Hundingianorum cædem ab eo parrandam prædicit (IX). Rex denuo qværitanti aperit serpentiſ Fafneris & simul (fratris) Regini in resquis Gnitianis intererventionem (X.-XI) — capturam auri ingentis ibidem & iter ad domicilium Giulikii (XII.-XIII); soporem supernaturalem Brynhildæ Valkyrie unacum lorica ejus a Sigurdo rumpendum (XIV.-XV). Amica ejus et doctrina cum eo colloquia (XVI.-XVII) iter Sigurdi ad ædes Heimeris (Brynhilde nutritii) — cum Griperus se ulteriora ignorare fatetur, & ampliorem percontationem deprecatur (XVIII.-IX).

Inhibitionem hanc Sigurdus malum omen dueens, cum Griperum suas nimias ævi futuri calamitates reiceret putat, hanc suam suspicionem manifestat (XX). Rex reponens se dicit juventutis illius fata sibi fuisse liqidissima perspectu, sed cætera sibi (ætate & providentiâ jam decrepitâ) osculta esse (XXI).

Pergit Sigurdus nihilominus percontando (XXII.) cui Griper reponit, æta-tem ipsius sine vitiis fore, sed nomen ejus perpetuo inter homines celebrandum (XXIII).

\*) Memoratur breviter in Vols. S., Cap. 24.

\*\*) Qvænam ille-regiones fuerint, mihi sane latet. Numne forte qværenda in tractu veteri, qvem appendix libri heroici (*vulgo Heldenbuch dicit*), *Grippigenlande* sive *Grippenlaude* vocat, in Con-ionis & Aqvigrani vicinia, situm, & permultorum antiquitatis herorum patriam, fuisse perhibet. Nomen alterius Eylimii filii, *Svava*, Svevicam vel Teutonicam originem prodere videtur. Cfr. Ind. nom. propr.

(XXIII).— Juvenis contra indicat gravissimum sibi esse dolorem, qvod a Rege disjungi cogatur, sine ulteriore informatione — ac avunculum humane rogat fata praestituta & immutabilia sibi præsagire (XXIV.).

Griperus invitus & paululum iratus, iteratis tandem consobrini petitionibus cedit — & mortem (violentam) ei destinatam declarat (XXV.) Sigurdus contra iram Regis deprecatur, salutaria tantum consilia optans & cupire se ait fata sua nore quamvis ingrata fuerint (XXVI.) Novam vaticiniorum seriem Griperus orditur Brynhildam Budlii filiam ab Heimero enatritam, commemorando (XXVII.)\*. Sigurdo

\* Qdꝫ., exinde describentes eos eventus, qvi nostro str. XIII. XVI. XVII. XXVII.-XLV. & sat sape alibi in hisce carminibus memorantur, nobis jam desunt, sed habemus tamen prossicam earum epitomen in Vols. S. Cap. 30-37; qvꝫ nobis nimis evidenter monstrat, qvod magnam jaſtūram in poēmatu illorum interitw passi simus. Tractavere (ut videtur) Sigardi ingentem statuā, elegantem aspēctum & militares artes; iter ejus ad Heinerum (uxorem Beckhilda & filium Alvidum); descriptionem gaza Fafnerianæ; acupitiliæ Brynhilda; Sigurdi facinorū representantia; volatum accipitris ejus ad fenestrā turris Brynhilda; cum heroi eum persequenti istam & illa ipsius artificia in sui honorem, videre contingit; colloquio Sigurdi cum Alvido de Brynhilda, qva nulli nubi décreverat; Sigurdi & Brynhilda conversationem ac hujus adiūtum et domestici apparetus splendorem; promissa herois & herbinæ sponsalitiam, cum ille huic annum donat. Ceteris hec referuntur. Giukius fuit Rex potens & meridie Rheni; amptus Grimhilda sagax; Budlius alter erat rex potenter, & ejus filius Atlius bellator fortissimus. Gudrunæ Ginkiadis portentosæ somnia, ad qvorum interpretationem acqüirendam Brynhildam Budlianam visitat. Arcis montanæ Brynhildiæ splendor iterum describitur, ut & Gudrunæ ac comitatus. Ludi eorum & colloquia de principib⁹ coœvis celeberrimis. Somniōrum recitatio & petita illustratio. Enarrantur porro adventus Sigurdi ad Giukii salam, Grimhilda potio ei data, oblivionem (pactorum cum Brynhilda) efficiens; sodalitum cum Giukungis initium & fuptie cum Gudruna. Comminoratio bellorum qva ab iis communiter gesta sunt. Procastio Ginkungorum in Brynhilda. Ea voto promiserat nulli viro se nupturam esse, præter illum, qvi per flammam qva ipsius domum cinxit, equitaverit. Sigurdus Gunnaris formam induit &flammam sic transcedit. Despondit se deinde Brynhilda, concubitus ei per tres noctes (gladio tamen nudo interposito) & annulos cum ipsa commutat. Seqvitur jam relatio (nostris carminibus & huic ipsi narrationi incongrua) qvod Brynhilda nutritio suo Heimeri, sum & Sigurdi (ex illo concubitu) filiam Aslaugam enatritum tradididerit. Nuptie ejus cum Gunnare celebrantur. Cum Brynhilda & Gudruna paulo post convenienter in Rheno lassacrum frequentantes orditur inter eas controversia asperima, cum annulorum præsca communatio Brynhilda sponsalitiam deceptionem detegit. Proximo die ista contentio renovatur.

Bryn-

gundo ulterius qværenti (XXVIII.) respondet propheta ipsum pulchræ illius pœlla amore captum fore (XXIX.) Juvenis, hoc audiens & dolorum remedium desiderans, an virginem illam præclaram marita dote emere contigerit, percontari pergit (XXX.) — Gripero statim reponente, qvod amantium juramenta invicem præstita, minime ab iis servata fuerint, & qvod is qvidem, post unius noctis apud Giukium hospitium, Brynhildam oblitus foret (XXXI.) Sigurdo porro interroganti (XXXII) aperit vates, ipsius perfidiam non in causa esse, sed fraudes Grimhilde, qvæ filiam suam ei obtulerit (XXXIII.) Gudrunam & Gunnarem ejus fratrem jam, primum qværendo nominanti (XXXIV.) præsagitur Grimhilda exhortatio ad petionem Brynhilda Sigurdo, à Gunnaris parte, instituendam, ac ejus annuentia promissa (XXXV.) Sigurdus fati sævitiam deplorat, jam interrogare desinens (XXXVI) sed Griperus præsagia continuat, ita qvidem, qvod ille, Gunnar & frater ejus Hognius juramenta inter se dederint, sic ut Gunnar & Sigurdus, iis constricti, formas proprias in itinere (ad Brynhildam) mutaverint (XXXVII.) Hæc sic amplius declarantur, qvod Sigurdus, Gunnaris speciem & gestus præferens, amicam suam sibi vel rectius Gunnari desponderit (XXXVIII-IX.)

Præsagiuntur cæteris Sigurdi, quasi Gunnaris nuptialis procuratoris cum Brynhilda castus per tres noctes (XLIII.) concubitus (XL., XLI.; — nuptiæ Sigurdi (ac Gudrunæ) et Gunnaris (ac Brynhilda) in Giukii ædibus celebranda & sponsorum seqvens qvoad veras formas transmutatio (XLII.); recordatio initiorum pañorum præpostera, (XLIII-V.); Brynhilda fraudum vindictam molientis machinationes (XLV-IX) qvæ Sigurdi ipsius trucidationem, a Giukianis in sororis Gudrunæ sævis simum luctum peragendam, tandem efficiunt, ipsâ tamen minime contenta. Cuncte haec calamitates Grimhilda, quasi primario auctori, adscribuntur (L. LI.)

Con-

---

Brynhilda multifarius luctus et ira describuntur, ut & diversa tentamina, qvæ maritus & sacer frustra instituerunt ad eam domiendam vel placandam. Sic tandem pervenit Auctio ad initium ejus fragmenti B. II. qvod nobis jamjam superest. Hæc, qvoad realia historie, convenienti Edda Snorroniane, alias in his rebus multo breviore, & quo si contentiones regnorum & annulum recognitum carmine Nibelungico (v. 3269 & sq.) ut et Vilk. S. Cap. § 20-21. it. Cap. 207. De statura, habitu & artibus Sigurdi cfr. Vilk. S. Cap. 166.

Consolatur Griperus concludens Sigurdum ea ipsius præsagita fortunâ, qvod omnium hominum præstantissimus vel celeberrimus habitus fuerit (LII.) Sigurdus discedens eum salutat, fatorum immutabilitate curas pellens — seqve contentum ait suarum precium exauditione a Gripero præstita, & simul ejus rei certum, qvod avunculus meliora vaticinia ederet, si id ipsi possibile fuisset (LIII.)

## VI. SIGURDAR QVIDA ÖNNVR (SII.)

## A) FYRRI PARTR FRÅ SIGVRDI OK REGIN (SII. a.)

Introductio prosaica hæcce refert: Sigurdus Granius \*) ex eqvito Hilperici sibi eligit. De Regino nano, Hreidmaris filio, Regis fabro, Sigurdi nutritio & informatore. Narrabat is puer fabulam de diis, Othino, Haenero & Lokio venantibus & eorum piscatura ad *Catoræstem Andvarii*. Ibi Andvarius nanus, lupi piscis faciem indutus & Otur, Regini frater, itidem lutra, cibum sibi comparabant. Hunc Lokius lapidis iætu percussit. Asæ postea ad Hreidmaris donum veniunt & lutra pellem inflatam monstrant. Hreidmar & filii, cognati cædis certiores facti, Asas comprehendunt, & iis pro vita redimenda imponunt, pellem lutrinam auro opplere & extrinsecus simul oculere \*\*). Lokius ad aurum comparandum emisus, Ranæ Deæ rete mutuat ac ejus ope Andvarium lupum capit et pisces alloqvitur (150-52) \*\*\*).

Orditur poema Lokii & capti pisces colloqvio quo ille ab hoc capitis redemtionem petit (I-IV.) Indicat Prosa rapinam Andvarii divitiarum a deastro comparam; nanus unicum annulum retinere conatur, sed Lokius illo invito eum etiam rapit. Nanus saxeam suam cellam intrans (154) auro olim suo maledicit & futuris possessoribus dira imprecatur (V.) Enarrat porro prosa expromitionem pecuniae rapræ ab Asis quam annulus Andvarii complevit (155). Lokius carmine aurum istud Hreidmaris & filii necem effecturum præsagit, cui nanus plura vaticinans reponit (VII-IX)

Fafneri

\*) De Grano vid. Vols. S. Cap. 21, ubi Sigurdo ab Othino monstratus & a Steipnere, ejus eqvo, pregnatus dicitur. Cfr. Vilk. S. Cap. 147-8. it. de Regino & fratre Cap. 143-47.

\*\*) De simili orientalium more vid. Obs. nostram ad Ind. n. pr. voce *Oter*.

\*\*\*) Fabula de Hreidmare & Andvario legitur similiter in Edda Snorreniana & Vols. S. Cap. 22.

Fafnerus & Reginus à patre Hreidmare partem accepta mulctæ poscunt, & isti inficiatum dormientem perfodiunt (156-7). Hreidmar moriens filias ad suum ultiōnem fustra provocat (X. XI.) Fafner omne ab eo derelictum aurum occupat & Regino hæreditatis portionem denegat. Hic a Lyngheida sorore consilium petit (158) qvod etiam ipsa reddit (XII.) His concluditur præsens Regini narratio.

Reginus aliquando Sigurdum advenam excipiens (158) suam in illo spem ac ipsius animos & futuram gloriam cantilenis exaltat (XIII-XIV.) Sigurdo in Regini ædibus continuo versanti, hic porro narrat Fafnerem in angvem transmutatum, terquis Guitensibus excubare. Fabricat Reginus gladium per optimum Gramum & Sigurdo donat, eum simul ad Fafnerum occidendum instigans \*) (160). Sigurdus canens indicat sibi patriæ cædes ultiōnem decentiorem esse (XV.) Ad eam igitur parvandam copiis navalibus Hilperici regis instruitur sed tunc in tempestatem incidit. Cum promontorio cuidam vacini essent, vir quidam è rupe eos alloquitus (161) & vestram poscit, Hnikaris & pluribus Othini nominibus se appellans (XVI-XVIII) \*\*). Nautæ eum excipiunt, & tempestas tum sidebat (162). Sigurdo foganti (XIX) Hnikar auspicia quædam præliaria enarrat, felicia nempe hæc 1) corvi comitatum (XX) 2) binionem virorum colloquentium, domo egresso apparentem (XXI) 3) Lupum sub fraxino (aur arbore) ululantem (XXII.) Caver præterea ne quis splendenti \*\*\*) soli oppugnet, sed iis victoriam pollicetur qvos visus juvat & aielem

eune-

\*) De gladii Grami origine, & restauratione vide Vols. S. Cap. 19. & 23, ubi Sigundo, Sigurdi patri, olim proprius fuisse perhibetur; frangebatur ante cædem regis sed tandem à Regino restituebatur. Cfr. Villk. S. Cap. 147. & Nornagest p. l. c. p. 137.

\*\*) Relatio ista de Hnikaro legitur etiam Vols. S. Cap. 25. (MS.) cum stropha nostri XVIII. sed consilia ejus militaria omittuntur ibidem, inveniuntur autem in Norna G. p. l. c. p. 138-9.

\*\*\*) Sidiknandi aut debet verti: sero splendens, sive etiam demisse vel ample radians : demissos radios edens. Qvod alias auspicia illa attinet observare velimus, qvod corvus fuit Othini peculiaris avis & bellatori igitur grata; — Romanis corvi crociatio a dextrâ faustum fuit omen. Qvod lupus etiam Germanis superstitionis lata olim fuerit apparitio, W. Grimmius monstravit, sed Hanvagus nobis (in itinerario suo) idem de Persis recentioribus fecerit.

cunctam instruunt (XXIII.) \*). Malum omen dicit lapsum leviorem militis pugnam petentis, tanquam offendarum Divarum praesentiae signum (XXIV). Consultit tandem cuivis viro mane se comare, lavare & satiare (XXV).

Sigurdus Lyngvium & duos alios Hundingi filios proelio sternit. Post istud Reginus (165) aquilam sanguinolentam Lyngvii dorso in Sigmundi cædis ultiorem incisam decantat (XXVI.) \*\*) Sigurdus inde ad Hilpericum reveritur (166).

Reginus & Sigurdus simul ex ejus petitione tesqua Gnitiana addescendunt. Sigurdus in via Fafneris, quā ad aquam serpere solebat, foveam fodit & ibi se abscondit. Anguis auro abrepens venenum efflat, quod tamen Sigurdum non tangit. Heros Fafnerem trans foveam serpentem gladio perfodit, & ipse e fovea exsiluit, cum alter etiam alterum aspexit.

#### B) PARS POSTERIOR FAFNIS-MÅL (SII. β.)

Fafner suum interfestorem de ejus genere sciscitatur (Str. I.) Sigurdus nomen suum celat propter superstitionem quandam veterum \*\*\*) (169) — & ænigmatice primum respondeat (str. II.) Fafner quæstionem iterat (III.) & verum responsum accipit (IV.) Fafner de cædis vero auctore querit (V.) sed Sigurdus ambi-

\* ) Eandem fere fabulam, quam noster hic de Sigurdo, narrat Saxo (Lib. I.) de suo Haddingo, qui Norvegiam præternavigans, senem quendam, qui in litore stetit & vectoram petit, recepit in navigium suum & postea ab eo eductus fuit aciem cunctam vel rostratau instruere. Vide de tali (Quæ/nostri)bus alias fvinfylking sive suilla vel aprina forme adaptata, appellabatur) Saxonis editorum observationes. Miram sane cum hac nostra convenientiam monstrat aciei instruenda norma Indis veterissimis in legibus Meniu divinitus prescripta. Describitur sic in translatione Huttneri germanica (Menus Verordnungen) VII. 186. wie ein Keil mit der Spitze vorans, oder in der Gestalt eines Ebers : ad modum cunei acuminati vel etiam apri formam. Vocavere præterea Romani cuncum & caput porcinum agmen peditum in cunei formam redactum.

\*\*) Hoc crudele Sigurdi facinus narratur simili modo Norma G. b. l. c. pag. 139-40. sed Volt. S. Cap. 25. narrat Lyngvium a Sigurdo in ipsa pugna repenter occisum esse. Vox Blöðavorn (sanguinolenta aquila) omissa est in Gl. Vid. Blöd & Avn. De cruento illo supplicii genere cfr. porto Hkr. Saga Har. hárf., Cap. 31.

\*\*\*) Mos idem supersticiosus inter hostes belligerentes in poëmatibus Ossianis occurrit. Cf. nostram de iisdem disquisitionem Sejt. IX.

ambigue reponit (VI.) Fafner ei captivitatis statum objicit (VII.) sed heros huic opprobrio contradicit (VIII.) Serpens (percussori aurum illud in necem evadere vaticinatur (IX) sed hic se indicat divitiis imperaturum esse usque ad mortis diem, quam nemo fugere posset (X.) Fafner mortem ei imminentem perhibet ex Nornarum l. Parcarum judicio (XI.) Sigurdus contra de Nornarum lucinarum diversis generibus sciscitatur (XII.) eni quæstioni Fafner (pro sapientia sua manifestanda) responder (XIII.) Quæstio (XIV) & responsum (XV.) de loco prælii ultimi inter Asas & Surtum, & coelestis pontis diffræctione. Fafner de formidabili sua galea & ampla fortitudine loquitur (XVI.) cui heros reponit (XVII.) Serpens se, opibus incubantem, venenum efflavisse confiteretur (XVIII.) \*). Sigurdus respondens huic consentit (XIX.) Fafner occisoru domum reverti consulit, & sua de lethifero auro

præ-

\*). Hic verisimiliter dimidia stropha deest, cui posteriorem sequentis strophæ partem (iterum de galea formidabili agente) olim respondisse, probabile videtur.

Alias fabula de draconibus vel angvibus, auro incubantibus, veterissima est. Sic Martialis (XII. 53) in avarum:

inueniasque gaza  
Ut magnus draco grem canunt poëta  
Custodem scythici fuisse Incl.

Aurea poma horti hesperii custodivit draco, ab Hercule occisus. In poemate Saxonico de *Syldingis* sibi laudato decantatur (pag. 68-69.) facinus herois, qui occidit (Sigurdus nostro similis) serpenteum thessauris incubantem & opes eas abstulit — ut cætera hic taceamus. Certamina herorum cum draconibus celebrantur in poëmatibus epicis Persarum, docente cl. V. Grimmio (*Altðän, Heldens.*, pag. 467-69.) Talis serpens, quam ille enjus formam Fafnerus induisse fertur, inventus jamnunc non raro in terris Indicis, & dicitur valgo nobis *Boa*, sed Indis *Pamba Raja* (serpentum rex). Est interdum XXX. pedes longus & triuum virorum crassitudine prædictus. Deglatit sepe cervos, boves & ipsos etiam tigres; sibilus ejus & eruſatio describuntur ab oculatis testibus, in similem modum quam Fafneri a poëta nostro str. XVIII. XIX. Caro ejus assatus comeditur a Cingalensisibus, quibus istum serpensem interdum gladio occidere contingit. Gæla illa formidabilis, que str. XVI. & XVII. memoratur, me judge nihil aliud est quam corona ea quam supersticio vulgi illi serpentum regi vel regina (ut quidam dicunt) attribuit, cognita inter Germanos sub nomine *Schlangenkrona*, cui multæ supernaturales virtutes a plebe adscribuntur. Vide de ea *Habnert Natur-Kunst- und Handlungs-Lexicon* voce *Schlangen-Krone*. Omnibus hisce circumstantiis rite consideratis fabulas de talibus serpentibus indice primum originis fuisse, minime dubito, præsertim cum metempsychoseos doctrina in illa nostra prævalat,

præsagia repetit (XX); Sigurdus contra se opes ablaturum indicat, & Fafnerum Hele (Morta) consecrat (XXI). Fafner Reginum suum proditorem Sigurdum ipsum perditurum inquit, & se mox moriturum queritur (XXII).

Reginus post cædem fratris Sigurdum aggressus (177) ei congratulatur (XXIII.) Colloquium inter eos continuatur (XXIV.-VI.) Reginus eorū Fafneris gladio exsecat & sanguinem e vulnere bibit (179). Ipse dormitum iens, interea Sigurdum cor assare rogit (XXVII.) Hinc ordiuntur novæ inter eos altercationes (XXVIII.-XXXI.) Heros fortuito serpentis sanguinem cordiale gustans voces avium intelligit \*). Auscultat igitur aquilis garrientibus (181.) Prima ei cor assatum comedere consiliatur (XXXII.) Altera Reginum fraudulente fratrem ulturum indicat (XXXIII.). Tertia isti mortem optat, sed Sigurdo auri Fafnerianam indisvisam possessionem (XXXIV.) Qvarta tribus illis sororibus consentit (XXXV.) Qvinta imprudentem ait Sigurdum, si fratrem evadere sinat, cum alterum ipse occiderat (XXXVI.) Sexta ulterius ad Regini cædem exhortatur (XXXVII.) Septima ei & quartæ illi consentit (XXXVIII.) Sigurdus Regini necem concludit (XXXIX.) & eum capite mulcat. Comedit deinde cor Fafneris, & ipsius ac Regini sanguinem bibit \*\*). Sigurdus iterum aquilarum sermones percipit (184). Uni earum duas proximas strophas (XL. XLI.) qvæ Giukii filiam uxorem ducere ei consultit, adscri-  
bendas

\*) Doctissimus v. d. Hagen ingeniose observavit similes Grecorum fabulas de serpentis sanguine avium sermonem edocente (*Eddalieder von den Nibelungen*, Berlin 1814. 8vo).

\*\*) Barbariei signum hanc actionem fuisse lubenter concedam. Memoravi supra quod Cingalenses Indi carnem maximi serpentis assatam comedant. Nihilominus similis vel peior mos olim extitit apud Grecos & Romanos, et auro etiam haruspex gentium awo. Plinio teste (*Hist. nat.* XXVIII. 1.) quidam eorum carnem humanarum & certorum intestinorum esum salubrem putavere. Hæc ejus verba (e multis aliis huc pertinentibus) adferre licet: "Sang-  
"vinem quoque gladiatorum bibunt — — — at hercule illi ex homine ipso sorberi efficacis-  
"simum putant calidum spirantemque & unam ipsam animam ex osculo vulnerum.. &c. — —  
"Nec pauci apud Grecos singulorum viscerum membrorumque etiam sapore dixerunt, omnia  
"persecuti, usque ad resegmina ungivum &c... Vidimus etiam nostro awo supersticiosos ho-  
"mines maleficorum, qui supplicio tolluntur, calidum sanguinem bibere ad morbos pellendos  
vel propria corpora reboranda.

bendas puto, alteri autem seqventes tres (XLII.-IV.) de Brynhilde vel Sigurdrifæ ejus aula flammis cincta, & ipsius amazonis supernaturali somno agentes.

Describit prosa finalis Fafneris cubile fortiter munitionem, aurum ibidem defossum cum galeâ illâ formidabili \*) & armis pluribus præstantissimis, quibus omnibus Sigurdus Granum oneravit, sed equum tandem, progreedi detrahanter, ipse insuper inscendit (187-8).

### VIII. BRYNHILDAR-QVIDA IN FYRSTA EDR SIGVRDRÍFO-MÁL (B.I.)

Introductione prosaica referente Sigurdus per cervæ montem cursum intendit in Franconiam austrum versus. Fulgidam ibi arcem offendit quam introgessus amazonec dormientem sed armis induitam detegit. Deinde heros-fæminæ loriam, corpori fere aderetam gladio dissecat. Amazo tum evigilans, (191) interrogans exclamat; Sigurdus contra proprium & paternum nomen indicat (str. I.) Illa Orthinum suum diuturnum soporem effecisse dicit (II.) Sigurdus considens mulieris nomen explorat, sed ipsa ei porrigit salutare poculum (192) diis ut videatur elementaribus, lucis & terræ libans, nam diem (vel lucem) & ejus filios (bonos coeli genios) nostrem & ipsius gnatum (terræ nempe) invocat & seqventi stropha Asas & Asynias (coelestem Deorum coetum) ac polychrestam vel frugiferam tellurem III-IV \*\*).

Narrat prosa fæminam se Sigurdrifam appellasse & Valkyriam etiam fuisse perhibet. Seqvitur ipsius relatio fabulosa de duorum regum Hialm-Gunnaris & Agnaris contentione. Hujus sacrificium nullum numen accipere dignabatur \*\*\*)

sed

\*) Nempe coronam serpentum maximi, quæ Germanis superstitionis dicitur Schlangenkronæ ut supra observavi ad str. XVIII. (XVI & XVII.) De cistis ferreis, gazæ pretiosissimas continentibus, absconditis in sylva montana, ubi monstruosissimi illi serpentes habitant — secundum traditiones in insula Indorum Ceylon recentissimas vid. Haefner Fufstreite durch die Insel Ceylon, Magdeburg 1816, 8. De Fafneris & Regini cæde &c. vid. Vols. S. Cap. 26. 27. cfr. Vilk. S. Cap. 146. (ubi Sigurdus, Cingalensem more, carnes serpentinas comedisse dicitur) collata cum Edda Snorroniana.

\*\*) Cfr. ingeniosum Sculonis Thorlacii commentarium in hac loca Obs. Ant. bor. Spec. IV. pag. 73. & sq. it. 83 & 84. Vid. ceterum de hoc adventu Sigurdi ad Brynhildam Vols. S. Cap. 28. 29.

\*\*\*) Vid. Gl. voce piggia. Vettir hic eodem modo sumendum est quam OG. 8. (in plur. Vettir vel Vettir).

sed nihilominus Sigurdriſa, Valkyriæ officium injuste administrans, illi viſtoriam præbuit. In hujus facti vindictam Othinus eam spina vel acu soporifera<sup>\*)</sup> percussit, viſtoriam militarem ipsi porro denegans & decernens simul ut nuptum daretur; amazo hoc audito voto se obstrinxit, cum nemine; qui metuere possit, nuptias inire (194). Seqvitur metricum Sigurdi & Sigurdriſæ colloquium.

Potionem magicam vel medicatam & incantationibus consecratam amazo heroī primum offert (V.) ipsum Runas (characteres sive sermones) varias docere pergens. Ait nempe *vistoriales* in armis incidendas (VI.) *potionales* et *amatorias* simul in cornu (poculo) et diversis manuum partibus (VII.) Docet consecrationem poculi & allii in istud immissionem, veneni noxias vires vincere (VIII.) Dicit *characteres auxiliares* (puerperis ac earum partui) volis (manus) incidendas \*\*) & in ligamentorum modum articulis annexendas sub Nornarum vel Dearum invocatione (IX.) \*\*\*); *fluctuales* navibus & remis incidendas aut inurendas (X.); — *ramales* (*membrales* vel *glutinantes*) in arborum (que ortum versum inclinant) corticē et germini (XI.) *Causales* vel *oratorias* in foro volvendas & commutandas (XII.) *Cordiales* sive *ingeniosas* Hroptūs sive Othinus (in principio rerum) constituit, incidit (formavit) et meditatus est e liquore qui stillaverat e capite *Heiddropneris* (stillantis ex alto) & *Hoddropneris* (stillantis e circulo sive orbi (XIII.) \*\*\*\*). Describitur  
porro

<sup>\*)</sup> Cir. *Hrafnagaldor* str. XIII. Spina illa soporifera a doctiss. von der Hagen merito comparatur cum Hermetis simili virgin. Cfr. *Odyss.* Libr. 24. in initio.

<sup>\*\*) De Pictorum gentis (e Scandinavia in Caledoniam emigratae) simili ac superstitione more plura scripsi in dissertatione de illius populi & ejus nominis origine (in scriptis soc. lit. Scand. nuper impresso volumine). Invaluit etiam consuetudo talis inter Indos, Persas, Arabes & plures veteris Caucasi gentes, ut ceteras taceam.</sup>

<sup>\*\*\*) Notissima sunt veterum Hebreorum, Persarum, Gr̄corum, Romanorum &c. phylacteria & ligature literarū querum tales superstitiones orbi boreali olim communem fuisse hic etiam discimus. Apud Indos, Persas, Mongolos &c. et partim apud vulgum Europe borealis (forte etiam torius) adhuc existunt. Cfr. Obs. nostram ad str. XIII. infra.</sup>

<sup>\*\*\*\*) Hac nomina Ymero illi, chaotico giganti, & fabula mythica de Othino ipsis caput abscondente ac cælum ex eo fabricante optime convenient. Describitur Othinus cælum & terram ac universas res creandas & constituens quasi *Ideas* illas meditans & miscens que Runis i.e. verbis & characteribus a poëtis, pictoribus & scribis jam exprimuntur. Qvod Ymer autem ori-</sup>

potro Deus galeâ & nudo gladio armatus in montis (caelestis) fastigio stans Mimeris capiti, veras litteras & sermones indicanti, auscultans (XIV.) ita quidem, ut sculpi forent in clypeo fulgentis numinis (solis nempe); in aure & ungula solarij eqvorum (i. e. solis ortu & occasu); in rotâ sive orbe gyratili currus Othini sive Urani borealis, ejus vinculis & equi (Sleipneris) habenis (forte nubibus) \*) (XV.). Pergit virgo characteres mysticos, (reftius forte ideas) in terris & terrestribus rebus repräsentatos \*\*) enumerando, nimirum in membris defensoris avium & fferarum (XVI. lin. 1. 3. 4. 5. XVII. 1. 8.) peſtore equi (XVII. 6.) armis (XVII. 5.) parce sive lucinæ ungue (XVII. 7.) auspiciis sive amuletiſ hominum (XVII. 2.) lingva Bragii Dei vel etiam humani poëtæ aut rhetoris (XVI. 2.) volâ & vestigio medici sive opitulatoris (XVI. 7. 8.) vino & herbarum succo (XVII. 3.) jucunda quiete sive consensu (XVII. 4.) in vitro & auro (XVII. 1.) in pontis sive via strata extremo (XVI. 6.)

Mox

---

originitus idem fuerit cum Snorronis Mimero (in *Ynglingasaga*) cuius caput abscissum Othino res futurat præagiabat, indubium opiner. Cfr. fabulas Chaldaeorum de Omorœ absciso capite, in celum mutato, & Indorum plures similes quibus hic non locus est. Eodem modo quam atavi nostri de Runis Tibetanis adhuc judicant de literarum origine. Sic de iis celeb. Georgius refert: "Qvenaduodum defluit radii a natura solis, sic litteras ab ipsa dei substantia defluxisse concipiunt.. Non igitur mirum quod et orientis & occidentis Bodista Runis vel literis miraculosas vires adscriperint; cfr. Bergmann *Wanderungen unter den Kalmukken*, III. 194.

\*) *Lego Sleipnis teumom* (non autem *tavnum*) seqvens var. Vols. S. l. c. Othini equus mythicus Sleipner æra vel ventum poëtis veterimis denotat, quod alibi demonstrandum est. Sic *Sleipneris habenas* nubes vel talia meteora denotare puto, e quibus prisci ut hodierni ruricoli àe naute tempстатis futurum statum præagiabant.

\*\*) *Variæ figure in variis naturalibus rebus* e. gr. *lineæ volæ chiromanticæ*, *ungvium albæ nubeculae*, *aqvæ vel liqvorum bullæ & spuma &c. &c.*, que hic enumerare tñdet, *sagis* & magis omnis avi res futuras & occultas indagabant. Alios superstitiones lapidum qvorundam characteres, natura formati juvant, alios autem artificiosi sed nungici in aro, vitro, amuletiſ, &c. &c. De Runis ad extremum pontis cfr. numerosos illos lapides, qui, iis literis signati, adhuc veteris bore veros pontifices laudant.

Mox dicitur quod omnes hæc Runæ (characteres vel ideæ) rebus incisæ sive inditæ, abrasæ vel ablatae ac denuo sacro medo (poesi \*) admisti, amplissime dilatae fuerint. Inveniuntur sic apud Asas (Deos æthereos) Alfos (genios lucis vel etiam tenebrarum) Vanos (deos aërios) & apud homines ipsos (XVIII.) ac appellantur quidem litteræ, sermones aut scientia libriæ (sive etiam pistorum vel acupistorum) potionales (carmina forte) & potentes (incantationes vel magice delineationes) (XIX.).

Jam Brynhilda, se res adversas Sigurdo futuras scire innuens, ei optionem facit, an plura dicere pèrgat (XX.) cui heros consentiens responder (XXI). Amica virginis consilia subseqvuntur, quibus ea præcipit:

1) Bonam & clementem propinqvorum tractationem, qvæ etiam defunctis prodest (XXII).

2) Jurisjurandi piam servationem (XXIII.)

3) Jurgia cum stultis fugienda (XXIV.) sed mollitiei aut timoris opprobria cæde delenda (XXV.) \*\*).

4) Hospitium apud veneficam fugiendum — sed oculis assiduo utendum ne sagæ, viis adstantes, visu ferrum & animos obtundant (XXVI-VII.) \*\*\*).

5) Amores repentinos alienarum fæminarum, qvamvis pulchræ & ornatae sint, caute vitandos (XXVIII.)

6) Rixas ebrio fugiendas — cum jurgia & vina nimia multifarias calamitates produixerint (XXIX.-XXX.)

7) Melius

\* ) Poësis ipsa runis ingeniosis (imaginariis) sive cordialib[us] efficitur; vates sonis depingit ideas, res coelestes & terrestres representantes. Huc etiam referendum mirabile scriptoriz artis inventum, cuius op[us] idem characteribus exprimuntur vel significantur. Nostro sublimiter canenti Dei poësis (*ποίησις*) est creatio rerum, vatis autem humani creationis verbis composita imitatio ac universi simul fide representatio.

\*\*) Hæc stropha invenitur etiam in carmine eddico Hávamál (sektione ejus *Lodafnismál*) — secundum quosdam codices.

\*\*\*) En iterum veterinam orientalium de noxio visu superstitionem in orbi boçali.. Occurrunt multa ejus exempla in antiquis Islandorum historiis. Vñlet etiam (ut in *hodilem in Hibernia, Dania & Germania*) apud Turcas, Arabes & Persas, Annotatu præcipue digne sunt preces Zendavestim ad Honum numen in epitome Kleukeri T. I. p. 95.) quod oranti contingit *Inpnum* & quicquid malum eis prius videre, nam locus hisce nostrum edicum (XXVII. lin. 1.) optime illustrat cum vox forniciæ speculationem aliis prævenientem significet,

- 7) Melius esse prælio perire quam incendio (XXXI).
- 8) Vir nec virginem nec alterius uxorem pelliciat (XXXII).
- 9) Cura defuictorum præscribitur; cadavera comata manibus ac capite lota tumulo & cista (lapideæ) inferantur & salvi dormire jubeantur \*) (XXXIII-IV.)
- 10) Puer, cuius parens aut frater percussus fuit, occisor nunquam fidere deber (XXXV-VI). Exclamatio de raritudine principis qui & armis & sapientia valeat (XXXVI).
- 11) Prudentia generalis recommendatur — sed innuit fæmina tandem se dira herois fortunæ obstacula prævidere (XXXVII).

### VIII. SIGURDAR QVIDA IN PRIDIA (SIII).

(CARMEN MEA SENTENTIA ELEGANS AC PERANTIQVM, NULLA PROSA INTERMIXTUM).

Sigurdus Volsungus Giukii. ædes petens cum ejus duobus filiis pacta jurata init (str. I.) — qui cum eo conversantes sororem suam juvenem, Gudrunam nempe, cum ingentibus thesauris offerunt (II). — Sigurdus iis comitibus, propriam amicam, Brynhildam, ambitum it (III). Concubat virgini, nudo gladio ab eo separatae, & ipsam deinde Giukiano tradit intactam & innocentem, (IV-V.) sed pietas fæmina diro parcarum decreto tollitur (VI.\*\*) .

Postea Brynhilda, (Gunnari nupta) fæliciti sponsi fraudibus dexteris, ipsius (Sigurdi) uxori (Gudrunæ) invidens, suum infortunium lamentat & ultione solatum acqvirere

\*) Cfr. Gloss. voce *Kifta*. Lappones Norvegici adhuc capillis lapideis utuntur. Cfr. Obs. nostram ad AM. c. infra. Orationes super funus defunctorum inter Scandos gentiles commemorantur in Snorronis *Saga Hákonar góða* Cap. 32. S. Ol. Tr. (Skalholt.) p. 28. Funebres orationes Graecis & Romanis usitabantur; notissime alias sunt formulae horum exequiales *Salve & Vale* (Græcis verisimiliter *χαίρε*). Cfr. hæc Admeti (de mortua uxore) apud Euripidem (in Alceste): *Τηλεις δε την Σανσταν, ως νομίζεται, προσεκατέ ξέπεσαν θάλασσην ἐδον.* Vid. porto Meiners krit. Gesch. alter Relig. II. 708. &c. ubi mos talis apud orientales & vere barbaros quosdam populos demonstratur. Reliquæ ejus videntur remanere apud plebem Norvegicam, in actione vel ceremonia vulgo vocata at *hilti for Liger* (funus salutare vel ei valedicere) quæ in medio domus ostio, cum funus effertur, perfici solet, non tamen a sacerdote, sed plebejo quodam, qui disertus orator habetur (Wille Berkrivelse over Silljord, Khavn. 1786. 8. pag. 263).

\*\*) Due versus — "Gengo — urdir, potius strophæ V, unnumerari debent.

acqvirere decernit (VI-IX). Gunnarem deinde maritum ad (socii ejus) Sigurdi & ipsius filii infantis cædem exhortans, ei alias divertium & regni amissionem comminatur (X-XII). Gunnar moestus & ad eam rem invitus, propositum diu meditatur & ei tandem secum consentit, Hognio in consilium vocato (XIII-XIV). Proponit fratri Rhenani auri dolosam acqvisitionem (et Sigurdi, ejus possessoris cædem) (XV-XVI). Hognius id recusat ob paœta inita, Sigurdi auxiliarem potentiam & egregiam affinitatem (XVII-XVIII). Proxima stropha (XIX.) (me judice) Gunnari est adscribenda. Hic Brynhildæ cedendum indicatur, & monstrantur simul fidei fallendæ ambages, delegatio nempe fratris juvenis, Gutormi, ad socii trucidationem. Facinus hocce (noœte peractum) & percussori cædes describuntur (XX-XXI). Uxor Sigurdi evigilat in ipsius cruento natans (XXII). Heros se elevans uxorem consolatur fratrum superstitem vitâ (XXIII) sed de futura cæde filioli, aufugere neqvientis, queritur (XXIV). Eum præstantissimum Gudrunæ gnatorum dicit & Brynhildam, (a se deceptam) auctorem necis sue accusat, sed suam erga Gunnarem innocentiam proclamat (XXV-VI).

Rege exspirante vidua præ luœtu brachia vehementer jaœtat (XXVII.) sed Brynhilda, his lœtata, tandem ridet (XXVIII.) Gunnar iratus hunc risum ei mortem portendere dicit & istam qvidem dignam Atlii fratris cruenta cæde ante ejus oculos patranda (XXXIX-XXX). Subseqvitur responsum Brynhildæ, quo inprimis Atlium Giukungis superstitem et eorum percussorem evasurum vaticinatur (XXXI). Objicit iis denuo criminosum procatum, cum ipsa felix puellarem etatem transigeret (XXXII.) maritum neminem optans. Tunc tres illi reges (Sigurdus, Gunnar & Hognius) eam ambire venerunt (XXXIII). Regi, Grano vesto (Sigurdo), iis (præstantiâ) absimilem perhibet (XXXIV.) eum Atlius sibi minatus fuisse omnium opum amissionem, ne se nuptum dari sineret (XXXV). Post hæsitationem aliquam se toto animo Sigurdo soli dedidisse refert (XXXVI-VII.) & se indicat, sine ulteriori connubio (violententer) morituram \*) non sine suarum calamitatum ultione (XXXVIII).

Gun-

\*) Brynhilda se cum Sigurdo legale matrimonium iniisse hic & sepius (e. gr. str. LXIII.) innuit, cum Gunnar, qui vulgo ejus maritus putabatur, eam tantum illius ope decepserit. Dicit se igitur

B b b b b .

Gunnar & ejus domestici Brynhildam jam a suicidio proposito retinere frustra conantur; (XXXIX-XL) ille Hognium et ejus famulos in subsidium compellat (XL.) sed hic id denegat, regina ob ejus infortunia & crimina mortem sanc optandam dicens (XLII - III).

Brynhilda interea cimelia & ornamenta colligit, opes suas, famulas & servas cunctas perlustrans (XLIV). Auream deinde loricam induit & gladio se perfodiens in pulvinar reclinatur, varia mente volvens (XLV). Advocat postea omnis auri & aliorum donorum cupidos, offerens cuique (famulae) joculum auratum & splendidum leshi apparatum (XLVI). Auscultantes omnes (post brevem meditationem)

una

igitur (veterissimo more) ipsum defunctum, tanquam ejus legitimam viduam, per mortem & flammulas, honeste comitaturam fore. — Conservudinem istam observavimus inter antiquissimas cogitationes gentes. Sic Thracum Gerarum uxores Solinus narrat defunctorum rogis insilire solitas; Pomponius Mela (II, 2.) ita etiam de iis: "Ne famulis quidem segnis est animus super mortuorum virorum corpora interfici, simulque sepeliri votum eximium habent. Et quia plures simul singulis nuptiis sunt, cuius id sit decus apud judicatores magno certamine affectant. Moribus datur, estque maxime letum, cum in hoc contenditur, vincere... De veterissimum Ipotorum eadem conservudine vide Valerium Maximum II, 6, qva etiam praesenti anno immutata apud eorum posteros conservatur. Eadem narrat Moses Chorenensis, Artassis exequias referens de Armeniis antiquissimis. Narrandi Arabs, i. descriptione caucasicarum regionum circa annum Chr. 943, concinnata & a Klaprothio germanice edita narrat Slavos & Russos gentiles viduas (et lubentes quidem) animalia, opes & ornamenti cum defunctis creasse. Consonit illi alter Arabum geographus, Abdallah Jacobi (in lexico geographicoo) cuius pretiosissimas de Russoruni ethnicorum moribus relationes doctissimus noster Rasmusserius in danicam lingvam translatis (in ejus disquisitione de Arabum & Persarum mediis vii cognitione Russia & Scandinaviam & mercatura illarum gentium, Havn. 1814. 8). Apud Lithuanos (& Lettos vel Livones) uxor defunctorum carissima in eodem rogo fiammis solito consumebatur (vid. Brahm Gesch. von Pohlen und Lithauen, Leips. 1810-11, I Th. p. 242 & Merkel Vorzeit Lieflands 1807, I, 127). Legimus in epist. S. Bonifacii XIX, Ao. 745. "Laudabilis mulier inter Vinedos esse judicatur, qva propria manu sibi mortem intulit, ut in una strue parites ardeat cum viro suo..." (Cfr. porro de hocce omnium Slavonicarum gentium more Augen. Weltgeschichte T. 5t, pag. 227). Suicidium viduarum fuit legi praeceptum apud Herules, scandogothican gentem (testo Procopio de B. G. Lib. 2.) & simili jure (Oddo Monacho in hist. Ol. Trygyni secundum quorundam tradiciones referente) inhumatio earum cum marisi funere extitit in Svecia circa tempora introduci Christianismi. Plura viduarum vel sponsarum nobilium suicidia post mortuos heros memorantur a Saxone (Gunhilda nempe Lib. I. & Signe Lib. VII). Cfr. S. Thorl. de matrim. bor. p. 121. sq.

una responderunt, se (donis oblatis) egere, sed viucturas tamen porro esse & honestis officiis operam suam navaturas (XLVII) \*). Regina reponit se quidem nolle, qvod ullus homo invitus et inexorabilis ob ejus causam vitam perderet \*\*) sed certum tamen esse, qvad minores opes cum iis forent crempande, cum aliquando posterius, ad eam visendam, mundo discessure essent (XLVIII-IX).

Gunnarem deinde alloquitur regina & suam propinqvam mortem sed Giukungorum felicitatem non tamen adeo securam fore prædict (L.) Vaticinatur porro de reconciliatione eorum cum sorore Gudruna; partu infantis Sigurdi postlumi, pueræ pulcher:imæ Svanhildæ; (LIII.) matrimonio Gudrunæ & Atlili fratri sui, ipsa partim invitâ (LIII). Declamat regina Giukungorum acerbas fraudes, sua continua infortunia incusans (LIV). Continuat porro præsagia de nova sed frustranea Gunnaris circa Oddrunam, Atlili sororem, procatice & eorum clandestinis amoribus (LV); de Atlili insidiis aduersus Gunnarem, hujus interitu & Atlili ipsius paulo posteriori (LVI). Gudrunam quidem eum in lectu trucidaturam prædict, sed qvod illi decentius fuerit primum maritum (Sigurdum) defunctum comitari, si bonorum consilia & suum (Brynhilde) exemplum seqvi vellet (LVII); Vaticinari pergit de fluctibus Gudrunam ad Jonacerum Regem vestruris, & de hujus filiorum dubiis consiliis ac fatis (LVIII); de Svanhilde exotico matrimonio, ejus crudeli interitu,

& totius

\*) Brynhilda famulas donis oblatis pellicere conatur ad suicidium voluntarium, secundum gentiliu[m] borealiu[m] (uti etiam Thracum, Græcorum, Gallorum, Germanorum, Slavorum, Lettorum, Scytharum, Indorum & plurimi) superstitiones: qvod res & opes cum defunctis cremare in altera vita renovate eos juvent, & qvod simul maritus & uxor, amici & famuli, ejusdem rogi consortes, sorteinde priorein regenerati recuperarent. De Scandinavorum tali superstitione vid. *Hkr. Engl. S. Cap. X.* "Persvassum erat illis (Asis Othinianis) quo altius ascendebat fimus (Pyre) eo splendidiorem in coelis (inter divos) futuram ejus conditionem, "cujus erat rogus, tantoq[ue] eum ditionem fore, quo plures cum eo cremarentur divitiis... Convenit ei *Saxo* (H. D. Lib. VIII.) Haraldi Hildetanni exequias describens. Cfr. obs. n. ad LXV. i.

\*\*) Eodem modo vidus & earum ancille hodie dum apud Indos cremantur in rogo heri, sed nunquam omnino coactæ vel invictæ, qvod contra leges foret. Earum tamen sors, qvæ morem eum religiosum seqvi nolunt, tam inter vivos misera & contempta evadit, ut plerique honestam & (nt putant) beatissimam mortem tali vite præferant. De Russorum sive Slavorum eadem consuetudine vid. Obs. nostram ad str. LXV. infra.

& totius in ipsa Sigurdi proliis vel prosapie abolitione Gudruna tantum misera superstite (LIX \*) .

Brynhilda tandem maritum rogarat sibi, Sigurdo & omnibus una cum eo extintis struere in campo rogum funerale, arcis vel munimenti forma peditum, velis, scutis, & ornatissimis stragulis circumdandum (LX. LXI). Sigurdum ad suum latus ibi ponendum perit, sed ab altero ejus suos famulos, torqvibus decoros, duos aurem (eorum) ac duos accipitros ad principum caput, ut omnia æque partiantur (LXII). Gladius nudus inter regem ac reginam jaceat, in eundem modum ut olim fuerat, cum conjuges appellabantur (LXIII). His ita dispositis & tali comitatu heros sequente aulae (Valhalla) splendidas forces ejus calcibus allisuras non timet Brynhilda (cum famuli subsequentes eas rite claudere possent). Processionem ipsorum splendidam & numerosam regina ulterius describit (LXIV.) & regem comitari dicit servas quinque, famulos octo natalibus generosos & mancipium ipsius Brynhilda coalumnnum \*\*) (LXV). Concludit sermonem heroina ob vocis defectum &

vulne-

\*) Legitur in nullo veteri carmine, nobis reliquo, qvod Brynhilda filiam (Aslaugam) e Sigurdo conceperit, uti *Volsungasaga* & plures recentiorum historie perhibent. Possibile tamen est qvod varians haec traditio cantilena aliquia jam perdebat olim celebrata fuerit. Suspicor autem qvod poëta nostrates aliquanto recentiores hujus fictionis auctores vel amplificatores fuerint, ad necendum directum inter Scandinavia & Germanie celeberrimos reges ac heroes (Sigurdum & Ragnarem) gloriose cognationis vinculum. Sic *Völsunga saga* Cap. 50. (MS.) suspecta sat, narrat Heimerus, Brynhilda & deinde Aslauga nutritum, cum hac regine & Sigurdi trienni puella, cithara inclusa, in hascas terras boreales (*Hingar i Nordvrländ*) ausfugisse & in villula quadam Norvegia trucidatum fuisse — et qvod Aslauga ibi sub Krak nomine educata, deinde Ragnaris, celeberrimi illius Danorum Regis, conjunct evassisset — sed docet nos ipsa Ragnaris historia traditionem illam Krakæ sive Aslauga ipsius propria tantum narrationi deberi, qæ etiam ab ea, ad repellendam plebeja originis accusationem, excogitata fuit.

\*\*) De conseruidine hac funera cum pretiosis rebus, utensilibus &c. cremare vid. Obss. nostras in hocce conspectu ad carminis nostri str. XXXVII. & XLVII. Hac porro addere licet præcipue qvoad famulos & amicos optimos defuncti qui unacum eo cremabantur & sepeliebantur. Similis mos erat Græcis, Getis thracicis, Scythis, Indis, Armenis, Hunnis Ephthaliticis (et partim etiam famosissimis illis Europæis) Slavis, Livonibus &c. Mongoli (Marci Poli temporibns, sec. 13) famulos, vestes, res pretiosas cum defunctis cremabant, sed ex omni vel maxima parte in effigie picta (cum antiquiore zwo illæ res & personæ ipsæ incendio consumme-

tratae

vulnerum tumorem, vera tantum se protulisse & mox ita morituras affirmans (LXVI.) \*).

## IX.

matre fuissent) & sic in altera vita revera restaurari credebantur. Ea fides antiquissimis gentibus fuit de omnibus rebus cum defuncto crematis; sic e. gr. Græcis (Periandri Corinthii tempore, de quo Herod. V. 92). Cfr. Euripid. in Rheso. Aſt. V. Lucian. in Philopseud. & Virg. Æneid. VI. (de pretiosis vestibus &c.) Homerum de captivis juvenibus, equis & canibus cum Patroclio crematis (Il. Lib. 23.) de Elpenoris armis (Odyss. Lib. 12.) — ut exera taceam; similia refert Herodotus de Scythis (Melpom. Cap. 71.) & Cæsar de Gallis (B. G. VI. 19). Hujus verba nostrum poëtam partim illustrare videntur: "Funera sunt pro sumtu Gallorum magnifica & sumptuosa, omninoque, quæ vivis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferuntur, etiam animalia, ac paulo supra hanc memoriam servi & clientes, quos ab iis dilectos fuisse constabat, justis funebribus confectis, una cremabantur.. Ut orientem versus revertamur, annotamus (e Brahmio l. c. pag. 242.) exequias Sintorogi Lithuaniae gentium principis, cuius funus, "solemniter crematum fuit cum formulis amicissimis, armis, occipitibus, canibus & optimis equis p. p. quæ omnia in superorum regione restaurar̄ putabant..." Sic etiam Merkel de Livonibus (l. c. p. 129.), quod cum armis utensilibus, uxore & (si princeps foret) consiliario carissimo, ut et optimo equo & cane cremati fuerint, poetis canentibus, quod splendidum defunctorum equitatam coelum versus cernere possent. (Cfr. GH. XVII. cum nostra obs. ad hunc locum). Exequias tales inter Russos (Gothis mixtos) amplissime describuntur secundum oculati testis relationem a laudato Addalok Jacenti (l. c. Rasmussenio nostro interprete). Multæ circumstantiae ibi memorante nostro carminis mire respondunt. Liceat aliquot earum huc adferre. "Demortuo aliquo eorum principe quæcum cognati ejus mulieres & familiariæ, an aliquis eorum, cum illo mori vellet; (XLVI-VIII. it. LVII.) solet annuere una & necessarie quideam, si perpetnum fuctum metuat (nam hæc superstitem certa sors manebit). Cum igitur princeps aliquis eorum moreretur, interrogabant pueras ejus quænam cum eo mori vellet. Affirmabat una & ideo optime habebatur per aliquot (decem) dies, pœnū & cantu delectata... [Hinc forte elucidantur optime obscura illa nostri verba str. XLVII. ærnar solnar : nimis famelicæ vel langvidæ, nempe a perpetuo luctu; & dñsa Brynhildæ str. (XLIX.) famulis inhonestam vitam & mortem minantia]. "Deinde mulier ista solenniter cremabatur cum funere heri in navigio (Scandico certe more) super quatuor columnas lignæ elato & tabernaculo, recto... (Cfr. LX. LXI. it. HB. pag. 258. ubi navigium istud tangunt Brynhildæ vehiculum, rheda sive currus, pretiosis textilibus circumdatum describitur. Saxonis. relatio (Lib. VIII.) de exequiis Haraldi Hildetaniæ innitit eum crematum fuisse cum currus & simul cum splendido

\* Crematio Sigurdi & Brynhildæ refertur in Vols. S. Cap. 39. cujus auctor carmen nostrum e maxima parte sequitur, sed quædam perverse intellexit. Cfr. etiam N. Gest. p. l. c. p. 142 & sq. ubi quædam strophæ & carmine HB. excerptæ sunt.

## IX. BROT AF ANNARI BRYNHILDAR QVIDO (BII).

(SUNT IN MEMBRANACEO CODICE OCTO PURA FOLIA, QVIBUS, INTER ALIA, PRIMA ET JAM DESIDERATA HUJUS ODÆ PARS OLIM INSCRIBENDA FUERAT).

Dimidia prima stropha (manca saltem) continet Gunnaris (verisimiliter) ad Brynhildam in Sigurdi vitam insidias molientem, de herois culpa qvæstionem (I). Heroina ejus perjuriam in causa esse reponit (II). Hognius diram Brynhildæ machinationem ejus tantum invidie & malevolentie adscribit (III). — — —

Sqvitur metrica relatio de Guttormo serpentina & lupina carne cibato, ad animos ei in cædem parandos (IV). — — —

[Hic iterum ampla lacuna existere videtur, cum interfæctio Sigurdi nullo verbo describatur, sed cernamus mox viduam ejus cum ex itinere revertentura expectare].

Gudruna fratres suos eqvis vestos advenire cernit & suspicans igitur de Sigurdi mansione qværerit (V). Hognius reponit ipsum eorum gladio dissectum jacere, griseo eqvo super caput ejus nutante (VI). Brynhilda (simulans) iis armorum & regionum acquisitionem gratulatur, sed Sigurdum dicit omnium potitus fuisse, si paullo diutius vixisset (VII). Fratres reponunt id indignum (sive noxiū) fore

qvod

dido *navigio*, cfr. *Hkr. Fngl. S. Cap. 27*. "Cadaver principis telâ auro intertexta vestitum fuit & in cæterum pretiosissime ornatum & armis ejus omnibus cinctum. Maestatis prius "cane, eqvis duobus, gallo & gallina (locu accipitrum nostratis str. LXII.) mulier illa ultime in tabernaculo trucidabatur (vel se ipsum interfecit), quo factò cremia navigio substructa, cum eo, tabernaculo & tota illa structura incendebantur & flammis subito consummebantur. Cæteris, qvamvis sane notata dignissima sint, non erit hic locus. — Moses Chorenensis, Artasii Armenii regis exeqviæ describens, refert carissimas ejus uxores ac concubinas & fidissimos simul famulos, eum in morte comitatos, se ipsos ad ejus sepulchram tumulum occidisse; aurea erant funebria ferætra, solia ac leæti ex hyssô atque involucrum cadaveris, in capite diadema ex auro textum atque aurea arma ante posita p. p. Indorum p. p. similes ritus, hodieum exercitos, hic amplius demonstrare nūnis prolixum foret. Anno solummodo, qvod ephemeredes nostre nupetrime retulerint, funus Indorum cuiusdam Regis, circa initium hujus anni (1817) una cum uxore catissima, alia quadam concubina, & quinque famulis mulieribus, omnibus sponte mortem obeuntibus, solenniter in eodem rogo crematum esse, qui casus & feminatum numerus Sigurdi flamuei exeqviis ad singvem conuenit (str. LXV):

qvod Giukii hæreditate & Gothorum populo potiretur cum qvinqve belli cupidos filios progenuissit \*) (VIII). Brynhilda iterum fratribus eachinnañs congratulatur (IX). Gudruna eam jam interpellens Gunnari, ejus percussori, mala vovet & ultionem minatur (X).

Brevis episode narrat corvum arbore insidente (loco à Rheni meridie sito) ad cadaver Sigurdi nuper cæsi, percussoribus cruentam perjuriorum pænam, ab Atlio perficiendam, vaticinatum fuisse (XI). Pergit relatio circa coenam lautam & lætam, vesperā fratrum adventitia celebratam (XII.) sed Gunnarem in cubili omnibus diutius vigilantem & anxie secum meditantem significationem colloqvi, qvod corvus et aquila contendentes inter se egerant dum fratres domum petiere (XIII)\*\*).

Revertitur poëta ad Brynhildam, ante diem evigilatam moestamque, ambigue exclamantem & querentem (XIV). Silebant omnes auscultatores mirantes foemina flentem jam de iis perpetratis loqui, qvæ adpetenter olim poposcerat (XV). Enarrat Brynhilda somnia propria de frigido suo lestu & domicilio sed Gunnaris tristí captivitate & præsagiti perjuræ Niflungorum familie ruinam (XVI). Objicit porro marito solennia olim cum Sigurdo inita pacta, sangvine mutuo vestigiis immisso \*\*\*), qvæ ab hoc servata promissa, ille pessime ruperit (XVII). Demonstrat porro fidei Sigurdi erga Gunnarem luculentum exemplum, in celebri illa gladii in connubiali thoro depositione (XVIII-IX).

Hic desinunt elegancia odæ hujus fragmenta, capite & calce manca — sed addit collector commenta sua: qvod hæc de Sigurdi cæde relatio eo inclineret, ut illa sub dio perfecta fuerit, annotatis tamen aliorum narrationibus de eo intus in cubili

\*) Innunt Glukungi cædem Sigurdi iis evasisse necessariam ne ejus numerosi & bellicosi filii ipsos & eorum virilem prosapiam abolissent.

\*\*) Hic & alibi in odis nostris commemoratur diligens auspiciorum & auguriorum observatio inter populos Europæ boreales, meridionalium non minor. Cfr. Tac. Germ. Cap. 10 & Obs. nostram ad H. II. str. V YL.

\*\*\*) Sic etiam apud autores classicos (Herodotus IV. 9. L 74. Melam II. 1. Tacitum Ann. XIL 8. pl.) legimus Scythas, Medos, Lydos, Armenos & Iberos (caucasios) foedera simili modo cruentis ceremoniis iniisse, qui eriam mos inter Arabes & Romanos ethnitos invaluit. De borealis ipsi vid. obs. interpretum ad hunc locum ac Sax. H. D. Lib. I. (cum Obs. Steph.) (pag. 254.) & de Indis recentioribus Meintz crit. Gesch. aller Religionen II. 290.

cubili dormiente occiso, sed qvod Teutones scenam ponerent in sylva, et *carmen veterarium Gudrunianum* in eqvitatione ad conventum forensem — omnes eo momento consonas; qvod heros per fidem deceptus atqve jacens & imparatus armis occubisset (256) \*).

### X. HELREID BRYNHILDAR BUDLADÓTTUR (HE).

Prologus prosaicus carminis jam desperditi primorum versuum contenta secutus fuisse videtur; referit autem Sigurdi & Brynhilda funera duabus pyris cremata fuisse & eam (videm in rheda \*\*) pretiosissimis textilibus instrata \*\*\*). Heroina sic ad inferos vesta Oreadis cuiusdam septam aream transit, sed ab ea alloquio impeditur (258-59).

Orditur fragmentum oreadis inhibitione, qvâ simul Reginæ objiciuntur alieni mariti ambitus, vita vagabunda & viri trucidatio (I. II). Brynhilda reponens militarem suam vitam excusat & se illa longe nobiliorem jaſtat (III). Oreas denno Reginæ opprobrio verit sœva ejus infornitia atqve Giukungorum & eorum domus eversionem (IV). Brynhilda contra referre constituit horum erga se perjuria & sponsi privationem (V). Commemorat (Valkyriacas) induviis suas ac septem sororum a Rege sub arbore depositas — & se duodecim annos natam juveni illi desponsasse

\* ) Vide porro observationem nostram in Ind. nom. pr. ad vocem *Sigvdr* (pag. 890).

\*\*) Nostri reid respondet latino *rheda*, quam vocem Romani a Gallis mutuati sunt; est alias antiquissima & sanscramatico sermoni communis, ut ē glossario apparebit. Describitur sic (sec. 6.) a Venantio Fortunato (III. 19.)

*Curriculi genus est memorat quod Gallia rhedam  
Molliter incidens orbita sultat humam,  
Exiliens duplice bijugo volat axe citato,  
Atque movere rapidas juncta quadriga rotas.*

En etiam dignum heroine vehiculum — Thoro Deo fulminanti alias ab atavis nostris attributum. Cum de Celto-gallico verbo sermo sit, annosari meret, qvod ingens Germanorum multitudine longe ante Francorum adventum, Gallis admixta fuerit, et sic etiam vice versa, per gentium tum frequentes migrations.

\*\* ) Cfr. de omnibus hisce Obs. nostram ad S. III. LXV. ubi etiam hunc locum orientalium scriptorum relationibus de gentilibus septentrionis incolis illustrare conati sumus. Vide porro Obs. nostram ad idem Carmen str. LXVI.

disse (VI). Pergit narrare qvod in Hlymdalis (vallis resonantibus) amazo galeata fuerit, ced se ob Valkyriæ officium in Gothica terra (inter Mialmgunnarem & fratre Aude) non rite administratum, Othini iram naclam esse (VII). Circumclusit deus illam, in luco, elypeis rubris & candidis, a nullo homine somno excitari jubens, nisi viro timoris omnino experte (VIII). Cirea meridionalem hujus ædis partem aliam flammam flagrare jussit \*), mandans tamen eam eqvo transire virum qui aurum, (olim) Fafnerianum, Brynhildæ attulerit \*\*) (IX). Danorum heros (Sigurdus) Granio vehebatur ad ædes nutritii Brynhildæ, omnibus ibi præstantior visus (X). Is & virgo per octo \*\*\*) noctes caste concubuere (XI.) sed postea Gudruna id Brynhildæ objecit, quo opprobrio hæc sponsorum fraudulentam permutationem indagabat (XII). Humani generis diuturnas in vivis calamitates implorans se Sigurdo porro coabituram indicat & oreadem abyso immitti jubet (XIII).

## XI.

\*) Vide observationem nostram ad Ind. n. pr. voce *Hindarfall*.

\*\*) Hic forte alluditur ad infaustum illum Andvarii annum, quem alia traditiones europeo sicut & orientali more Sigurdum Brynhilda in concubitus sive sponsaliorum testimonium dedisse referunt. Vide Obs. nostram ad S. I. str. XXIII.

\*\*\*) Tres autem, secundum alia nostrarium carminum loca e. gr. S. I. XLIII. Alludent forte traditio[n]es h[ab]e[nt] ad morem in Scandinavia & Germania veterinum, jamjam non obsoletum, amasi ne[m]p[er] clandestinam cum sp[iritu]o conversationem per noctes aliquot, quas Prövenætter, Probenchte, (ɔ: tehtraminum noctes) Fenster &c. vocant, in quibusdam Danie insulis, Jutia meridionali & Holsatia parte norissimas; in Selandia juvenes rustici viduis junioribus per certum tempus cohabitant, qvod vulgo dicunt: at vær paa Prøve (tentamini subjici). Mares sic interdum a feminis repudiantur. Conversatio amantium ante nuptias clandestina, in Norvegia, describitur accuratissima a doctissimo Wille l. c. p. 254-55. it. 259. ubi simili annotatur verius supersticio, circa annum 1622 (ut videtur) prevalens qvod trium noctium concubitus ante nuptias ipsas conjugum futurum statum felicem redderet ("at the Folk, som skulde begifve "fig i det hellige Echteskab, skulle ligge i Næther til sammen, førend de meth huer andre war "tilsammen with ud Kirkien, y then Mening at the skulle sanghe god Lycke til theret Fæ eller "andet sandanth)... Elphinstonio teste presenti tempore mos similis valet apud Afganos, gentem Persis & Indis vicinam & corundem saepius imperium naclam. Elphinstone Beschreibung von Cabul &c. (1817.) I. Th. 287.

## XI. GUDRUNARQVIDA EN FYRSTA (GL.)

(CARMEN, INITIO NON QVIDEM, SED CALCE, UT VIDETUR, MANCUM).

Prologus collectoris luctum Gudrunæ ad funus mariti sedentis describit. Annorat in obitu Gudrunam, e qvorundam traditione, aliquid e corde Fafneris commisso et ideo vocem avium intellexisse. Addit sequentem odam de cā concinnatam esse.

Gudruna moestissima, sed tamen taciturna, quieta, lacrymis abstinent, et ad moriendum parata ad Sigurdi defuncti cadaver consider (I). Nobiles viri agredientes eam feustra consolari conantur (II). Tunc Giaflaugia. Giukiana se illâ longe infeliciorem exclamat, cum quinque macitorum, éuarum filiarum & trium sororum jaſtūram passa, jam sola supersit (III.) — Gudruna isto sermone non commoveretur (IV). Tunc Herborga, Hunnicæ terræ regina, asperiores suas esse calamitates profert, maritum nempe & septem filios in acie occisos (V.) sed parentes & quatuor fratres undis submersos (VI); queritur porro qvod ipsa eorum exèqvias sola cu-raverit — omnia hac unico anno passa, sine ullius hominis solatio (VII) qvod autem, proximo semestri, bello captiva evaserit & mancipium nobilis dominæ dome-nicium VIII.) qvæ eam' præ zelotypia pessime trastavit (IX). Hæ relationes Gudrunæ luctum non leniunt (X). Gullranda deinde nutricem (Herborgam) arguit inepta juveni viduæ solatia adferre — & ipsa cavit ne funus regis ocelleretur (XI.) stragulum cadaveri amovens & genas ejus versans coram Gudrunâ, eam istud oscu-lari jubet (XII). Vidua eruenii funeralis horrido aspectu (XIII.) violenter commota (XIV) lacrymas copiosas edit, ut anseres domesticæ luctui ejus adclament (XV). Gullranda sororis suæ & Sigurdi eximios amores exaltat (XVI). Gudruna ejus & suæ ipsius priscam gloriam decantat sed præsentem suam humiliatatem lamentat (XVII-XVIII.) & porro carissimi amici damnum, cuius Giukungos fratres incusat (XIX). Pergit eos increpare & Gunnari aurum a Sigurdo possedium, mortem, ob perjuria patrata, allaturum esse vaticinatur (XX). Loquitur de Sigurdi & Giukungo-rum circa Brynhildam execrando ambitu (XXI). Brynhilda ipsa, hæc audiens, Gud-runam inveftivis sermonibus molestat (XXII). Gullranda contra, Brynhildam gra-viter incusat & ei silentium imponit (XXIII). Hæ reponens perhibet Atlium fra-trem omnium istarum calamitatuum primum auctorem esse, postqvam ipsa primum

Sigur-

Sigurdum, auro ornatum; in ejus aula viderat, herois amore capta (XXIV). Brynhilda, irato serpenti a poëta comparata, columnam spumans & visu scintillans amplectitur, cùm Sigurdi vulnera conspexit (XXV).

Addit prosa, Gudrunam inde per deserta abcessisse in Daniam & ibi apud Thoram Haconis filiam per septem semestria mansisse, Brynhildam autem, servis octo & ancillis quinque prius ex ipsius mandato trucidatis, se ipsam gladio perforasse, ut dictum est in Oda Sigurdi breviori (283-84).

### XII. DRÁP NIFLUNGA (DN)

Relatio hæcce collectoris mere prosaica narrat primum Gunnarem & Hognium thesauros Fafnerianos (post Sigurdi eadem) occupasse. Tunc hostilitas cessit (oritur est) inter Giukungos & Atlium qvi illos mortis Brynhildaæ autores arguebat. Reconciliabantur eo pacto ut Gudrunam Giukanam fratres Atlio in matrimonium darent; hæc autem proposito non consentiit, priusquam potionem, oblivionem producentem, ab illis (vel matre) oblatam, ebiberat. [Concepit deinde ex Atlio filios Eitillum & Erpum, sed Svanhilda ejus & Sigurdi gnata erat].

Atlius aliquando Gunnarem & Hognium per legatum Knefrodum (alias Vingium) invitavit. Gudruna fraudes inesse sciens eos runicis litteris admonuit, & Hognio præterea missit annulum, olim Andvarianum, cui lupinos pilos implicuerat. [Gunnar antea frustra ambierat Oddrunam, Atlii sororem sed Glömvaræ postea nupsit. Hognii uxor erat Kostbera & eorum filii Solar, Snævar & Giukijs]. Cum Giukungi ad Atlium venerant (capti deinde ab eo & morti destinati) Gudruna filios frustra rogabat; ut illis (a patre viram orarent \*). Cor tunc fuit Hognio exceptum, sed Gunnar in carcere angvinum conjectus citharae pulsu \*\*), serpen-

\* Hæc circumstantia nullibi (ni fallor) in edicis nostris carminibus refertur.

\*\*) Cfr. OG. str. XXVII. Sidonius Apollinaris (qvi Burgundios Chunos, Francos p. p. memorat ut foederatos circa annum 436, & Burgundiones postea ut Attilæ auxiliares copias) — nobis refert qvod Burgundi pletri (critare) valde amantes fuissent. Cfr. Ind. nom. pr. v. *Burgundar* & *Gunnar* it, obs. nostram ad AQ. XIX. Rex Vandalarum (africanorum) Gelius

serpentes cunctos sopivit, sed vipersa quædam eum ad jecor usque perforavit \*) (p. 286-88).

### XIII. GUDRUNAR QVIDA IN ÖNNOR (GII.)

Introductio brevis prosaica, perhibet hanc odam continere querimonias heroinæ de suis calamitatibus ad Regem Theodoricum \*\*), cum hic apud Atlium vixit & suos omnes comites (bello) amiserat — sed carmen ipsum nihil continet, quo relatio illa firmari possit, quapropter eam falsæ recitatorum traditioni, a collectore litteris mandatae, tantummodo deberi opinor (290).

Orditur regina declamans de jucunda sua juventute (I.) & spoli. Sigurdi præstantia (II.); Lamentat fratum in eum insidias (III.) & narrat Granii eqvi, sine eqvite ad forum sive conventum accussum & suas ad eum secessitationes (IV. V). Hognius viduæ mariti cædem indicat (VI. VII.) illa isti imprecatur diras (VIII.) quibus is breviter reponit (IX.). Gudruna suas ad Sigurdi cadaver tristes sub dio excubias refert (X. XI). Iter ejus ad Halfi & Thorfi aulam in Dania & muliebria artificia ibidem exercita (XII.-XV). Grimhilda filios compellat ad sorori eorum mariti & gnati compensationem offerendam (XVI.) iis consentientibus (XVII.). Illa Legatos comparat (XVIII.) & delegat. Eorum nomina & habitus describuntur (XIX.) sed affabiles sermones & munera oblationes (XX.). Affert Grimhilda filiæ poculum, efficiens oblivionem injuriarum quibus affecta fuerat \*\*\*). Magica hujus potionis

con-

mer, è magnificentissimo ad miserrimum statum redactus, citharam pulsans, carmine, a se composito, calamitates suas deploravit.

\*) Hoc factum, expressis verbis, in nullo vetustatis superstite carmine commemoratur sed refertur simili modo in Edda Snorroniana ac oda illa apocrypha *Gunnarslaga* dicta & commemorari simul videatur OG. XXX., ubi Atlii mater in viperam transmutata Gunnarem cordi tensis perdisse videtur.

\*\*) Theodoricum vel Theudericum illum confudera fabula recentiores (in *Vilkina S.* & alibi) cum Theodorico Veronensi, Ostrogothorum celeberrimo Rege. Notum alias est quod Rex Ostrogothorum Theodemir (*Þiðrœrr*, ejusdem notionis quam *Þiðrekr*) Atlium in ejus militariibus expeditionibus comitari coactus fuerit. Multi Gothicorum populorum principes illo Thiodreci vel Theuderici nomine usi sunt. Vid. Ind. n. pr. v. *Þiðrekr.*

\*\*\*) A fratribus suis nomine in cæde Sigurdi & itidem a Brynhilda Budiana, cuius fratrem Attilagum Grimhilda filiæ maritum destinaverat,

contenta describuntur (XXI. XXIII.) & figuræ in cornu sive poculo sculptæ & piæ (XXII) \*).

Ut obscurissimas quatuor lineas præteream, pergit Gudruna narrans de tribus principibus (legaris) & Grimhilda matre (XXIV.) procationem Atlii amplis promissionis commendantibus (XXV-VI). Gudruna suas nuprias cum Brynhildæ fratre inhonestas fore reponit (XXVII). Grimhilda ei vindictam machinari prohibet, & mariti ac filii amissionem ei jam restituendam dicit (XXVIII). Gudruna post Sigurdi cruentam mortem letitiam sibi prohibitam monet (XXIX), sed Grimhilda Atlium contra laudibus exaltat & eum iterum commendat (XXX). Gudruna recusans ipsum Gunnaris & Hognii percussorem fore præsagit (XXXI.) & se eum perdituram vovet (XXXII). Grimhilda vaticinio illo contristatur (XXXIII.) pergit tamen, novas largitiones offerens (XXXIV). Gudruna tandem Atlio se despendet, sed invitam se id facere & matrimonium infeliciter evasuram declarat (XXXV). Describitur breviter iter sponsæ & comitum per dies XXI (XXXVI.) & adventus ad arcem (Atlii) (XXXVII). \*

Jam Gudruna refert, qvōd Atlius se (nuper) e somno excitaverit, perhibens se ipsum a Nornis (Parcis l. deis tutelaribus) somniis suscitatum & petens qvod illa hæcce sibi conjiceret (XXXVIII.) \*\*). Seqvitur somniorum variorum descriptio ab Atlio prolata (XXXIX. XLI. III.) & Gudrunæ responsoria explicatio (XL. XLIV)\*\*\*).

Ultima

\* ) Potionis contenta ex omnibus naturæ regnis perita videntur, nempe: minerale qvoddam (robur terre sive saceri) aqua (marina, ut videtur) herbarum & glandium vel pomorum decocta, liquor uva, fuligo (ignis & aeris foetus) animalium intestina (& forte etiam sanguis). Vid. Gl. sub voc. *Urdarmagni*, *Söñardreyri*, *Innleid*, *Urt p. p.*

\*\*) Diuturniore hujus strophæ meditatione sensus mihi emersit. Verba: *fus* — — — *spæ* incl. Atlio sunt adscribenda et sic verbotenus explicanda. "Ita me Nornæ somno suscitant, divinatione ista mihi favente o: utili, ut pericula imminentia evadere potuero.. Gudruna ipsa pergit *ræda* at *ek ræda* i. e. "*is* (Atlius voluit (sive rogavit) qvod ego ea (somnia) conjicerem... (Interpretes verbi *ræda* aliam longe significationem hic adoptarunt). Hæc igitur vocis significatio applicanda est p. 754. (D.) in Gl. v. *ræda*.

\*\*\*) De vero, & mea sententia, hujus strophæ sensu vid. Gl. sub v. *Hvitfingr*.

Ultima strophâ Atlius declarat, qvod post somnia illa nec in lecto cubare nec dormire vellet, & se posthac ita quoque aetrum (XLV) \*).

#### XIV. GUDRÚNARQVIDA IN PRIDIA (GIII.)

Brevis & prosaica hujus edæ introductio textui ipsi bene congruit. Refert autem qvod *Herkia*, Atlii pristina concubina (vel repudiata uxor \*\*\*) Gudrunam & Theodoricum ob clandestinos amores denunciaverit. Atlium hac causa contristatum (327.) alloquitur Gudruna (I.) cui is reponit denuntiationem Herkiae in causa esse (II). Gudruna jurejurando ad (vel per) candidum & sacrum lapidem \*\*\* se purgare vovet (III.) profitens se tamen una vice Theodoricum amplexam esse, cum moesti invicem colloquia gesserint (IV). Hujus Regis triginta viros, cum quibus Atlii aulam viserat (bello) jam extintos esse monet \*\*\*\*) & maritum tamen rogit qvod se circundet suis fidissimis militibus (ad ordaliorum solenem aetum rite perficiendum) (V.) accersito Saxone, australium Rege; qui ferventem cacabum consecrare sciret. — Annotat poëta qvod septies centum hominum in aulam ingredentur, anteqvam regina manum lebeti immitteret (VI). Declamat regina de injuria ei sie oblata, fratrū suorum absentiam lamentans, cum se jam ipsa a vitiis purgare cogeretur (VII). Demisit deinde manum ad cacabi fundum & lapillos sustulit — suam coram coetu innocentiam sancte probatam proclamans & omnes invitans ad fervo-

\* ) Verisimiliter ob metum (a somnio str. XXXIX. relato) ei imbutum, qvod Gudruna ipsum in lecto dormitorum perfodierit. Non tamen dilittor, qvod hæc (XLV.) strophæ ita ambigua sit, qvod interpretum versio, quibus id potius placet, omnino approbari queat.

\*\*) De hac sane historica persona, aliquando una ex Attilæ permultis uxoriibus vel concubinis vid. Ind. sub nomine *Herkia*, & de Theodorico sub. nom. *pišdrek* & Observ. nostram ad prologum carminis G. II. Addere his licet qvod in appendici libri *Heidenbuch* appellatur *Herche* vel *Herriche* (l. c. fol. 185). Cfr. Obs. 1 & 2 ad G. II. in initio.

\*\*\*) Vid. obs. interpretum 9 & 10. ad eundem locum.

\*\*\*\*) Aut hæc verba de causis moestitiae Th. strophæ IV., qvad sententia nexum, adjicienda sunt aut etiam sensus erit: Theodorici triginta viri (milites) omnes jam extinti sunt & me non adjuvare possunt, cinge me tamen tuis viris &c.

fervorem lebetis inspiciendum (VIII.) \*). Atlius, illætas uxorius manus spectans, Herkiam, quæ eam accusaverat, eidem per lebetem ordalio adjudicat (IX). Manus Herkiae

\* Ordalia hæcce a viro celeberr, Finno Johanneo (hist. eccl. Isl. I, 25) Eddæ nostræ objiciuntur, inter alia, quæ ex ejus sententia, christianorum morum vestigia produnt. Minime in hac re doctissimo meo propatri assentire queo. Proberunt alii, præcipue celeberr. Schröck (Christliche Kirchengeschichte Tom. 23. pag. 237 sq.) ordalia ethnica religionis superstitioni, in christianam traditum, omnino adscribenda esse. Exercebantur certe a veterissimis Europæ & Asizi populis. Commemorantur spud Grecos, per ignem & ignitas res, a Sophocle, Romanos a Plinio, Indos a Ctesia. Virtus Indorum epis. Ramajana, commemorat Sida dem purgationem per ordalium ignis, in modum poëta nostri. Liceat huc adferre strophæ ejus memorabilis translationem germanicam, quam amplissimo Frider. Schlegel (& libro ejus de philosophia indica) debemus. Metrum indicum in hac translatione redditum est, et stupendam cum veterissimo nostro (formyrdalag diicto, cuius una staka, distichon sive stropka, indicet shloka responderet) similitudinem referunt:

<i>Als durch des Feuers</i>	<i>Cum per ignis</i>
<i>Zengniß nun kand</i>	<i>Testimonium innotescere</i>
<i>Ward das Sida</i>	<i>Qvod Sida esset</i>
<i>Schuldlos war,</i>	<i>Insons facta,</i>
<i>War erfreut ob der</i>	<i>Lætabatur ob illam-</i>
<i>Großen That</i>	<i>Magnam actionem</i>
<i>Das Weltall, was da</i>	<i>Universum (et) ejus</i>
<i>Gehet und steht.</i>	<i>Entiq cuncta.</i>

Compar hæcce carminis nostri, de-Gudruna heroina & ejus marito:

<i>Sé nu feggar</i>	<i>"Videte nunc viri!</i>
<i>Sýkn em ek vorþin</i>	<i>Ego insons facta sum</i>
<i>Heilaglega</i>	<i>Sancte quidem</i>
<i>Hve sá hver velli —</i>	<i>Quamnumvis ferreat lebes..</i>
<i>Hló þá Atla</i>	<i>Tunc risit Atlio</i>
<i>Huge i briostí</i>	<i>Animus in pectore</i>
<i>Er hann hellað leit</i>	<i>Ubi illætas vidit</i>
<i>Hendur Gvdrúnar</i>	<i>Manus Gudrunæ.</i>

Annotare præterea licet quod idem ordalii genus (per lebetem serventem nempe, in Europa etiam vetustissimum) jam apud Indos gentiles usitatum. In templo Ganeshæ (in oppido Puduvareiaris) stat cacabus, in grem butyro servente repletum, homo accusatus pianum immittere cogitur. Si manus ejus hoc experimento non ustuletur, insons existimatur, & vice versa. (Majer mytholog. Wörterb. voce *Ganesh*). Butyri loco apud alios Indos fervens oleum adhibetur. Vide de multis aliis in eorum legibus mandatis ordalii (qui orbibus diversis

Herkiae tentamine usulabantur, quo facto in palude submersa fuit \*), in satisfactionem Gudrunæ (X).

#### XV. ODDRÚNAR-GRÁTR (OG.)

Brevis introductio prosaica hæcce refert. Borgnya, Heidreci Regis filia e Vilmundo foerum conceperat, sed parire nequivit, anteqvam Oddruna Atlii soror obstetricium ei auxilium adferret. De facto isto hoc carmen (nobis, sine dubio, incolume servatum) concinnatum est (336).

Poëta priscis traditionibus relatum audierat de adventu foeminae in regionem orientalem, cum nemo (cæterum) viventium Heidreci filiam adjuvare posset (I). Oddruna, Atlii soror, inaudiens graves (parturientis) dolores, ipsa raptim \*\*) eqvum e stabulo eduxit & sellam in eum imposuit (II). Ejus iter & adventus breviter describuntur (III). Seqvuntur duæ ejus, sed laconicæ, de novis in Hunnia rebus qvæstiones \*\*\*).

Borgnya respondens Oddrunam suos dolores levare perit (IV). Hæc de probri austore sciscitur, cui illa reponens Vilmundum dicit suum amasium clandestinum per qvinqve hyemes fuisse (V). Colloqvio desinente obstetrix consider & incantationibus adhibitis infantes duos, ex Hognii percussore prognatos, in lucem producit (VI. VII). Puerpera obstetrici gratias agens Friggam ac Frejam et plura pro-

diversis uti in nostro carmine memoratur, circumscribuntur) descriptionem authenticam: On the trial by Ordeal among the Hindus by Ali Ibrahim Khan, Chief Magistrate of Bunaar (Asiat. Researcher Tom. I.) Cfr. etiam commentationem: Zur Geschichte der Ordeleien in celebre. Graeteri scripto period. Brug Vol. 7. Qvod supersticio illa a Gothis, Francis vel aliis barbaris populis ad christianos transiret monstrat Schröckius l. c.

\*) De hoc infamiam & mollium hominum supplicio apud Germanos vid. Tac. Germ. Cap. 12.

\*\*) Famulis forte ad hoc negotium non utebatur propter festinationem jam adeo necessariam.

\*\*\*) Sententia earum, mea opinione, fuit & ironice qvidem: Qvæ novitates jam maxime celebrantur? & quid jam in Hunnia calidissimum? Innuit priore infamem regis puelle lapsu, posteriore autem ejus amorum aut etiam dolorum ingentem fervorem.

propitia numina in ejus auxilium invocat (VIII) \*). Oddruna contra ipsam quidem suo auxilio indignam declarat, se autem jam egisse e voto, cui olim se adstrinxerat, qvòd nobilibus puerperis usqveqvaque opem latura esset (IX). Borgnya se excusat, suam in illam fidam amicitiam demonstrans (X); Oddruna contra indicat se distinete meminisse illius probrosa verba prolatæ de se, Gunnari olim potionem vel convivium paranti (XI) & pergit dehinc calamitosum vitæ sua cursum remonstrare. Perhibet patrem suum morientem mandasse, qvod filia (Oddruna) Grimhildæ filio (Gunnari) danda esset (XII-XIV). Seqvitur brevis episode de Brynhilda noctu a Fafnericida visitata (XV) aere ejus fræta & bædibus commissis \*\*), sed fraudibus illusoriis postea ab ea detrahitis (XVI). Hinc Brynhildæ crudelis vindictæ (qvam tristissimæ Oddrunæ & aliorum calamitates seqvebantur) & ipsius suicidium in funere Sigurdi (XVII). Pergit Oddruna enarrare suos ingenuos amores in Gunnareim, qvi Brynhildam uxorem ad pristinam amazoniam vitam reverti petiit (XVIII); Giukiani Atlio offerunt satisfactionem ob Brynhildæ suicidium & dotem ingentem sive antiphernam pro Oddruna Gunnari in matrimonium aqvirenda \*\*\* ) (XIX) sed omnino frustra, qvapropter Gunnar & ejus amica clanculum conveniebant (XX) qvod

qvi-

\* ) Frigga originitus fuit Telluris Dea et magna Deorum matri vel Phrygia Dea in Græca mythologia respondet, Freja autem proprie Luna & sic cum Diana ac Junone Lucina sed Venere Libitinæ, Indorum autem Parvæ lucina comparanda est. Cfr. Gl: voce *Nornir* & Observationem nostram tam ad Carmen H. II. cui hic addere liceat qvod obstetricæ, qva Islandis *Ljörmædr* (matris lucinae) audiunt, a Danis revera *Jordemædre* (matres terrestres) appellantur, a Germanis autem *Wehemutter* (matres dolorosæ).

\*\*) Hoc momento carmen nostrum convenit relationi Vilk, Sagæ Cap. 148. ubi Sigurdus ferress fores arcis Brynhildæ violenter fregit, & custodes ejus percussit. Hic igitur sine dubio, de larvati Sigurdi proactione sermo est, contra interpretum sententiam Obs. 51. Cfr. carmen Nibelungicum de Sigurdi & Giukungorum cum Brynhilda certamine.

\*\*\*) Primum nempe sponsæ, universi fere orientis more, qvi olim etiam apud Græcos et Scandos receptus erat, Cfr. de eo doctissimam Sc. Thorlacii disquisitionem de matrimonii borealium pag. 38. &c. collatam cum alia cl. Engelstoftii om *Qvindekönnets Kaar i det gamle Norden*. Hinc sponsalia Islandis adhuc vocantur *Karp* : coemtria (sponsæ) &c. De Afganorum (in primorum Scandorum medium) duplice dote vide *Elphinstone Beschreibung von Cabul*, Weimar 1817. I, 285.

qvidam indagantes Atlio referebant, ipso non credente (XXI); sed Oddruna nihil tale inter amantes incredibile affirmat (XXII). Atlius exploratores emitit qui Gunnarem & Oddrunam cohabitantes reprehendunt (XXIII). Sycophantæ id Atlio nuntiant, non autem Gunnaris sorori Gudrunæ (XXIV-V). Commemorat mulier adventum Giukungorum in arem Atlii, ubi Hognii cor exsecutum fuit sed Gunnar in angvinum careerem dejectus (XXVI). Oddruna tunc ad Geirmundum qvendam profecta erat ad agendum convivium (vel mulsum aut cerevisiam coquendum). Tunc Gunnar (in carcere) citharam torsit, sperans amicam sic in auxilium sibi ad vocare (XXVII) quod ista etiam e *Hlesega* \*) audiit & cum ancillarum comitatu (XXVIII.) navi ad Atlii aulam tetendit (XXIX) — sed ea adveniente exiit Atlii ex eranda mater qvæ (verisimiliter in vipere forima) Gunnarem cordi tenus perfodierat, ut salvari nequiviret (XXX). Exclamat virgo sibimer mirabile esse quod post talem amici exitum vitam retinere posset (XXXI.) & lessus ejus concluditur (XXXII).

#### XVI. ATLA-QVIDA IN GRÖNLENZKA (AQ).

Brevi prologo indicatur vindicta Gudrunæ Giukiadis, ob fratum necem, cæleberrima evasisse, cum Atlii filiis interfectis ipsum trucidaverit, sed aulam & satellitum combussurit \*\*), — de qvibus facinoribus seqvens oda composita est.

Atli legatus Knefrödus venit ad urbem Giukanam & Gunnaris aulam, ubi compotatio celerabatur. Giukungiani iram Hunnorum \*\*\* ) sibi verebantur sed Knefrodus proclamans (I-II.) declarat Atlium invitare Gunnarem et ejus fratrem ad illius domum & convivium ibi instituendum\*\*\*\*) (III). Oblatis multo variis præstantibus

\*) De hoc ambiguo loco vide Ind. nom. pr.

\*\*) Hanc ultimam circumstantiam Carmen AM. ignorat.

\*\*\*) Atli ira in Giukungos sine dubio maxime causata est e retentione thesauri Tafneriani sive rhenani (uti etiam carmen Nisflungicum refert) quem Atlius quasi hereditatem uxoris suæ post priorem ejus maritum reclaimaverat (cfr. HB. in initio). Sic aurum Andvari raptum, ex ejus vaticino, innumeras fere calamitates & scelerá proceravit.

\*\*\*\*) Vid. Gl. v. Aringrœpr. Explicatio ea vociis hujus & rotius invitationis maxime confirmatar relatione Vilk. S. Cap. 350. & carm. Nib. str. 7641. (collatis 7446-56) ubi Nisflungis armorum usus in Atliæ aula, quasi amico convivio incongruus, interdicitur. Conveniunt etiam

stantibus donis (IV. V.) Gunnar Hognium consulit; Alter fratum (forte Hognius respondens) ipsos divitiis non indigere demonstrat \*) (VI. VII). Seqvitur disquisitio de significacione pilorum lupinorum, qibus Gudruna annelum fratribus missum obvolverat — qui etiam insidias indicare perhibentur (VIII). Nemo ad iter instituendum hortatur — sed Gunnar tamen discessurus suis valedicit (IX.) & Fiornero mandat viatica pocula ministrare (X) \*\*). Hic vel alii reponunt sive exclamant, qvod Niſlungorum haereditas & cuncte possessiones feris rapacissimis (Hunnis forte) præda forent, si Gunnar (ex itinere) non reverteretur (XI). Memoratur fratum discessus ex Hunnorum ædibus \*\*\* ) & Hognii filius iis valedicit (XII). Describitur eorum iter (XIII) & Atlii arx, convivium & armati satellites, Giukungos advenientes aggressuri (XIV). Gudruna fratrem Gunnarem, aulam introeuntem, monet jam ab Hunnis (Attilianis) proditum esse (XV), ad prælium contra Atlium (angvinum careerem Ginkungis destinantem) ac ipsius milites et amazones exhortans (XVI. XVII). Reponitur Niſlungorum copias nimis longe abfore in propriis domi-  
ciliis

etiam oblationes Atlii 'hic & in Vols. S. de galeis, ensibus & clypeis) fratribus (ex ejus domu discessuris) donandis. De invitatione ipsa cfr. *Vols. S. Cap. 41. Vilk. S. Cap. 334. Carm. Nib. str. 5901 &c.*

\*) Interpretum felix & ingeniosa conjectura, (in observatione ad hanc stropham) qvod Fasnerus aurifodinas exercerit & igitur originitus poëtice comparatus fuerit cum serpente (terra perfodiendo) mihi adeo placet — cum respiciatur ipsius in fabrili arte excellentia, ferrea domus, fovea in qua percussus fuit, aurum Rheni (fluminale) p. p. *Gnitahedi* (hic laudata) fuit forte regio aurifodinis clara.

\*\*) Cfr. Gl. v. quædia & Ind. n. pr. v. Fiorner.

\*\*\*) Haec appellatio maxime corroborat meam alibi demonstratam conjecturam qvod Giuktungi partim ex Hunnico genere orti fuissent, & Hunnicis vassallis annumerandi. Vid. Ind. n. pr. v. *Bergundar, Gunnar & Obs.* nostram ad str. XIX. i. Ostrogotchi Rugiis & Haestis (*Aesti* vel *Ethis* maris balthici accolis) imperabant antequam ab Attila vici fuerint & sic verisimilimum evadit qvod hic potentissimus bellator cum Gothis plurimas regiones Germanicæ borealis supremo suo dominio subjecerit, & qvod illi igitur interdum Hunnorum alias incongruam denominationem nasci sint "Gothi pierunigve nouen Hunnorum mutuantur," scribit Jornandes Cap. 9. cfr. Cap. 23.

D d d d d d 2

ciliis trans rhenanos montes (XVIII). Deinde Burgundorum amici \*) Gunnarem cepere & in careerem coniugere (XIX). Describuntur facinora Hognii pugnantis (XX). Qvareritur Gothorum dominus (Gunnar) an vitam auro (rhenano) redimere vellet (XXI). [Responsum ejus olim verisimiliter & poëmate excidit]. Seqvens stropha Atlio attribuenda videtur, qva qvidem mandatur exsecatio cordis Hognii (XXII). Cor Hiallio (servo) exsecatur ac patinæ impositum offertur Gunnari XXIII.) sed ab eo, propter nimium tremorem, priori possessori attribuitur (XXIV). Hognii vivi cor trahatur simili modo (XXV.) & a Gunnare agnoscitur (XXVI) qui qvidem Atlio declarat, qvod Hognio jam sublatio, ipsi (Gunnari) soli concessa esset abscondita Niflungorum gaza, cuius mixtum (vel commune) imperium fratres habuerunt dum ille in vivis fuit — non autem porro, qvapropter divus Rhenus thesauris illis dissidias moyentibus dehinc dominatus forer (XXVII-VIII) \*\*) cum melius esset qvod annuli (vel nummi) præstantes aquâ fluctuosa depurarerentur quam si in Hunnorum manibus fulgerent (XXIX). Atlius superbe se gerens capivum (ad suppli- cium) deducit, sed Gudruna moesta domi manet (XXX). Ea Atlio objicit jura- menta sæpe Gunnari præstata per solem, dei petram vel montem, thorum \*\*\* ) & ad

\*) De Burgundis vere Hunnicis vid, Ind. n. pr. voce *Burgundar* it. *Gunnar* ib. Possibile porre est qvod poëta Hunnos ironice appeller amicas Burgundorum, eorum nempe, quibus Gunnar prefuit, (cui in dicto indice pluribus locis monstravi), & cum quibus Atlius olim amici- tiam contrarerat, ea insuper nuper solenniter declarata. Lucubrationes meas de Burgundo- rum & Hunnorum nexus, indice illo iamjunto impresso, cerno confirmari relationibus fidelis testis, Sidonii nempe Apollinaris qui circa annum 436. describit Burgundios, Chunos, Fran- cos, Salios, Saromatas & Gelonus tanquam foederatos, qui Belgiam etiam sibi subje- rabant, sed tunc a Romanis vicebantur. Memor insuper Burgundiones, Attilam in Ger- mano-gallico bello ut auxiliares copias comitatos esse.

\*\*) Cfr. Gloss. v. *Týia*, *Áskvunr*; Ind. n. pr. v. *Rin.* Goths vel Getæ Danubio vicini, per eum, tanquam numen qvoddam, juramenta præstitere. Præter testimonium Eddæ Snorri- onæ de gazis Niflungicis in Rheno deuensis, vid. Carm. Nibeli v. 6985-8.

\*\*\*) Forte conjugalem Atli & Gudrunæ thorum, ubi uxori amicam fratribus tradationem false pro- miserat. Intelligitur forte etiam leitus solis & mare.

ad annulum (vel circulum) Ulleris \*) cum tamen heroa crudeliter trucidare vellet (XXXI). Describitur collocatio Gunnaris in angvino careere, ubi citharam pede pulsabat (XXXII-III). Atlio cum comitatu a cæde revenienti (XXXIV) occurrit Gudruna aureum poculum afferens, maritum decenter salutans \*\*) et obtulit ei defunctorum fratrum arma (qvaæ hereditatis jure jam in suam possessionem redacta priuabat) (XXXV). Describitur convivium Hunnicum in regia aula; —; Gudruna tandem Atlio nasum (vel faciem) pallenti \*\*\*) convicia loqui cepit (XXXVI-VII). Objicit marito filiorum ejus (Erpi & Eitilli) corda melle condita, ab ipso manducata, qvod tales dapes (inscius) ad primarias sedes transmiserit \*\*\*\*) & qvod deinde illis dilectis pueris destitutus foret (XXXVIII-IX). Multi pueros deplorant sed Gudruna non ad lachrymas movetur (XL). Distribuit thesauros inter aulicos (XLI). Atlium deinde ebrium (XLII) in lecto perfodit & ædes incendit (XLIII) qvaæ pernitus

\* Vid. Ind. nom. pr. voce *Ullr*, ubi circulum illum coelum denotare conject. Observatu hic dignum est *jusjurandum ducis Avarici*: Ense educto & in altum sublatu sibi & Abarorum genti dita est imprecatus ut *coelum ex alto super ipsis & ignis deus qui in celo est rueret*. Strit. Mem. pop. T. I. p. 672. Qvod Hunni & Avari arctissimo nexus antiquitus conjuncti fuerint, nofissimum est. Cfr. juramentum Agamemnonis, (Il. lib. 3.) per Jovem (calum) solem, fluvios, terram & inferos.

\*\*) Priscus describit, pluribus locis, processiones mulierum obvenientes Attilæ domum adeuntes, qvaæ qvidem ei obsonia et vinum adserabant. Primaria carum Regem rite salutabat — is autem calice degustato in regiam se recepit. Vid. Strit. Mem. Pop. T. I. pag. 507-8. cfr. 516. Aula Attilæ, Prisco fidissimo teste, pompa et ceremoniis minime constituta fuit, qvaæ quidem orientis & septentrionis prisci admodum adsimilabantur.

\*\*\*) Fuscus. vel pallidus color Attilæ etiam ab historicis attribuitur "simo naso, teter colores.. ingvit Jornandes Cap. 35. Niger vel fuscus fuit secundum testimonium Veli. S. Cap. 32. (MS.)

\*\*\*\*) Taliis mos erat principibus veteris septentrionis, de quo nota (sed sahuc inedita, a me autem in latinam & danicam lingvam translata) narrationes de poëta *Sneglu-Halli* presertim sunt consulendæ. Erat similiter Mongolorum Regi sive Chano Baatu, circa annum 1256, Rubruquii itinerario teste. Sedes primaria inferior in aula regum Scandianicorum, consilio eorum supremo & interdum etiam principi hereditario destinata, non defuit filio Attilæ ipsius natu maximo, cum tamen Bericus, ejus summus consiliarius, locum alium elevatum ad regis latus teneret (Relatio Prisci in Strit. Script. Byzant. I. 516). Simili modo Baatu illius mongolici filius heres sedes primariam inferiorem (Rubruquio laudato referente) in concessu occupavit.

nitus comburuntur cum omnibus Giukungorum percussoribus, Budlungorum itidem amazonibus & gazis (XLIV). Epiphonema in heroinæ laudes (XLV).

### XVII. ATLAMÁL IN GRÖNLENZKO.

(CARMEN INCOLUME, UT VIDETUR, ET OB SUMMAM ANTIQVITATEM AC ELEGANTIAM PRETIOSISSIMUM).

Commemorantur conjurations Attilæ et ejus amicorum contra Giukungos, cum Rex, malum consilium capiens, legatos misit ad adfines ut cito adessent (I, II). Regina clandestinos sermones intellexit, sed ipsa nuntios comitari nequivens, Runas (litteras) monitorias \*) (fratribus misit, sed nuntius Vingius eas postea depravavit. Legati aquatico itinere vehuntur ad habitacula Giukungorum (III, IV). Bene & late ibi excipiuntur; munera, quæ attulerant, suspensa in columna spectatui exhibentur (V). Kostbera Hognii & Glomvara Gunnaris uxor hospites salutant et eorum necessitatem procurant (VI). Legati Hognium (similiter) specialiter invitant, Gunnar se venturum condicit, si Hognius (se comitari) veller, quod hic autem denegat (VII). Convivio finito (VIII) & lecto conjugali strato Kostbera legere tentavit (Gudrunæ) runicas literas, propter depravationem (Vingii) vix explicabiles (IX). Noctis sequentis somnia uxor Hognio enarrat, & inquit simul se sororis ejus literas sic interpretatam esse, ut ea vice ipsum non invitaret — sequitur mirari si ea prave sculpsierit, cum mutatio literarum monstraret \*\*), quod originalis scripti

sen-

\*) Lignæ tabellæ verisimiliter incisis, secundum morem veterum Scandorum & Germanorum, de quibus notum illud Venantii Fortunati qui sec. 6to Germaniam borealem permeaverat:

Barbara fraxineis pingatur Runa tabellæ  
Quodque papyrus ait, virgula plana valet;  
Fagina vel redeat perscripta dolatili charta  
Quod relegi poterit fraxinus amantis erit.

(Rogat poëta amicum suum Flavium, quæ ei per longum temporis spatum non scriperat, si Romanam lingvam fastidiret, epistolam compонere vel hebraicis persicis aut græcis, vel etiam runicis literis — quæ petitione et amici & sui ipsius amplius eruditioνem laudare videatur). Saxo (hist. Dan. lib. III.) describit tales lignæ epistolas, olim apud septentrionales usitatæ, et similes carum depravationes.

\*\*) Sic intelligo verba tua var ansat sem undir veri : Ita erat in literis dictum : scriptum — quamvis ansa nobis simplicissime respondere audiat.

sententia fuerit: necem utriqve fratrum imminere, si propere adessent (X-XII). Hognius reponit: se hanc rem ulterius persequebitur (examinare) nolle; se quidem sperare quod Atlius ipsos auro beaverit, sed, quidquid rei sit, se nunquam ob terrorem auditum timere (XIII). Kostbera mala profecturis praesagit (XIV) & somnia varia recitat (XV; 1-4; XVI. XVIII.) in sua suspicionis probationem, cui Hognius incredulus reponit, somnia illa longe aliter interpretans (XV. 5-8, XVII, XIX).

Gunnari et ejus regina eodem matutino tempore evigilantibus — Glömvara simili modo sua somnia de ejus infelici itinere enarrat (XX. XXI.) \* XXII. XXIV. XXV). Gunnar ei contradicit (XXIII \*\*) tandem declarans iter jam esse decreatum, quamvis multa indicia eo tenderent, quod brevis iis (Giukungis) vita superforet (XXVI). Gunnar, Hognius & duo ejus filii (Snævar & Solar) ac Orkningus ipsius affinis domo abeunt (XXVII-VIII). Uxores eos ad fretum aliquid comitabantur, eos assiduo sed frustra, tardantes (XXIX). Glömvara Vingio suspicionem suam indicat, monens hospitis advenae fraudes (execrandum) scelus esse (XXX). Vingius contra fucara juramenta profert, nullas fraudes inesse adseverans (XXXI). Kostbera suis valedicit (XXXII). Hognius mulieres consolari tentat, earum vota candide prolata agnoscens, dicens tamen multos simili modo fari sed non quidem cogitare, & multis parum interesse quomodo ab domo deducantur (XXXIII). Discessus conjugum & herorum; violenta & incuriosa (per amnem) remigatio describitur (XXXIV) \*\*\*). Heroes ad aedes Budlianæ pervenient & fores pulsant (XXXV) cum Vingius impudenter fraudes suas manifestat (XXXVI). Hognius ei responderet (XXXVII) & Vingius a sociis merito interficitur (XXXVIII). Atlius & satel.

\* De obscurō sensu vocis *Yrsa* inspicitur simul Glossarium vocum. De somniis illis cfr. Vols. S. Cap. 42. Vilk. S. Cap. 336. Carm. Nib. V. 6051. sq. Cant. her. Dan. (Anden *Vise om Fru Grimild* str. 3. 4. Tredie *Vise* str. 2. 3).

\*\*) Plura ex ejus responsis excidisse videntur.

\*\*\*) Cfr. de hac remigatione Vilk. S. Cap. 339-40. Carm. Nibel. Fab. 25. & Cant. her. Dan. (*Förste Vise om Fru Grimild* str. 15-15. *Tredie Vise* str. 16-17). Hic & in ceteris his cantilenis *Hven*, *Hvenöe*, *Hvenilda Land*, *Hvenske Land* &c. depravata prout a Germ. *Brennen* & *Huineyplant*, nostro *Hunsland*, (id) *Hünska land*.

satellites se armant & cum advenis altercantur (XXXIX. XL). Acris pugna orditatur (XL). Servus qvidam aulicis id indicat (XLII). Gudruna, fratribus periculum inaudiens, torques & monilia abjicit (XLIII) & raptim exiens Niflungos intime salutat (XLIV) declarans se symbolica figurā \*) tentasse eos ab itinere retardare — & jam conatam pugnantes reconciliare, sed omnino frustrā (XLV). Nunc Gudruna pallam abjicit sed nudo gladio cepto dextre & acriter præliatur (XLVI). Ejus & Giukungorum bellica facinora decantantur (XLVII-L). Atlius iratus cladem suam & fratribus ac militum amissionem queritur (LI), sed uxorem & affines incusat, præcipue ob sororis (Brynhildæ) mortem (LII). Gudruna (ut sequens strophe innuere videtur) Atlio contra fæmineæ (unius vel plurium) foedam trucidationem objicit \*\*) addens ridiculum esse, cum is suas calamitates lamentet, sed Diis ob eas gratias deberi (LIII). Atlius contra satellites hortatur ad suam uxorem contristandam \*\*\*) (LIV). Mandat deinde suis, cor Hognii vivi excindere sed Gunnarem in patibulum suffigere, angvium morsui expositum (LV). Hognius captivus respondebat, cruciatum non exhorrescens (LVI). Beitus Atlii promus condus proponit sociis Hiallum, improbum servum, Hognii loco interficere (LVII). Servi terror & lamentatio describuntur (LVIII-IX). Hognius pro eo intercedit & se ipsum ad ea tormenta magis paratum declarat (LX). Crudelis Hognii ridentis trucidatio perficitur (LXI). Gunnar in carcere citharam pulsat digitis pedum, ut flerum viris & fæminis moveret, sed trabes disrumperentur (LXII). Fratres matutino tempore expirant (LXIII). Atlius superbens cadavera eorum transgreditur \*\*\*\*) & Gudrunæ tristem cædis nuntium affert (LXIV). Uxor irata ei intense minatur (LXV);

Atlius

\*) Annulo nempe, cui lupini pili innexi erant. Cfr. Gl. v. *Likna*.

\*\*) Cfr. Ind. nom. pr. v. *Grimhildr*.

\*\*\*) Translationem jūm relegens hanc lineam inintelligibilem reperio:

"velim sane spectatrices adsit,"

pro carminis hisce "Villa ek þat lte," qm sic explicanda censeo; "qvod spectare velim,"  
Vid. Gl.

\*\*\*\*) Vid. Gl. v. *Stiga*. Vetus fuit superstitione inter populos boreales & plures qvod hostes interfesti ita vel simili modo tractati percussori (vi demonica) nocere nequivierint, vel etiam qvod cornu postera ultio illa ceremonia impeditretur. De similibus ceremoniis circa animalia sacrificata cfr. *Meiners kritische Geschichte aller Religionen* II, 293.

Atlius conatur eam sedare (LXVI) sed Gudruna ejus oblationes recusat (LXVII) amorem suum erga fratres & in eorum morte irreparabile dampnum monstrans (LXVIII). Fæminas tamen, sine virorum adjumento, imbecilles confiteruntur, qvod etiam variis parabolis illustrat & Atlium igitur dicit deinde omnia gubernaturum, sine ulla sua resistantia (LXIX). Cœpit simulare hilaritatem & affabilitatem, marito nimis credulo & suspicionis experto (LXX). Convivium pro justis duplicitibus cœserum celebrandis instituiruſ a Gudruna & Atlio (LXXI) qvod nimirū profusione paratur ab heroina vindictam moliente (LXXII). Gudruna crudeliter duo suos & Atlii puerulos decollat (LXXXIII-IV). Atlio de iis quærenti (LXXV) uxor fraternæ cœdis ultionem jam à se perfectam indicat (LXXVI-VII) cum ipse suos præstantissimos gnatos amiserit, eorum craniis pro crateribus adhibitis \*), sed sanguine potionis mixto (LXXVIII), & cordibus assatis ac ab ipso mandueatis (LXXIX). Concludit regina horrendam relationem (LXXX). Atlius eam ob sclera increpat (LXXXI). Uxor se ipsius etiam cœdis cupidam profiteretur, addens insuper probra & convivium ejus exsequiale ab ipso institutum indicat (LXXXII). Atlius illi minatur

\* Cf. Obs. 233. ibid. Miror doctiss. G. Magneum non obseruasse narrationem Eddæ Snorrensanæ, quæ expressis verbis refert, qvod Gudruna crania illa auro & argento obduci fecerit, ut pro crateribus servire possent. Prisci Scandinavi alias falso accusantur ejus moris, qvod hostium crania pro poculis adhibuerint. Hujus sententia propugnatòrum unicum argumentum nitorit sat veteri & repetita sed omnino errore explicatione duorum versuum in Quida Ragnare Lodbrokar (cum poëta heroa de sua in Valhalla portatione logvi faciat)

Dreckom biär at bingði  
Or biúgvíðom hauſa)

hic nempe:

Mox bibemus cerevisiam ex amplis  
Et flexis cavitatibus craniorum.

Legit primus translator perperam *biúgvíðom* pro *bingvídum*, vocem alias inauditam inde fingens. *Bingvíd* longe aliud est; arbor nempe (sive frutex) incurvus; *Biúgvíðr hauſa* craniorum incurva arbor sive virga est cornu, quo veteres poculi loco usi sunt. Sie haec nostra traditio genio lingua & poesios borealium veterissimæ optime respondebit;

Mox bibemus cerevisiam ex incurvis  
Craniorum arboribus > cornibus,

Cfr. disquisitionem nostram de carminib. Ossianis Sect. X. (pag. 181).

tur lapidationem & cremationem (supplicium solitum beneficarum) (LXXXIII). Gudruna respondens magis speciosa morte in alteram \*) vitam transire sperat (LXXXIV). Infensarum altercationum continuatio indicatur (LXXXV).

Seqvit relatio de perfectione vindictæ ab heroina patrata. Niflungus superstes facinus simile cogitabat, & suam in Atlium iram Gudrunæ commemorat (LXXXVI). Ista cum ad Hognii ultiōnem excitat & Atlius ab ambobus lethali vulnera afficitur (LXXXVII). Hic somno excusus & vita spe destitutus de persecutore sciscinatur (LXXXVIII). Gudruna se & Hognii filium cædis ejus auctores profretur (LXXXIX \*\*). Atlius ejus facinus crimen esse demonstrat, commemorans suam in Gudrunam viduam procaitionem, ingentem eorum comitatum, laetitiam convivii nuptialis & pretiosam antiphernam (XC - III.) sed uxori objicit ingratitudinem & malignitatem (XCIV). Gudruna maritum mentiri perhibet, proferens

\*) Jornandes Gothus similis pharsi utitur ("virginem deus ab hac luce migrare præcepit," Cap. 30). Spes future vita apud omnes veteres boeales & orientales gentes firmissima fuit, quod autem hic demonstrare nimis prolixum evaserit. Adferre tamen licet exemplum unum minus notum. Continerat relatione Arabis (auriti quidam & oculati testis) antea laudata (e lexicō geographicō Abdallah Iacuti, Rasmussenī l. c. traduce) de morte amissae Russici cujusdam (vel potius, ut ex historia patet, Scando-Gothici Russorum) principis, cum ejus funere sponte cremanda (circa initium seculi 10mi). Mulier illa, morti vicina, ter ita exclamavit: "Ecce! Videbo patrem meum & matrem; — Ecce! videbo omnes meos defunctorum cognatos; — Videbo herum meum, sedentem in paradiſo, et est quidem paradisi iunctio vivens & apud illum sunt viri & juvenes. Is me vocat; Adducite me ei.. Qvod Scandi etiam Elysium sūnum viride sibi finxerint, constat e carmine celeberrimo Håkonarmál (Hkr. I, S. Hák, gđa Cap. 33, ubi Haqvini defuncti adventus ad videntia ditorum habitacula describitur. Cfr. GH, XVII-XVIII.

\*\*) Hoc nostri relatio de Atlii morte non convenit plane Jornandis & aliorum, sed niflunginus historiographorum qvorundam, in primis Byzantinorum, congrua est. Sic Marcellinus Comes Attalam noctu mulieris manu cultroque confossum scribit; secundum alias nimis vino & somno gravatus & copioso sanguinis profusio obundatus, inventus est mortus in letto, accubans mulieri qua de ejus nece suspicita habita est. Joh. Malala refert armigerum quendam Attilas trucidasse. Noster ambabus hisce narrationibus, in unam redactis, assentire videtur. Quicquid rei sit, verisimili evadit qvod Attila violenta morte vel clandestina trucidatione perierit. Ceterum Hognii filius, ejus mortem ulciscens, appellatur in Vols. S. (Cap. 46, MS.) Niflungus (nominis gentilicio tantum); in Vilk, S. (Cap. 377, 381), Aldrian; in Cant. her. Dan. (l. c, str. 41.) Rank.

ferens eum juvenem fratribus oppugnasse, cum dimidia ejus familia in orcum descendere<sup>et</sup>) & res oranes revera ei infeliciter succederent (XCV). Describit Gudruna breviter suam in juventute amazoniam vitam & militares cum fratribus ac Sigurdo expeditiones, felices quidem & victoriosas (XCVI-VII.) — sed sortem suam in Atlii domu longe aliam (XCVIII). Objicit porro ei ingloriam gubernationem & nimiam timidatem (\*\*). (XCIX). Atlius eam mendacii incusat, confitens tamen ambobus eorum sua via non deesse; — comiter deinde uxorem rogat ut suas exequias splendide procuraverit (C). Sic ea se facturam innuit, promittens procurare funebre navigium, arcam lapideam \*\*\*), stragula probe cerata et alia funeri rite adhibenda

<sup>(\*)</sup> Hisce verbis Gudeuna Atpile Bledz fratribus scelerata cedem objicere videtur. Cfr. Jornandie Cap. 35. (Augmentum virium paricidio querit, tendens ad discriminem omnium nece suo-rum, &c.)

<sup>(\*\*)</sup> Hæc quidem in Attilam primo aspectu minus quadrare videntur, sed irata Gudruna hic respicere potuit infeliciem ejus in Galliam expeditionem ac fugiam ex ea ignominiosam & plures similes quæ senescunt militarem gloriam immiscerunt.

<sup>(\*\*\*)</sup> Loculum ipsum (quem Jornandes Cap. 49 refert triplicem fuisse, ex auro, argento & ferro compositum) opinor indicari voce Knavr, sed cryptam lapideam altera illa Kifsa. Vid. Gl. & Cl. B. Thorlacii disquisit, de tumulis & monumentis lapideis gentilium avi in Dania (Popul. Aust. über d. Gr. Röm. u. nord. Alterthum. Kopenh. 1812. p. 255. cæt.) Si vocabulum illud steindr vulgari modo explices: pittus (de quo Gl.) de capulo etiam sive sepulchro lapideo capi potest, cum respiciamus monumentum tale, aros sive cista formam referens, quod hodiecum, ni fallor, Merseburgi Saxonum spectatur, ibi seculo 12mo currente dærectum. Monumenti hujus quatuor interiora latera ornata erant sculpturis incisis, varia figura representantibus, quarum plurimæ rubro sed paucæ etiam nigro colore superliniæ vel pictæ sunt. Erat cista illa crux e tumulo veteri sepulchrali, in ea regione vocato Hunnenhügel (Hunnicus tumulus). Habuit olim operculum e solidâ petra factum. Est longa 10 pedes, lata 5 sed alta 4 pedes. In medio ejus inventa est urna lapides et arma aliquot, & maxima parte ejusdem materiei. Vocatur hodiecum das Hunnengräbmahl (Hunnicum sepulchrum vel monumentum). Desumpta sunt hæc ex epistola viri Germani doctissimi ad alterum nostratem (cum delineatione monumenti facta Aa. 1792) quæ Havnia servatur. Ponamus cum interprete, quod poëta nosfer talem capulum illis suis: steind kifsa (arca colorata) significare veller & vox antecedens; Knavr vel Knör (navigium) denotare potest aut navigium illud in quo gentiles boreales (secundum Gl. ad eam vocem & observ. nostram ad B. I. LXV.) funera vel crema sunt

hibenda (C1). Commemorat poëta breviter ipsam Atlii mortem, propinqvorum acrem luctum & promissa Gudrunæ (de honesta ejus sepultura) præstita \*). Vidua suicidium decrevit, sed non perfecit (CII). Epiphonema in heroinæ laudes (CIII).

### XVIII. GUÐRÚNAR-HVAVT (GH).

Præcedit brevis de Gudruna narratio prosaica, hæcce referens. Regina, post Atlii cædem, aqvâ se suffocare tentans, a flutibus transfertur ad terras Jonaceri Regis. Hic ipsam uxorem dicit. Eorum filii erant Sorlius, Erpus et Hamder, sed filia Gudrunæ Svanhilda, qvæ Jormunreco Regi, cognomine *potentis*, nubebatur \*\*).

Hujus-

---

runt vel sepelierunt, aut etiam *urnam sepulchralem*, cistæ inclusam; ultimo casu *stragula illa terata* funus circundabant, ad flammas ardantis pyræ co citius alliciendas. Docet alias Herodotus qvod regum Scythicorum funera cerâ (vel cereis stragulis) circundarentur.

\*) Luctus Hunnorum post Attilæ mortem & splendidæ ejus exequiæ describuntur a Jornande Cap. 35. Cum autem hic auctor meworet qvod sepultura ipsa clanculum persæta sit, *eadis clandestinæ suspicionem* involvere videtur.

\*\*) Hic ingens historicorum inconvenientia in Jornande (l. c. Cap. 23, 24) & Saxone Grammatico (Hist. Dan. Lib. 8.) observanda est, de qvâ tamen consulendi sunt cl. Suhmius (in ejus Historie of Danmark T. I. pag. 183 & 316. ac libro om de fra Norden udvandrede Folk T. I. p. 122 & sq.) et S. Thorlacius (de matrin. bor. pag. 113 & sq.) Jormunreco noster vocatur a Jornande *Ermericus* vel *Ermanaricus* (Gothorum Rex) *Svanhilda* autem *Senhiel* vel *Souilda*, frater ejus *Savrlí Saro*, sed *Hamdir Ammuis*. Saxo multa refert de *Jamericu* Danie rege & ejus consiliario *Bikio* (Livonia orto) cuius consilio regina ejus *Syavilda* (nostri *Svanhilda*) & filius *Broder* (nostri *Randver*) in eundem modum, qvain in hisce carminibus narratur, trucidati sunt. Cfr. Vols. S. Cap. 48. Varix circumstantie probant nihil minus, qvod oda nostræ nec ex Jornande nec è Saxone desuntur sint. Hic scenam in Dania ponit cui Edda minime consentit, sed eam in Gothia extra Scandinaviam qværendam indicet. Vid. G. H. g. Ind. n. pr. v. *Godbiād* &c. Puto igitur qvod veteres Gothorum cantilenæ nostrarum prototypi, Ablavia vel alij Jornandis antecessoribus, aut etiam ei ipsi, ad manus fuerint, & qvod eddicarum relationum similitudo cum historicis illis ex hisce fontibus emanaverit. Notum est qvod plures Gothicorum populorum principes usi sint nomine *Ermeric*, *Hermeric* vel *Hermanaric*, & verisimile igitur, qvod traditiones & cantiones vulgares eos confuderint; — ex eadem causa Saxo *Jamericu* suuu Daniæ regem fixit, sed reginam ejus (*Syavildam* vel *Svanhildam*) e regionibus Hellesponto vicinis ortam! Memorat preterea Saxo *Guthrunam*, quasi sagam aliquam, qvæ *Syavilda* fratribus, sororis trucidationem ulturis, magica consilia dedit. Cfr. Obs. nostram ad HM. XXIV.

Hujus consiliarius Bickius \*) amores inter istam & regis filium, Randverum, commovit, sed eos postea perfide Regi detexit, qvi filium suum suspendi fecit sed Svanhildam eqvis conculari. Gudruna hæc inaudiens suos gnatos (sequenti carmine) compellavit (520-21).

Prolusio ipsius poetæ (Str. I). Gudruna filiis Jormunreci in eorum sororem orudele scelus proponit et eos fratrum suorum (Gunnaris & Hognii) exemplo ad vindictam compellat (II. III). Hamder reponit, qvod Hognii virtutem ea non laudaverit, cum illi Sigurdum in conjugali lecto trucidarunt (IV) & loquitur porro de fratrum horum cædis nimis præcipite & crudele ultione a Gudruna patrata, cum ipsa proprios filios necaverit, nam, inquit, (si ii vixissent) omnes animo (& actione) conjuncti sororis mortem jam ulcisci possemus (V). Rogat tandem matrem, Hunnicorum regum (pristica) cimelia (arma pretiosa) proferre, ad pugnam ex ejus excitatione gerendam (VI). Gudruna ridens arma petita promit filiis, qvi (deinde) in eqvos ascendunt (VII). Hamder (qvi postea in Gothica regione cecidit)\*\*) dicit: qvod non aliter reversuri forent ejus filii jara discedentes, quam ad ipsorum & Svanhilda sororis simul convivium parentale a Gudruna instituendum \*\*\*) (VIII).

Gudruna (post discessum filiorum) multifarias suas calamitates lacrymabunda \*\*\*\*) recitat copit (IX). Commemorat se nuptram fuisse tribus maritis, præstantissimo qvidem Sigurdo, quem fratres sui occiderint (X). Ejus percussores ipsam deinde Atlio dabant \*\*\*\*), sed ea dolorum satisfactionem obtinere nequiri, priusquam Niflungos (proprios infantes) decollaverat (XI). Gudruna, parcis irata, & earum severam persecutionem (suicidio) sistere volens, ivit ad litus, sed fluitus eam

\*) Saxo Grammaticus 1. c. cum narrat fuisse filium Regis Livoniae Crevera Gothonum imperatoris Hermanarij sceptro subiectæ & Jamerici intimum consiliarium, p. p. qvæ apud auctorem ipsum facile invenies.

\*\*) Vide de hoc justo canitene ordine Gloss. voce *Geirnöörd* in nota.

\*\*\*) Supersticio ea inter veteres invulit qvod defunditorum manus convivio exequiali in eorum honorem celebrato, interdum adessent. Vid. ex. gr. *Eyrhyggja Soga* de primordiis prestigiorum Froðensium.

\*\*\*\*) Vid. Gloss. voce *Tärk* 1. *Tärvglyra* (genus lacrymosa s: lacrymabunda).

\*\*\*\*) Hic certe excidit memoria fratrum cædis ab Atlio patratæ.

eam non submergebant, at sublimem vehebant ad alteram terram, ut (e fati decre-  
tis) amplius viveret (XII). Tum, meliora sperans, tertia vice Regi parenti Jona-  
cero nupsit & ei postea liberos hæreditarios peperit (XIII). Svanhilda splendida et  
jucunda juventus describitur (XIV). Commemoratur ejus matrimonium cum Go-  
thicæ Rege, & crudelis (ab isto) trucidatio (XV). Lamentat regina porro Sigurdi  
cædem & fratrum cruenta supplicia (XVI). [Seqvitur mox, ut puto, heroinæ apo-  
strophe ad Sigurdum (XVII. lin. 3.) cum *Sigurð* hic aut vocativum casum inusitate  
exprimit, aut etiam unica litera, r. finali nempz, olim recitatorum vel librariorum  
culpa destitutum fuit \*]) Obitum filiorum, nuper delegatorum, metuens, heroinæ  
mariti dilectissimi umbram sic invocat:

Multum memini calamitatum,	Memento Sigurde!
Multum memini luctuum;	Qvod nos condiximus,
Intende <i>Sigurde</i> **)! cursum	Ubi nos in cubili
Atri illius manni ***)	Ambo sedebamus,
Eqvum eum cursu velocem	Fore uiri tu me
Fac ut hue adcurrat.	Animosus viseres
Non adsider heic	Defunctus ab inferis
Nurus neque filia,	At ego te ex mundo.
Qvæ Gudrunæ	
Donet pretiosa.	

Sic cohærentia sermonis (XVII. XVIII) luculente perspicitur, sed alias plane  
desidareretur]. Pergit regina (præ nimio affectu, ut videtur, delirans) & suos mini-  
stros

\* ) Vox *beitto* igitur non est 3 pers. pl. perf. sed 2 pers. sing. present. imperat. verbi (at) *beitta* cursum intendere (juwenti vel navigi) cert. *Hinnig* similiter jam, ut alias sapissime fieri solet, vertendum est *hue* non *illuc*. Emender igitur mecum benevolus lector vocum harum explicationes (quoad hunc locum) in Gl. sub v. *Beita* & *Hinnig*.

\*\*) Regina tot infortunis fessa umbra mariti invocat, ex ipsis promiso, qvod defunctus eam revisere vellet — & se ipsam indicat parata ad mortem, ut eum in altero mundo, e proprio voto ei præstito, amplecti posset.

\*\*\*) Heroum manes, equis vesti, terram interdum visitare putabantur. Cfr. H. II. pag. 109. it.  
str. XXXVIII-IX. (Obs. 57.) it. XLVII. p. 114. De Helæ et aliis mythicis mortis equis  
vid. Gl. v. *Hæl* in nota, sed de equis olim cum fageribus crematis Obs. nostram ad S.  
III. 65.

stros provocat ad ilignem & altissimum qvidem \*) rogum ipsi & Regi (Sigurðo, ex ejus invocatione jam reversuro) struendum, ut peñtori malorum pleno comburi lieuerit, ignis circa cor flagraret & dolores calore liqvescerent (XIX). Conclusio poetæ nobilibus cunctis (viris & fæminis) qvibus tragicum hocce carmen recitatum fuerit, sortis (vel indolis) ameliorationem & dolorum imminutionem exceptans (XX).

## XIX. HAMDISMÁL (HM).

Prolusio auctoris (I). [Cum mea explicatio interpretum hic non conveniat illam jam incolumem insero:

*Surrexerunt in colloquio (ɔ: inter Gudrunam & filios)*  
*Deploranda negotia,*  
*Tempore caliginoso*  
*Doemonum (lucifugarum) motoris (ɔ: diluculo);*  
*Mane matutino tempore*  
*Accensum curd*  
*Quoscunque ærumnarum*  
*Humanarum dolores \*\*)].*

Demonstrat poëta pluribus summam antiquitatem ejus temporis cum Gudruna Giukiana filios acuit ad uilescendam Svanhildæ mortem (II). Coepit oratio heroinæ ad filios de sororis illius eorum crudeli cæde (per conculationem eorum) in publica viâ (III \*\*\*). Deplorat Gudruni familiæ sua decrementum, cum filiis iis (duobus) excepris, solitaria superstet (IV). Hamder responderet, matri obijiciens crudelē Si uardi in conjugali lectō trucidationem ab illius fratribus Gunnare & Hognio institutam (VI-VII) ac cædem (filiorum) Erpi & Eitilli ab ea parraram, — & monet qvemcunq; gladio sic uti in aliorum interitum, ut ne sibi ipsi oppugnaret (VIII).

Sorlius

\*) Principium regi olim apud nostrates & Romanos &c, uti jam apud Indos, altissimi fuerunt.  
— Cfr. ea huc pertinentia qvæ ex Snorronis *Ynglingasaga* cap. 10. allegavimus ad S. III. 47.

\*\*) Rationes hujus interpretationis ulterius explicavi in Gl. sub v. Tá, *Glyfþagr*, *Grati*.

\*\*\*) *Getnar* in hac stropha Gothos in specie significare videtur collatis GH. VIII, & XV, (de gæthicō Jornunreçı regno),

Sorlius illo sapientior, se cum matre contendere nolle confitetur & eam interrogat, qvid experere velit, cum id propter lacrymas proferre nequiviter (X) \*). Alloquium unius frattrum (verisimiliter Hamderis) ad Gudrunam, qvo is pr̄esagit suam et reliquorum eorum mortem, in expeditione bellica, ad quam ipsos adhortata erat & matrem igitur eos lugere jubet (X). Fratres irati discedunt & eqvis vesti per montana tendunt ad vindictam perficiendam (XI). Erpus (Gudrunæ privignus, ut videatur) alacer & lasciviens Hamdero timiditatem vel molitatem ol̄icit, ob qvod probrum \*\*) reliqui fratres, servilem hunc filium valde asperum dicentes, ei irascuntur (XII) & querunt: qvid ille curtus & fuscus homunculus \*\*\*) iis prodesse posset? (XIII). Frater, diversâ matre genitus, reponit se cognatis ita opem laurum esse ut pes alteri pedi — qvod responsum illis non suffecisse viderur (XIV). Hamder & Sorlius Erpum ferro interficiunt & sic suam copiam militarem diminuunt (XV) \*\*\*\*). Iter deinde perseqvuntur & deveniunt tandem in supplicii locum, ubi (Randver) eorum e sorore nepos in patibulo peperdit; inde ad vicinam Jormunreci sedem festinanter tendunt (XVI). In aula convivium celebrabatur \*\*\*\*\*). Excubitor cornu

\*) Hic certe d̄est responsum Gudrunæ et forte multa plura.

\*\*) Tale convitium veteres omnium probrosisimum & morte dignum duxere, qvæ opinio etiam apud milites nostros non adhuc obsolevit. Vid., B. I, str. 25.

\*\*\*) Vid. Gl. voce *iarpkamr*. Observavimus Hamderum & Sorlium in precedente stropha Erpum appellasse filium servilem; hic ei igitur tales statuam & crinum vel cutis colorem attribueri videntur. Notum est qvod omnes fere Gothi & Franci flavos vel rufos crines gestassent, & qvod inter hos (uti apud Persas veterissimos) longum capillitum liberis hominibus tantum concessum fuerit, sed servis absconderetur. Sic illud *iarpkamr* (fuscobrevis) ad Erpi fuscos & breves capillos, qvæ ipsi, ut servilis originis signum a fratribus obiciuntur, verisimiliter referendum est.

\*\*\*\*) Saxo (Lib. 8.) Fratres hos non nominat, sed eos Grecos vocat, at dicit eos, in expeditione contra Jamericum, ad sororis Syvavildæ crudelē cedem ultiendam, invicem pugnasse, & sic propriâ discordia copias suas diuinuisse.

\*\*\*\*\*) Edda junior sive *Skálða* l. c. narrat fratres, e Gudrunæ prudenti consilio, Jormunrecum dormientem noctu aggressos esse, qvod etiam verisimillimum viderur. Saxo ē contrario prohibet qvōd fratres cum ingenti exercitu arcem ejus oppugnaverint, & qvod saga aliqua, Guthruna (vel Gudruna) nomine, milites regis occ̄cavgrit, ejus inimicos alii etiam consilijs adjuvans.

cornu (tubam) \*) inclamat, militum evitantium adventum cernens (XVII). Id refertur Jormunreco, qui vindictam sibi jam imminentem meruere simular (XVIII) sed ridens & vinum hauiire pergens, arma sumere neglit (XIX). Edicit insuper se beatum fore si Hamderus & Sorlius aulam intraverint, cum hos Giukii prognatos patibulo suffigere vellet (XX). Hrodurglada mulier quædam, Regis mater (ut videtur) e contrario talem hostium trahationem difficultem perhibet, propter eorum periclitationem, cum revera valerent adversus millenos Gothos (vel viros) qui ipsos nec vincere nec percuti possent (XXI \*\*). Pugna orditur in aula (XXII). Hamder Jormunrecum compellat ac ipsius pedes & manus (abscissos) igni injectos gloriatitur (\*\*\*) (XXIII). Jam aliquis (ut videtur) dæmon vel magus subito apparens mili-

\*) Secundum Xenophontis Anabasis Thraces usi sunt cornibus pro tubis (VII. 3.) & similiter pro poculis (VII. 2.) — in modum præcorum borealium.

\*\*) Hic interpretibus Iubens concedo quod verisimile sit aliquæ e contextu excidisse — puto tam stropham hanc sic in ordinem redigendam: *Hröðrglðr, (er) stóð of Heðom, gvað þá bitt: Meðnigr! mælti (hon) við þenna maug: (Þeir) tveir menn meiga einir (vid) tio hundruðum gotna þvian (þeir) hefta þat (at) egi myni ályðha (at) binda (þa) eþa beris i inni hā (ve) borg. i. e.*

Aliud edixit Hrodurglada  
Quæ ad focum (vel in edito loco) stetit;  
Vir illustris! inquit illa  
Ad hunc filium (Regem):  
Duo (ii) viri valebunt  
Contra millenos Gothos,  
Quia id periclitantur  
Quod illis non contigerit,  
[Eos] vincere aut percuti  
Intra sublimem arcem.

De voce *Heðom* vid Gl. Suspicio verulam illam magicas artes (*seid*) ad focum exercuisse & ex iis talia præsgia didicisse. Cfr. Str. XXIV.

\*\*\*) In eundem modum Snorro sive auctor Scaldæ & poëta veterissimi, Bragii senioris, apud eum fragmentum ac Saxe l. e. Jamericum manibus & pedibus ab istis adversariis truncatum describunt.

militibus (Gothis) id consilium dat ut in hostes lapides conjicerent cum nec ferra nec arma iis nocere valerent (XXIV) \*).

Hamderus videatur objicere fratri Sorlio importunam garrulitatem & infusa consilia (XXV). Sorlius reponit, Hamdero insipientiam objiciens (XXVI) dicebisque (Jormunreci) jani caput abscissum fuisse si Erpum fratrem ii non occidissent \*\*) quod parcer tamen vel furiis proprie adscribitur (XXVII). Alloquitur tamen hostes \*\*\* perhibens his non in illis lupina exempla proponi, ut ipsi (fratres amplius) insectarentur, illis Nornarum (sive Dirarum) canibus similes (XXVIII). Fratres excelsa cæsorum hominum strage superstantes, mox morituri, se consolantur præclaræ famæ acquisitione, vitâ aliquando necessario finienda & immutabili Parcarum deere (XXIX). Sorlius tandem eccecidit apud frontispicium ædis sed Hamderus ad posticam domus partem (XXX) \*\*\*\*).

Brevis

\* Hujus rei causa in carmine nullibi memoratur, unde ampliorem ejus defectum suspicamur, & simul quidem abruptum initium colloqvi fratum mox sequentis. Alias ex eo concludi posset, quod Sorlius illud consilium, nimis imprudentia & lascivâ laborans, hostibus daret in proprium excidium. Referit Vols. S. Cap. 48, quod Guðrún gnatorum armaturam ita paraverit, quod ferro non penetratur, sed quod simul illis lapidum jactum probhibuerit, quæ relatio hunc nostri locum optime illustrare videtur. Consentit Edda Snorroniana et similiter Saxonis qui l. c. narrat heroes nostris magicis carminibus ita occellatos, ut ferris invincibilis essent. Natrat præterea Saxon Othinum Jamerici militibus illud lapidandi consilium dedisse, quod sane miror b. G. Magnanus in ampla satis hujus loci tractatione non observasse. [Monstrant nobis historicæ illius relations, quo l carminibus quibusdam circa hos eventus usus sit quæ nobis desunt, sed quod alia, quæ jam nunc habemus, ipsi defuerint]. Hinc poetica lapidum denominatio apud Thiodolfum priscum (Fngl. S. Cap. 39) *Jonakors kvarða harmr*: Jonaceri filiorum pernicies. Sic etiam lorice (ob Hamderis & Sorlii chlamydem præstantiam) dicuntur poëticæ *Hundis klædi* (vestimenta Hamderi), e. gr. Hkr. S.-Ol. Tr. (Cap. 21), & (ib. Cap. 43). *Sörla ferkir* (toge sive indusia Sorlii) &c.

\*\*) Edda Snorroniana (sive regius *Skálds*) referit l. c. quod Guðrún mandasset filiis dicedentibus, Sorlio & Hamdero Jormunreci manus & pedes absindere. Ergo autem ipsius caput. Huc dicta ista alludere videntur.

\*\*\*) Si textum ipsum sequamus, legentes *Yehr* (non *ochr*, è mutatione interpretum).

\*\*\*\*) Perhibet Jornandes Ermanaricum & Saro & Ammio, Sanhielis vel Sonilde cedem uincientibus, lethiferum vulnus naclum, Hunnorum simul innúmero hostiliq. exercitu imminentे, sc. ipsum

Brevis collectoris nota indicat istud carmen *vetus Haenderianum melos adpelatum esse* (pag. 518).

[Hic finitur amplius ille carminum epicorum cyclus, qvi Volsungorum vel Ylfinorum, Budlungorum & Giukungorum vel Niflungorum fatis & facinoribus obvolutur, sed Danorum, Norvegorum, Sveonum, Finnorum, Svevorum, Francorum, Burgundorum, Gorhorum & Hunnorum historiae inneatur. Contenta eorum, qvantopere in hac Edda continentur \*), ordine historico recitavi, Seqvuntur duæ odae ad illum cyclum non pertinentes. In priori, *Völundar-qvida* nempe, mentio facit *nuri rhenani* qvod *Granus* olim portavit, unde concludi potest, qvod Nidudus rex post Volsungorum & Giukungorum tempora vixisset, sed aurum illud sibi hæreditatis aliquo jure deberi putasset. Hoc carmen propterea, in ipso libro ordine primum, hic inter ultima numeramus].

## XX. VÖLUNDAR-QVIDA (VQ.)

Prologus collectoris. Memoratur Nidudus, Svecicus Rex & tres ejus liberi. Fuerunt eodem tempore tres fratres, Finnorunt (sive Alforum humanorum) filii Völundus, Slagfidas et Egillus. Ii venatum exercentes asseribus cursoris sive xyloso-

ipsum interfecisse. De hoc Ermanarico (sec. qti) sic narrari viderunt, qvod è nostratim relatione alii Gothicó regi, similis nominis, Jormunreco nempe (sec. 5ti) accidit.

\* Fluta qvædam, sed fragmina tantum, continentur in Edda Snorroniana, qwz etiam heroum nostrorum præcipua fatâ prosaico sermone breviter describit. Episode de Sorlî & Handris obitu (è carmine Bragi senioris in celeberrimum Dæniæ Regem, Ragnarem *Lodbrok*, ipsi sexvum) quam *Skáld* nobis servavit, concluditur sic:

þat seger fall á fôgrum	Eum virorum casum cerno (vel edico)
Flotna raudar botui,	Cum narrationam multitudinem
(Res gafom) reidar mæna	In splendide clypei fundo —
Ragnar) os fôld fagna	Rex Ragnar mihi dedit (eam) rhede lûnam (p: scutum).
Hinc appetat qvod fabula de Jormunreco amputatione & ejus occisorum interitu (lapidum iquo effecto) in scuto, poëta a Ragnate Rege dato, sculpta vel picta fuerit.	

Ffffff 2

xylosoleis instructi, venere in *lupinos valler* ad lacum similis denominationis & domum sibi ibidem exstruxere. Offendunt mane diei tres mulieres Valkyrias linum nentes, cygneis induviis prope abjectis. Nominabantur Hladguda *Svanhvita* & *Hervara Alvitor* (Lödveris Regis filiae) ut et *Ölruna* \*) (Kiaris, Regis Gallici vel celtici). Fratres eas secum abduxerent, & unus eorum cuique nupsit. Post septem hyemes mulieres avolarent prælia frequentatum. Abiere igitur, asseribus cursoris labentes, Egillus suum Olrunam quæsitus sed Slagfidius Hladgudam, — Volundus autem domi morabatur, & fuit quidem summus artifex quem præse relations norunt. Nidudus Rex eum comprehendendi fecit, quod hic decantatum est. Hic incipit Oda (pag. 3-5).

Desribitur volatus nympharum australium e meridiæ per opacam sylvam \*\*), reqvies in lacus ripa & lini præiosi netus (I). Quæque trium earum, qvorum una, *Svanhvita* nempe, cygneas alas gestavit, juvenem aliquem (deinde) amplexa est (II). Per septem hyænas postea quietæ apud amicos manebant, at octavâ integrâ desiderio (bellorum) tenebantur, & nonâ tandem necessitas (fatum) eos separavit — cum juvenis illa Alvitra cum reliquis nymphis, abiit in opacam sylvam, ut fata (vel bella) efficere possent (III) \*\*\*). Memoratur adventus fratribus ad domum, cum uxores eam deseruerant & Slagfidi ac Egilli discessus ad suas petendas (IV). Volundus contra domi commoratur, suam conjugem exspectans & aurifabria artificia exercens (V). Hoc Nidudus, Nerorum princeps, inaudit & (auri fame adductus)

cum

\*) De hac Alioruna celtica inspiciatur index nom. præpr. voce *Avlrún*. De cygneis ejus & sociorum induviis, cfr. ibid. s. v. *Kára* & Conspectum hunc ad H. II. Supersticio Celtarum vetus de Gallicenis nostrariis de Valkyriis ad ungues fere convenit. Sic de iis Pomponius Mela (III. 6). "Oraculi numinis Gallici antistites perpetuæ virginitate sanctæ, numero novem esse traduntur. Gallicenes vocant putantque ingenis singularibus prædictis, maria ac ventos concitare, seque in quæ velint animalia vertere, sanare quæ apud alios insanabilia sunt, scire ventura & prædicare sed non nisi deditas navigantibus & in id tantum, ut se consulerint, profectis..."

\*\*) Myrkvidr forte est nom. pr. e Germanico Schwarzwald traductum. Vid. ind. nom. pr.

\*\*\*) Vide Gloss. *Avlrög*, *Örlög*, *Drygja*; Antiquis Germanis *Urleug* etiam bellum sonavit. Cfr. VQ- Obs. 2. Valkyria in Gl. & præcipue in Gl. T. III. mythologico.

cum armatis militibus nocturna itinera instituit (VI). Descendunt eqvis ad Volundi domum et eam introeunt, videntes ibi annulos \*) septingentos in philyram induc-tos (VII). Unum horum eximebant (se postea celantes, dum) Völundus domum venit e venatione (VIII). Is abiecto ignem accendit, ursæ carnem assatum (IX). Pelli ursinae insidens & annulos numerans, unum desiderabat, putans eum sumssisse Alvitram suam (Hervaram) qvæ jam rediisset (X). Sc tandem securus somno dedit, sed evigilans deinde manibus & pedibus se strikfe vinclum sentit (XI). Qvarienti de hujus facinoris auctore, Nidudus acclamat iterum interrogans: qvomodo ejus pecuniam in Ulfdalim acqvisiisser? (XII). Volundus respondet: suum aurum nunquam fuisse in Granii (eqvi) via; uti etiam sua terra longe remora esset a montibus Rhenanis,—confitetur se tamen plura bona habuisse cum is & omnes ejus familiares cohabitaverant, inter qvos præcipue memorat Hladgudam, Hervaram & Örunam, qvæ ades permeavit & (interdum) in pavimento stans vocem modulabatur, sed „jam, ingvit „non comis est.“ (Nidudus) „qui sylvâ egreditur.“ (ad me visendum)\*\*) (XIII - XIV).

Jam

\*) Bang alias eriam, mensentia, nummum significare potest. Inveniuntur non perraro in lacubus & paludibus Danie & Svecie numini bracteacei aurei, Runicis characteribus & mythicis interdum (ut viderit) figuris signati, ensis affixis, ut filii induci possent. Cum bracteæ haecce, Ethnicisme certe attribuenda, in sola (ni fallor) Scandinavia reperiantur, tales nummos hic excusos esse verisimillimum duco, præsentim cum nummi in Svecia Orthini tempori non rati fuisse videantur (e testimonio Yngl. S. Cap. 8). Alias fuit veterum bo-realium ut recentiorum orientalium mos, annulis aureis vel argenteis pro nummis uti & filio inductos conservare. Sinenses & plures præterea monetas suas perforant, ut eodem modo traclari possint. Hic ceterum annotari inquit quod accolue barbari Ponti Euxini, & montani quidem, Xenophontis tempore annulos nummis prætulerint (Anab. III. 7).

\*\*) Hic assentire nequeo doctissimis Grimmis, qui strophæ XIV. ordinem, depravatum fuisse putant, sed eam rite str. III. annexandam. Cohærentia sermonis mihi indubia apparet, sed str. XIII. XIV. non debent separari. Sensus istorum Volundi dictorum talis est: „Non cepi aurum tuum, sed meliore & jucundiore statu fructus sum cum fratribus & venustæ amicæ mihi cohabitabant, societate & jucundo cantu delectantes — non is ita comis est qui me jam è sylva visitat. (quamvis nymphæ illæ olim ex eadem sylva advenissent). Cfr. Lieder der ältern Edda herausgeg. durch die Brüder. Grimm, 1 Band, Berlin 1815, pag. 10-11. it. append. ejusd., pag. 4.

Jam carmen magnopere mancum evasisse videretur. Desiderate poeseos loco prosa refert, qvod Rex Nidudus filiae suæ dedisset aureum annulum quem Volundo ademerat, sed ille ensem, quem hic haberat, gestasset (p. 13). Tunc Nidudi Regina captivi vultum & gestus malevolentiam indicare observans, jussit eō nervos (poplitum) dissecare & ipsum in carcerem conjici (XV). Narrat iterum prosa hujus mandati executionem, ita qvidem, ut Volundus in insula quadam parva collatus fuisset, uti tamen Regi omniummodi cimelia fabricavit, nemine eum accedere auso, nisi solo rege (pag. 14).

Volundus gladium suum & uxoris suæ annulum in hostium potestatem redactos queritur (XVI-XVII). Fabrilem artem assiduo exercet, sed clanculum Nidudo nocivam technam struit \*). Duo Nidudi pueri Volundi carcerem visitant (XVIII) & poseunt claves arcæ, ubi fabricata cimelia considerat. Ibi erant plurima monilia, qvæ iis visa sunt pretiosissima et e rutilo auro confecta (XIX). Volundus pueros rogar nulli aulicorum hunc conventum manifestare, sed promittit iis omne illud aurum donare si soli altera die revenirent (XX). Eos deinde ita agentes (XXI) Volundus decollat & occulit. Crania eorum argento obducta (& crateribus adaptata) Nidudo misit, sed gemmas ex oculis (pupilis) factas ejus uxori, & orbiculos pectorales e dentibus eusos filiae eorum Bodvildæ (XXII-III). Bodvilda (postea) annulum aureum (incaute) fregit & solo Volundo id indicare ausa est (XXIV). Volundus ei auri restitutionem satis ambigue promittit (XXV). Ipsam deinde (ob annuli reparationem) apud se demoratam ineptiante potu sopivit. [Poëta hujus soporis seqvelas decenter retinet]. Seqvitur exclamatio Volundi de vindicta sua jam fere absoluta (XXVI). Is porro indicat se mox usurum pedibus qvorum usum Nidudiani ei olim demserant. Ridens deinde tollebatur in altum, sed Bodvilda lacry-

\* Cf. Gloss. v., Hvatt. *Vēl* f. vel n. proprie est techna, machina artificiosa, sed originitus forte idem est cum τῷ *Vēl* n. uripygium avium. Posteriorum vocem hic in textu occurtere censeo, exhibitam qvidem de machina Volundi volatili, quem clara fabricabatur, ut impune Nidudum crudeli vindicta persequi posset. Cf. est. v. *Vēl* in Gl.

Iacrymosa insulâ exiit, lugens amasii \*) abitum & patris iram metuens (XXVII). Volundus volans in septo aulae quietem cepit, qvod Regina cernit (XXVIII) & Nidudum (relatura) alloqvitur. Is se assiduo vigilare affirmat ob luctum post filios casos & reginæ infasta ejus consilia (de Volundo amputando) objicit. Volundum deinde (Alforum regem jam appellans) interrogat de fato puerorum suorum, qvos postremo incolumes viderat (XXIX - XXX). Volundus prius poscit juramenta præstanda per (vel ad) naves oram, clypei marginem, armum equi & aciem gladii \*\*), qvod Nidudus filiam Bodvildani, jam illius sponsam, non cruciaret vel occideret (XXXI). [Nidudi affirmans promissum carmine verisimiliter excidit]. Volundus Nidudum jam ad suam officinam ire jubet, ubi eum folles sanguine (filiorum) respersos inventuram dicit — & enarrat porro eorum trucidationem ac tristem illam ex ipsorum membris cimeliorum fabricationem; addit postremo se Nidudi & uxoris unicam filiam foetu gravidam reddidisse (XXXII - IV). Nidudus istam relationem maximo sibi dolore fuisse profiteatur, sed queritur illum impunem evasurum, cum nemo posset, qvamvis eqvo vectus, illum prehendere vel etiam inferne ferire, cum is in sublimi jactaretur, nubibus ipsis vicinus (XXXV). Volundus ridens avolat, sed Nidudus tristis resedet (XXXVI) at mox per Thakradum servum Bodvildam filiam in colloquium accersit (XXXVII). Qvarit pater an verum sit qvod cum Volundo in insula considererit (XXXVIII)? Bodvilda moesta illam relationem veram esse confitetur, infelicem illam horam & suam simul imbecillitatem lamentans (XXXIX) \*\*\*).

Hunc

\*) In texto fridill (annus) vet. Germ. (in carm. Nib.) fridel, fridell. Mine isl. Fridla (Dan. Friile) amasia, concubina. Cet. vid. in Gl.

\*\*) Multi veres populi Græcis & Romanis non exceptis, per arma sua jurarunt. Ut ceteros taceam nomino tantum Danos gentiles qui tale iusjurandum olim inter Germanos præstitero. Leges Indorum Menuicm l. c. (VIII. 13.) mandant militi jurare per equum suum & arma, mercatorum per suas opes & merces &c. Kalmuki, Javani, Malaji & plures adhuc per propria arma juramenta edunt.

\*\*\*) Historiam Volundi enarrat suo modo Vilk. S. Cap. 19-33 incl. Cfr. Ind. n. pr.

Hunc Eddæ Sæmundinæ tomum concludit carmen, priori (mythologico nempe), majore, ut videtur jure, adnumerandum nempe:

### XXI. GRÓU-GALDR (GG).

Suspicor certe qvod ex aliquâ parte mancum sit. Collector nobis suam de hac oda opinionem omnino reticuit, qvapropter lector multas in eo difficultates offendet. Hæc seqventia poëmatis contenta diligenti inspectione satis liquida nihilominus evident:

Filius Groæ matris manes excitat, præ se ferens ipsius vivæ mandata, ut ejus cumulum sepulchralem viseret (I \*). Matris umbra provocata interrogat, qvid gnatus, eam inclamans, jam sollicitet? (II). Seqvitur (obscurum) filii responsum, quo mari objicit, qvod difficilem alcam sibi certe proposuerit, cum se jusserset eo obvenire feminis (fæminæ) ubi nemini notum esset \*\*) (ɔ: in regione remotissima & ignotissima) (III). [Mater filio reponit:]

Longum sane iter est,  
Longi tramites sunt,  
(Sed) longæ (erunt) hominum (vestram) voluptates sive amores,  
Si id evenit,

Ut

\* Inusitate hic ponitur *Kumbl-dys* uno verbo, cum *Kumbl*. I. *Kumbl* (Gr. *κυμα*) & *Dys* I. *Dys* (Gr. *δύς*) per se utrumque cumulum sepulchralem notet.

\*\*) Hanc carminis difficillimam stropham sic explicare velim: *Menglaudom* potius legi debet *Menglaudo*, cum m. solum librarii vel recitatoris insectiâ facile addi potuit. Sensus tunc erit: "Tu mihi mater! dum in vivis eras, nimias difficultates objecisti, cum mihi mandasti sponsam ex terra ignota (procul sita, & periculis multis circumdata) accessere." Ponamus, qvod hæc loquentis futura amica famulis fæmininis circumdata fuerit & lectio illa nulla emendatione egebit.

Ut tu voluntate (felicitate) potiare  
 Tum qvidem necessitas (fatum) congrue evader \*) (IV).

Filius se in (periculoso) itinere peritum veretur, nisi mater eum faustis  
 incantationibus præserves, qvod etiam ab ea expetit (V). Seqvuntur exoptatae matris  
 incantationes, cuius genera vel effectus enumerantur nempe: 1) qvam Rinda (Terra)  
 olim Ranæ (Thetidi) tecinit: qvod infesta omnia post humeros rejiceret & semet  
 ipse duceret \*\*) (VI). 2) Effectura Urdæ (principalis Nornæ l. Parcæ) firmam tu-  
 telam (VII). 3) Contra fluvios impetuosoſ valens (VIII). 4) Hostes fortiores  
 terrens & placans (IX). 5) Vincula strictissima magico igne solvens \*\*\*) (X).  
 6) Mare tumidum sedans sed aquas & aera pro lubitu dirigens (XI). 7) Immanis  
 frigoris lethiferam pestem avertens (XII). 8) Profligens noctu, in nebulosa  
 via \*\*\*\*), nocivas persecutioſ lemurum mulieris christiane \*\*\*\*\*) (XIII). 9) Elo-  
 quentiam & sapientiam producens, si cum forti giganti contendendum esset (XIV).  
 Nunc mater filio qvocunqve viarum periculum tentare tutum affirmat \*\*\*\*\*) &  
 nihil

\*) Hoç matris diſto mea in observatione proxime precedenti prolata conjectura impendio dilu-  
 cidari videtur. — *Mvnr certe & voluntatem & amorem denotat.* De voce hac amplius in-  
 quirendum erit in Gl. T. III. Strophæ illæ mater filium exhortari videtur ad iter longum  
 & difficile, futuriſ qvidem voluntatibus inde capessendis, eas vaticinio demonstrans.

\*\*) Vid. Ind. n. pr. v. *Rindr & Rdn.* Qvod ultimum strophe versum addi licet: qvod oceſt  
 fluctus se ipsos ducent vel moveant: Allegorici hujus consilii' sententia hæc forte est:  
 Debes strenue te gerere sed alienis consilioſ non egere.

\*\*\*) Vid. Gl. voce *Leifniscellar.* Hic forte sermo est de amoris igne accenso in muliere ambito.  
 qvæ amico captivo opem adferat & ejus vincula solvat. Vid. Obs. n. ad str. s. s.

\*\*\*\*) Vid. Gl. v. *Nifſeigr, Nifſarna.*

\*\*\*\*\*) Si legamus *kriſtin*, eveniet interpretatio maxime diversa, de qua Glossarium vide-  
 atur.

\*\*\*\*\*) Sensus vocis maxime vacillantis æra hic certe est *temper* : ubique sed minime *nangran*:  
 qvod contextus manifeste docet.

nihil ejus desiderio (vel amori) obstatulo fore — dicens se intra (tumuli) ostium,  
in saxo, humi fixo, stantem, incantationes hasce cantasse (XV). Admonet tandem  
gnarum materna dicta secum auferre & in pectore servare rogat, promittens ei  
abundantem felicitatem, quamdiu illa in memoria tenuerit (XVI).

## INDEX RERUM MEMORABILIA.

## A.

- Accipitres venatori exhibiti* 303. 321.  
 — *cum funeribus cremati* 241.  
 — *Oehini* 111.  
*Acies cuneata sive rostrata* 164. [Cfr. 921.]  
*Acupictilia & taperiola artificiosa feminarum* 233. 259. 300 sq. 311. 347.  
*Acus soporifera* 186. 194.  
*Aedes Brynhilda aurea (sive vitrea) flammæ circundata* 186. 190. 264. cfr. 347 sq.  
 — *teutonica (vel forte Romana) acupictilibus represeuantur* 300.  
*Ædium militaris ornatus* 378.  
*Aegir (Oceani deus)* vid. Gl.  
*Alea, memoratur* 538 [cfr. 706. 968].  
*Alfi (genii sive demones) mythico sensu* 173. 488. [193. 863].  
 — (*populares* : Finni &c.) *historico sensu* 10. 11. 20. *ir.* 82 (*obs.* 108) & *Ind. n. pr.*  
*Allium, puer infanti (ut videretur) oblatum* 59.  
 — *porus sive poculo immixtendum, ad veneni vim deregendam aut superandam* 196.  
 — (*capitatum*) *comparatur cum heroe præstante* 278. 292.  
*Amazones Hunnica*, 381. 409. *Vid. Valkyria.*  
*Amazoniam vitam egere primaria nostrarium carminum heroines* ; vid. *Ind. n. pr. v.*  
*Brynhildr, Gydrún,* cfr. 229. 351. 409. 445. 480.  
*Ambagis fallenda fidei, jurejurando firmata* 221.  
*Amores alienarum sponsorum eis uxorum fugiendi* 207.

Gggggg 2

- Amores virginis regiae clandestini* 237. 340. 353. sq.  
 — *herois & heroinæ famosissimi* 277.  
*Amoris effectus* 137. 353-54.  
*Ancillarum apud veteres boreales conditio* 74. 88-89. 109. 114. 232-35. 274. 357. 477.  
 — *mors voluntaria, in funere herœ, ab iis peritur* 232 sq.  
 — *crematio cum corpore defunctæ domine* 243. 283. Cfr. *Mancipa, Servi.*  
*Anguis ingens (sive vir aut demon in anguum transmutatus) auro incubans* 160. 166. 175-76.  
 — *ab heroe (Sigurdo) interfectus & cum persecutor colloquens* 168 sq.  
 — *cubile sive ædes* 187.  
 — *venenatus gladio innexus* 34.  
 — *cornu sive poculo incisus* 306.  
*Angus eisharæ pulsi sopiti* 288.  
*Angvium varia nomina* † GS. str. XXI. (cfr. T. I. pag. 56. & *Scaldam in appellationibus serpantium poetis.*)  
*Anima, idem quam vita* 50. 226. 238.  
 — *proprie spiritus vel respiratio* 224. 440.  
 Cfr. Gl. voce *Annd.*  
*Animus acer gladio efficiator* 180.  
 — — — *puerorum* 466-68.  
 — *latuus ridere dicitur* 334. 466-68.  
 — *moestus & malignus friget* 215 cet. (*Vid. Mala.*)  
*Annonæ origo* vid. *Fruges, Grandæ, Pluvia.*

Annuli

- Annuli septingenti (aurei, argentei sive ærei,  
quibus veteres Boreales pro nummis usi sunt)  
vel etiam nummi bracteacei ausarique, induc-  
ti in funem 9.*
- *a feminis gestati 13. 15. [Cfr. 937.]*
- Anseres domestici hera flent ad clamant 224.*
- Antipherna regia 138. 477. Vid. Dos. [Cfr.  
138. 185. 945].*
- Antiquitas summa eventuum hic decantatorum  
489.*
- Aqua sanctæ 55. 105. [Cfr. 21. 910].*
- Aquila (vide aves, auspicia).*
- *(in somniis) 427-28.*
- *vaticinans 250 [cfr. 54].*
- Aquila sanguinolenta figura dorso viti hostis  
incisa 165. [Cfr. 921].*
- Aquila noctu sedent in arborum ramis 115.*
- Arborum cortex & germe (a medico vel chi-  
rurgo) characteribus signandi 198.*
- Arcus & sagitta 303. 370.*
- Area palatii 318.*
- Argentum candidum 461.*
- *gyiseum (vilioris noræ) 292.*
- *in ephippiorum stratis 366.*
- *in ornamenti femininarum 443.*
- Arista cornu l. poculo incisa 306.*
- Arma & animus a sagis habebantur 206.*
- *pueri infanti data 59. [Cfr. 595].*
- Armorum præstantium descriprio 366. 370.  
et. Vid. Enis, Gladus, Lancea, Clypeus,  
Galea, Lorica.*
- Artificio multibria vid. Acupictilia.*
- *fabilia (Völundi) 8. 14. sq. cfr. 19. 23.*
- *(Regini) 150. 160.*
- Arx e clypeis confecta igne (sive igneo splen-  
dore) cincta 186. 190. 264.*
- *(sive roges funebribus) decenter ornata 240.  
41. [cfr. 258].*
- *(sive urbi) Attili vel Attila & ejus situatio  
317-18. 358. 376-77. 437-38. 440.*
- Asæ (Dii & alias Populus) vid. Gl. voce Ås,  
Åskvngr, Åskvnn, Ind. n. pr. v. Ås,  
Æfir ut & Gotar &c. [Cfr. 902].*
- Asarum (Dorum) & Ayniarum (Dearum) —  
invocatio 193. 342.*
- Asares cursorii (Finnorum) 4 sq.*
- Attila (interpretibus Attalus, in cont. c. At-  
lius), Vid. Ind. nom. pr. v. Atli &c. [864.  
881. 902. 917-940. 949. 954. 955-56].*
- Avis loquens ac adorationem, fana & sacrificia  
. poscent 28-29. [De evium cultu cfr. 907-  
8. 910].*
- Avium allegoria ad homines 28. sq. 185. 251.*
- *colloquia inter se 58. 181. 252. cfr. 82.  
55. [item 28. 910. 923].*
- Aulae (pretiosa) 310.*
- Aurum & opes cum defunctis cremata, eorum  
possessio in altera vita fore credebantur 233.  
235. cfr. 258. [it. 930-34].*
- *calamitosum 154-56, 172-76. 286. et. cfr.  
[Cfr. 946].*
- *dissidias inter homines mover 389.*
- *comparatur cum argento 292.*
- *geminis artificiose circumdatur 8.*
- *acupictilibus adhibitum 300. 301. 311.*
- Auspicio præliaria 163. sq.*
- *ab avium pugna 251-52.*
- *— sermone, vid. Avis cet. [Cfr. 910.  
923].*
- Australes populi Astiliani vocantur 377. cfr.  
Gl. Svnnnenn, Svdrpiödir, Svdrznn.*

## B.

*Baptismus ethnicus borealium sive illustratio in-  
fantum recens nazorum 59. (Obs. 19). [Cfr.  
32].*

*Basium amatorium sive sponsalitium puellæ pe-  
titur a viro 52.*

*Basium*

- Basium pueræ amoris indicium* 95. (Cfr. 276).  
*Bella conditione hominum murant* 481.  
*Bellaria, intestinis filiorum mixta, marito ab uxore in fraterna cædis vindictam proposita* 401. 470-72.  
 — *melle condita* 322. 401.  
*Bellona* vid. *Gl.* & *Ind. n. pr. v. Hildv.*  
*Valkyria.*  
*Boves grandes & numerosi in conviviarum usum mactati* 477. (*Vid. Vacca.*)  
*Bragii lingua* 201. [Cfr. 867].  
 — *poculum* 46. 47. (Cfr. *Gl.*)  
*Bubonis rostrum* 202.  
*Budlungi sive Budlii filii, quot* 448.  
 — *juvenes invicem pugnantes* 479.  
*Burgundi (vel Burgundiones) vid. Ind. n. pr. v. Borgvndar.* [Cfr. 383. & *porro* 870. 875. 885. 939. 940. 948].
- C.
- Cacabi curos (cervus)* 454.  
*Cacabus fervens ordalio exhibitus* 332-34. [Cfr. 943-44].  
*Cadaver hominis vehitur in cymbam a vectore ignoto et statim disparite* 121. Cfr. *Charoni.*  
*Cadaveris crucenti descriptio* 111-12. 276.  
*Cadaverum humanae justa curatio observanda* 208-9. 240. cfr. 272.  
*Cædes mariti & filiorum ab uxore commissa (in ultionem fraternalis mortis)* 401 & sq. 466 & sq.  
